Magni Philosophi Augustini niphi Medicis Suessani Expositio atque interpretatio lucida in Libros artis Rhetorice Aristotelis. Nouiter ab ipso authore in lucem edita. ad Antoniū Garlonium Allifanorum Principem.



¶ Cautum Priuilegio Summi Pontificis, ac Illustrissimi Senatus Veneti, ne quis hęc Suessani Commentaria in aliquo sue ditionis loco imprimat, aut alibi impressa vēdere audeat, sub pęnis ibidem contentis.

Venetiis M. D. XXXVII.

¶ Augustini Niphi Medicis Philosophi Suessani exordium in arte Rhetoricę Aristotelis ad Antonium Carlonum Allifanorum Principem.

Manus rege dignum rhetoricaꝫ Aristoteles esse putat Antoni Carloni princeps ęquissime. nam quēadmodum vestium decore, atqꝫ magnificētia cęteris hominibus, quibus pręest, antecellere os, ita quoqꝫ dicēdi facultate ipsos exuperare. quippe cum vestiū nitore quo sub fortuna, dicendi vero peritia, quo homo est, antecellat. accedit, vt qui vix hos parū habeat vestibus eos superet, qui plurimū & habeāt, & cūctis pateat habere. Pręterea qui hominē definierunt, qd hominē esse dixerūt, nisi animal rōnale, ratiocinari aūt quid nisi ꝭm prudentiā in agendis discurrere, quo fit, vt orator tanto hominez non oratorē exuperet, quāto animal rōnale non rōnale. Quare quid aliud erit, cū princeps dicendi facultate imperitus, gubernauerit, ꝙ vt mutum animal, atqꝫ irrationale penitus hoies regat. Quā obrem non ab rōne tantus vir rhetoricā munus rege dignū putauit, quippe cum absurdū potissimum videat̃ eum, qui rerum gestaꝝ gloria antecellat, quibuspiā humillimus videri, & in dicēdo cedere. Intueri etiā licet eos omneis, qui optima inter Gręcos, & Romanos re publica vsi sunt, longe magis dicēdi facultate ꝙ rebus semper emicasse. apud eos ēt qui inter barbaros dignitate pręstiterunt, potius dicēdi nitore ꝙ rebus antecęsse legimus, quippe qui probe norint eam, quę dicendi vis est, esse quandaꝫ salutis arcē, & eiusmodi certe arcē, quę nō manufacta, verū & quę inexpugnabilis quidē sit, & in primis secura opinanda. Quęsiui vero inter principes, quis nā esset tanto munere dignus, quisue bene meritis de re tanta, & cuꝫ neminem inuenerim, ad te Antoni ęquissime confugi, arbitrans, tali & tanto labore te dignū duntaxat, Nam a teneris annis noui te omni virtutum genere clarissimū. Mouet etiam me gratitudo, nam eo tēpore, quo Aristotelis hęc rhetorica nullibi fere reperiebat̃, tu per studia omnium literatoꝝ viroꝝ ipsam disquirendo, tandē venatus es, eamqꝫ hilari animo (vt decebat virū liberalē, ac magnificū) ad me illico misisti, quis igitur tanti muneris ingratus esse os, nisi rusticus, atqꝫ agrestis. Cognoscis insuper munus, qđ dedicatoribus non parū voluptatis affert, quid enim aliud est dedicare rudibus elucubrationes literarias, ꝙ asinis offerre lyras, vt pulsent. Sed de his hactenus, veniamus ad expositionē, vbi nolo eos ignorare, qui expositionē nostraꝫ hanc legent, mihi fuisse onus huiusmodi exponendi difficillimum, primo qꝛ verba Aristotelis inuenimus in omnibus fere codicibus, quos vidimus, mutilata, atqꝫ corrupta, vnde nisi quasdaꝫ correctiones ad nos misisset alūnus noster Galeatius Florimontius ciuis Suessanus, vir bonis literis tum gręcis, tuꝫ latinis disertus, ac egregius, fuisset profecto nobis impossibile exponere verba Aristotelis. deinde, qꝛ nullum expositorem ex gręcis legimus, qui fuisset nobis in mento. & certe difficile est sine talibus bene interpretari. Egidius autē exposuit ante nos, verum licet aliquid iumenti attulerit, nā in infinitis locis ꝓpter errores suaꝝ translationum errauit. Immo mouit nos ad eius cōmiserationem, qui cum eniteret̃ facere, parum, aut nihil fecit. bona vero, si qua dixit, non pretermisimus, immo gratias agimus non recte vero expositoꝝ, veniam habemus, atqꝫ excusamus. Inscriptio huius artis rhetoricę, quę est ad theodectem, falsa est, cum in tertio huius, vt diximus in iudiciis, citet theodectica: verius autem ad Alexandrum Regem Macedonem puto inscribendum esse. De genere artis rhetoricę, De vtilitate, De materia, & de cęteris, quę fieri solent in exordiis librorum, non est nobis ad pręsens differenduꝫ, nam hęc omnia, & alia cōplura Aristoteles procedendo pertractabit. Cęteruꝫ ad te redeo princeps ęquissime, & rogo, vt labores hosce eo animo accipias, quo ego hęc do, atqꝫ si grato animo accipias, paratus sum afferre maiora. Vale.

Aristotelis artis Rhetoricę Liber Primus/cum Augustini Niphi Medicis expositione/ad Antonium Sarloniũ Bellisanorum Principem.

ἀντίστροφος conversa vicaria

Rhetorica est vicaria dialecticę: ambę enim de talibus quibusdam sunt, quę cõmuniter quodã modo omniũ est cognoscere, & nullius scientię determinatę.

Comẽtu.

Hunc Librum Aristo. in tres dissecuit particulares libros, vt in prologo rhetoricę ad Theodecte ipsemet meminit, quorum primus est de generibus dicẽdi circa quę versatur oĩs rhetorica deliberatiuo. vz. demonstratiuo, & forẽsi. Scdõs est de modo quo rhetor vtitur enthymemate & exẽplo: cęterisq; rhetoricę instrumentis. Tertius est de orõne ipsa pficienda, deq; suis partibus, & oĩbus ad orõnem necessariis. Primus vero liber adhuc dissecatur in pœmium, & narrationem, Narratio incipit ibi. [Sz iã de ipsa methodo,] fuit autẽ Aristoteli necessarium proęmiũ pmittere cõmune his trib⁹ libris, pmo vt seruaret iura rhetorici, qui ante rerum narrationem proęmiũ cõstituit, deinde, vt phabeat breuis oĩum eorum, quę pertractaturus est, intẽtio. Verum, vt eiusmodi proęmiũ facile intelligatur, annotatiõe dignũ, proęmiũ ipsum bifariã accipi aut ad se, aut ad auditores, proęmiũ ad se relatũ nihil aliud est. nisi breuis narratio oĩum eorum, quę dicenda sunt. Nã vt Arist. inqt 3° huius princip̃ per prea explicate cuncta dicantur, Sũmatim pmo sunt pmittenda. potissimum cum ea, quę dicenda sunt, difficilia sint, quapp per se perspicua proęmio nõ egent. Sin autẽ proęmiũ ad auditores referatur; laudem, aut vituperationem, hortationẽ, aut dehortationem dicendorum cõtineat, necesse est. Arist. igitur pręmittẽs his libris proęmiũ pmo sumit qualis ipsa rhetorica sit, & de qbus est, & hoc considerãdo proęmiũ in se, scdõ laudat rhetoricam declarans rhetoricę vtilitatem, & hoc referẽdo proęmiũ ad auditores: vt illos hortetur, beniuolosq; efficiat, ad vtilia enim facile aures pręstamus. Quo ad pmam rõnem dicit. [Rhetorica est vicaria dialecticę] cuius cãm assignat, & dicit. [Ambę enim de talibus qbusdã sunt, quę cõiter oĩum] subaudi sciarum [est cognoscere, & nullius scię determinatę,] agunt enim ambę de cõtrariis, de eisdẽ, de similib⁹, de magno, & paruo: & cęteris id genus, e qbus loca argumẽtãdi accipiũtur, hęc enim dialectica, & rhetorica contemplantur, & nulla particularis scia, nam scię determinatę si hęc cõsiderãt, nõ nisi contracta ad subiecta rerũ genera, quas cõsiderant, cõtẽplantur, vt physicus quatenus ad motus, & ad res nãles arctantur, metaphysicus ad res diuinas; mathematicus ad res quãtas, & ad numeros, & cęterę facultates ad cęteras res, quas cõtẽplantur, qbus ps quãlis nam est rhetorica, qm̃ est dialecticę vicaria: & de quibus est, qm̃ de iis, quę cõia sunt oĩb⁹, quę particulares scientię cõsiderant. Hactenus de intẽtione. Quo vero ad verba attinet, [dialectica] hic nõ accipitur pro logica. logicam enim Cicero in pmo suorum topicorum sic definit q̃ sit diligẽs rõ disserendi, cuius duas asserit esse partes, alteram inueniẽdi, alteram iudicãdi. Ea pars, q̃ inueniendi est, dialectica dicitur, & topica. Boetius autem vir doctissimus in tres partes logicam diuisit, qm̃ oĩs vis logicę aut definit, aut diuidit, aut colligit. Ea vero pars q̃ colligendi est, aut ex veris ac necessariis colligit, & hęc demõstratiua est, aut ex pbabilib⁹, & hęc dialectica siue topica est, aut ex apparentissime falsis, & hęc dicitur sophistica siue cauillatoria. quę rõ docet dialecticã eẽ logicę partem. Philoponus vero optimus Arist. interpres logicam, quę diligens differẽdi rõ est, distinxit, q̃ alia sit, q̃ inuenit, & hęc a disputãdi, siue loquendi rõne dialectica, a locorum assignatione topica dicitur: & hãc partem Arist. absoluit in. 8. libris topicorum, alia est, quę inuentẽdo atq; resoluendo disserit, & hęc analytica appellatur, quę si resoluit, & inuenit per vles syllogismorum rationes, porisfica dicitur. Sin autẽ per necessaria, vera, ac p se, posterioristica est nũcupata, quę rõ docet inuẽtionem dialecticam eẽ alterã ab inuẽtione analytica, quippe cum dialectica inuentio ex pbabilibus, analytica ex necessariis aut simplr, aut ex suppõne constet. Sophisticam autẽ partem logicę non efficit, sed (vt dicit) adiũcta est topicę vt obliquũ recto, habituiq; priuatio, ita vt vnus liber sit ex vtrisq; prtibus. qbus ps Arist. hic per dialecticam, cui vicariã eẽ rhetoricam ait, intellexisse topicam. nam & rhetorica & topica de qbusdam cõibus sunt, ex qbus loca argumẽtandi cõstant. Quid vero intelligat cum inqt [vicaria] dialecticę, qd̃ grece est ἀντίστροφος διαλεκτικῇ: non parua difficultas est, antiquus Arist. interpres interpretatus est assecutiua dialecticę, & Egidius ait nõ q̃ cõuertatur cũ dialectica: qm̃ vna rõne est dialecticę ęqlis, alia ratione est minor: ęqualis qdem pmo ex parte materię: qm̃ materię amborũ dubię quęstiões sunt, quę firmiter pbari non pñt. scdõ ex parte probationum: nam nec rhetor, nec dialecticus firma pbatione vtitur. demum ex parte finis, quippe cũ nec rhetor, nec dialecticus sciam generat, sed rhetor persuasionem, dialecticus opinionẽ. Minor autẽ ex parte pbationũ, nam rhetor exemplo & enthymemate, dialecticus syllogismo, & inductione vtitur, modo enthymema syllo diminutus est, exemplum vero manca inductio. Et ex parte finis, qm̃ opinio, quę dialecticę finis est, maior atq; firmior est persuasione, quę est finis rhetoricę. Demũ & ex parte q̃stionum, qm̃ rhetor hypotheses, hoc est q̃stiones circũstantionatas, dialecticus theses, hoc est q̃stiones idefinitas, atq; vles disserit. At particulare minus vli est. Quare rhetorica dialecticę assecutiua est, qm̃ est illa paulo minor, cum vna rõne sit ęqualis, alia vero rõne sit minor. Alfarabius autẽ in paraphrase huius libri per antistrophã cõuenientem exposuit, dialectica enim & rhetorica in qbusdam cõueniũt cõibus ex qbus argumentandi loca habent, nam (vt Boe. inquit) eisdem locis, quibus dialecticus vtitur, & rhetor vti videtur, nec de locis, maximisq; vlla prorsus differentia habetur. Georgius vero trapezũtius vir clarissimus antistropha, hoc est cõuertitur, interpretatur, cui interpretationi Gellius assentire videtur libro 5°. vbi antistrophonta Cap. 10. reciproca exponit, veluti quãdo argumẽtum ppositum referri contra, cõuertiq; in eum pot, a quo platum est, & vtrũq; pariter valet: vt de argumento Protagorę & Euathli discipuli exẽplum affert. Cicq; Hermogenes in sua rhetorica argumẽtum illud Tisię Coracis discipuli

lo tribuit, et conversionem eiusdem Coraci preceptori. Sed quovis modo sit, Gellius per antistropham reciprocam exponeret, que interpretatio non parum habet ambigui, quippe cum rhetorica non omni ex parte dialectice convertatur, cum sit dialectica minor questionibus: cum dialectice questiones thetice sint. Rhetorice autem hypothetice: ac circumstantionate, probationibus etiam rhetorica minor est dialectica, quoniam rhetor enthymemate, et exemplo utitur, que syllogismo et inductione quibus utitur dialecticus, minora sunt. itemque et fine, rhetor enim credulitatem, atque persuasionem, dialecticus opinionem generat, at persuasio opinione minor est, insuper (ut Alexander inquit) in topicis, rhetorica politice proprie accommodatur, topica omnibus scientiis communis est. Quare cum rhetorica ab ipsa dialectica desit, cum ea nequaquam converti videtur. Alii, ut mihi videtur, non absurde, et si non quo ad verba: saltem tamen quo ad verborum significationem, antistropha, id est subalterna, exponunt: nam (ut Boetius inquit) in 4° de differentiis topicis, dialectica, et rhetorica similes sunt similitudine formarum locorum, quibus utuntur, necnon et his, ex quibus loca colliguntur, et propterea Arist. ait utrasque esse de talibus quibusdam, que communiter omnium facultatum sunt, et nullius determinate. tamen rhetorica videtur subalterna dialectice, quippe cum subalterne facultates sint, ut posteriorum libro ait Aristo. que de eisdem sunt, altera subaltera contenta, ut geometria et perspectiva, et arithmetica et musica, tales esse videntur rhetorica et dialectica, nam hee de eisdem positionibus ac eisdem principiis, et locis utreque sint, tamen hec differentia est, quod dialecticus Thesim tantum spectet, que est sine circumstantiis questio, vel positio: queque ab oratoribus indefinita appellatur, circumstantie vero sunt, ut quis, quid, ubi, quando, quo modo, et quibus amminiculis. Rhetorica autem de hypothesibus, id est questionibus, vel positionibus circumstantionatis. Thesis etiam a grecis aliquando problema dicitur, a nostris vero questio aoristica, sive indefinita, etiam dicitur a nostris interdum propositum, ut verum sit, aliquid appetendum: utrum sit probandum. Hypothesis autem a nostris nonnunquam causa, nonnunquam questio circumstantionata nuncupatur, ut in rosciana Ciceronis queritur si interfecerit patrem roscius, et quoniam hypotheses sub thesibus sunt, veluti particulare sub universali: hac ratione videtur rhetorica dialectice subalterna, erunt igitur rhetorica, et dialectica subalterne quia de eisdem questionibus, et probationibus, sed modo diverso, cum rhetor particulariter, dialecticus universaliter. Utrum vero rhetor Thesim etiam spectet, postea disputabitur, et quoniam subalterna est ei assecla, cui subditur: non ab ratione in veteribus translationibus, assecutiva dicitur, dialectice. Marcus vero Tullius libro de perfecto oratore aliter hunc locum interpretatur, ait enim esse igitur perfecte eloquentie puto, non eam solum facultatem habere, que sit eius proprie, fuse, lateque dicendi, sed etiam vicinam eius, atque finitimam dialecticorum sciam assumere, quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere, attamen utrunque in disserendo est disputandi ratio, et loquendi dialecticorum, sic autem oratorum, et dicendi et ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina stoicorum est, manu demonstrare solebat quid inter has artis interesset, nam cum compresserit digitos, pugnumque fecerit, dialecticam aiebat eiusmodi esse, cum autem deduxerat, et manum dilataverat, palme illius similem eloquentiam esse aiebat. Atque etiam ante hunc Arist. primus artis rhetorice dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialectice, ut hoc videlicet distant inter se: quod hec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior, quare rhetorica est antistropha dialectice, hoc est illi ex altera parte quasi ex adverso correspondens. cum utreque de eisdem sint questionibus, et per eadem principia, solum distantes: ut Cicero ait, fusione, et pressione, sed res hec sit ne ita: posterius disputabimus, nunc vero sat sit nobis aperuisse locum: hactenus de intentione.

¶ Quapropter et omnes modo quodam participant ambabus. Omnes enim usque ad aliquid et querere, et reddere rationem, et defendere et accusare conantur. Verum multorum alii quidem fortuito hec agunt, alii exercitatione ab habitu.

¶ Cum accepisset intentionem, nunc ex his, que dixerat infert duo, alterum de ortu, et origine rhetorice, alterum de inventu. De ortu atque origine dicit rhetoricam omnibus hominibus aliquo modo inesse, aut impellente natura preter rationem, et regulas. aut imitatione maiorum: quos novimus in dicendo fuisse peritos: et dicit. [Quapropter et omnes modo quodam participant ambabus] scilicet dialectica, et rhetorica, et dixit [modo quodam] quoniam vulgares his parum admodum participant. Dicit autem his omnes participare, ex eo patet, quia cum sint de quibusdam communibus, que sunt veluti locus ianue in domo, quem nullus ignorat, omnes fere participare his videntur. et assignat rationem, et dicit. [Omnes enim usque ad aliquid] hoc est aliquo modo [et querere, et reddere rationem conantur,] que dialectici propria sunt: [et defendere et accusare,] que rhetoris parte sunt. In dialectica enim disputatione opponens querit, respondens rationem reddit, in rhetorico vero certamine coram iudice orator accusat, adversarius defendit, quare cum eiusmodi actiones omnes homines quodam modo attingant, in re rhetorica, atque dialectica omnes quodam modo participamus. et cum dixisset homines omnes utraque participare: subscribit, quo modo illis participent, et dicit. [Verum multorum] hominum [alii quidem fortuito hec agunt] scilicet impellente natura: veluti multi homines egroti ab egrotatione liberantur temere impellente natura. [Alii exercitatione] et usu, qui [ab habitu] proficiscitur, hoc est imitatione maiorum, quos rhetores precipuos esse opinamur, ut hodie plerique faciunt, qui sine arte Ciceronem imitando rhetores magni esse credunt: hoc pacto citharedi pulsant sine arte ab exercitatione, que proficiscitur ab habitu, quem imitatione maiorum acquisierunt. recte ergo inquit, [alii exercitatione] que [ab habitu] proficiscitur: quem imitatione maiorum nacti sunt. per que patet homines multos usos esse, tum dialectica, tum rhetorica, et (ut dixit) alios temere, natura videlicet ipsa impellente, alios imitatione, ut quia viderunt maiores utraque usos esse. Verum ipsum loqui, atque syllogizare, ut ipsemet Arist. inquit in peroratione elencorum, Arist. solus reduxit ad artem, cum priores sine arte syllogizabant. ipsum vero dicere non Aristo. reduxit ad artem: sed melius quam ceteri de arte dicendi scripsit.

¶ Sed quoniam utraque contingunt, patet quoniam erit utique et ipsa in regulam redigi. Nam propter quid adipiscuntur, tam qui exercitatione quam qui casu, causam inspicere contingit. Tale autem omnes utique iam confitebuntur officium artis esse.

¶ Cum declarasset homines fere omnes dialectica atque rhetorica, aut temere, aut exercitatione atque imitatione usos esse, nunc declarat ipsum dicere, atque syllogizare posse redigi ad artem, et dicit. [Sed quoniam utraque contingunt] scilicet tam dicere, quam syllogizare aut temere, aut imitatione, [patet quoniam erit et ipsa] utraque hoc est tam dicere quam syllogizare [in regulam redigi.] aut aliter exponi potest, ut sit sensus. [Sed quoniam utraque] scilicet dicere temere, et dicere exercitatione [contingit:] Amplius syllogizare temere, et syllogizare

exercitatione

querere / ἐξετάζειν, exquirere / reddere / ὑπέχειν / subducere / sustinere / verum / μὲν οὖν / quidem igitur / exercitatione / διὰ συνή/θειαν / propter consuetudinem / fortuito / εἰκῆ / temere / in regulam redigere / ὁδοποιεῖν / dirigere / viam facere / officium / ἔργον / opus / Comenta.

exercitatione contingunt.[Patet quoniam erit et ipsa] utraque. s. dicere temere, et dicere exercitatione [in regulam redigi.] et quod haec utraque sit in regulam redigi, probat, et dicit.[Nam propter quid] haec utraque [adipiscuntur, tam qui exercitatione quam qui casu, causam inspicere contingit.] Assignant enim causam cur uterque bene dicat, facile possumus, nam dicere possumus hos quidem dicere bene: quia temere dicunt, illos etiam, quia exercitatione bene dicunt, [tale autem] hoc est, et huiusmodi causam reddere, [omnes utique confitebuntur esse officium artis.] Sic igitur breuibus patet dicibilia ad scientificam regulam redigi posse. Nam cum bifariam homines dicant, alij inconsulto, alij exercitatione, atque imitatione, et utrumque contingit recte fieri, cum utriusque causa ut recte fiat, inspici possit, (quod est officium artis) iure dicibilia ad regulas redigi poterunt. quo fit, ut de dicibilibus ipsis haberi possit certa ratio. Simili ratione et syllogizabilia redigi possunt in regulam, cum enim alij temere, alij imitatione bene syllogizent, et utrumque ut recte fiat, contingit, et huius causa reddi potest ex eo quod alij temere, alij imitatione praecepta syllogizandi seruant, assignant autem huius rei causam, officium artis est, igitur syllogizare ipsum in certam rationem redigi potest. ¶ Praeterea natura factum est ipsum syllogizare, obseruatione vero, quod hoc recte, illud male fiat, facta est ars. ¶ Quare utrumque negotium ad rationem reduci potest, quia vero ortum rhetoricae videtur Arist. tradere ex ipsa natura hominum: quoniam imitatio ex natura ortum habuit, ars vero ab imitatione, et exercitatione: ideo de rhetoricae inuentione quoddam dicamus. Hermogenes itaque rhetoricae origines ab ipso deo esse probat, primo quidem vere: quoniam omne bonum a deo est, rhetorica bonum quid est, igitur rhetorica a deo est. deinde fabulose, quoniam (ut inquit) in factura mundi omnes dij cooperati fuerunt unusquisque nonnihil addens ad eius ornatum: ut pallas oleam, et telam: Dionysius vitem, Ceres fruges, Apollo medendi facultatem, musicam, et diuinationem, Uulcanus ferrariam artem: Mars militiam, Mercurius hominibus rhetoricam, atque dicendi artem addidit. Si igitur ex Mercurio fluxit rhetorica: patet ex deo, et in deo esse rhetoricam. idem probat Neptuni atque Mineruae fabula: nam post diluuium Minerua prima rhetorica visa est. Ex his argumentatur ad heroas (ut inquit Homerus) ut ad Nestorem, Menelaum, Ulyxem, atque Achillem, deinde migrasse ad homines, nam si primum in dijs, et a dijs ad heroas, consonum rationi est, ut demum ad homines processerit. Sed cui regioni primum, Hermogenes ait syracusis Siciliae urbi primum captam exerceri rhetoricam ob Helonis, atque Heronis oppressionem. Illic enim coeperunt primum prooemia, quae principia dicuntur, et de syracusanis Corax primum rhetoricam docuit: cuius auditor fuit Tisias. Ab his Athenas deriuauit per Gorgiam Leontinum illuc missum ut auxilia peteret in bello leontino, ubi primi oratores fuerunt Antiphon Ramnusius, Lysias cephali, Isocrates, Isaeus, Andocides, Demosthenes, Aeschines, Lycurgus, Hyperides, atque Dinarchus. Cicero in prooemio veteris rhetoricae, et primo de oratore rhetoricae inuentum urbium conditoribus, atque legum latoribus tribuit. Cui Quintilianus libro tertio aduersatur, quia adhuc vage, et sine urbibus, ac legibus adsunt gentes, intra quas nonnulli sunt, qui et legationibus funguntur: et accusant aliqua, et defendunt, et denique alium melius alio dicere arbitrantur. Ad haec ante urbes homines dicebant, et alij alijs peritius, quare cum semper fuerit dictio hominibus cognata, iure Quintilianus rhetoricae inuentum tribuit naturae, artis vero obseruationi. Nam natura initium, obseruatio autem artem fecit. initium quidem natura, quoniam sermonem ab ipsa rerum natura geniti protinus acceperunt. Artem vero obseruatio, nam homines sunt in facultate medendi, cum viderent alia salubria, insalubria alia, ex eorum obseruatione artem medendi effecerunt: ita quoque cum in dicendo alia utilia, alia inutilia esse cognouerint, artem dicendi constituerunt, quam positionem, ut mihi visum est, Aristoteles hic olfecit. ¶ Diodorus vero rhetoricae inuentorem asserit fuisse Mercurium. Aristoteles autem teste Laertio libro 8° primum Empedoclem oratoriae inuentorem fuisse ait, et Quintilianus idem fere sentiens in tertio sic scribit, nam primus post eos, quos poetae tradiderunt, mouisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur. Uerum Aristoteles libro elenchorum in peroratione libri asserit Tisiam post priores rhetoricam auxisse, Thrasymachum vero post Tisiam, post Thrasymachum Theodorum. Sed de modo, quo rhetorica ipsa inuenta est, non est a Quintiliano explicatum, propterea dicamus accusare, et defendere esse nobis naturalia, nec alia ratione nobis insita, nisi natura, qua homines, et rationales sumus. Dicere vero, quo accusamus, ac defendimus, inest nobis aut temere, hoc est sine arte, et usu: aut exercitatione, siue imitatione, quo fit ut dicibilia nobis insint, partim natura, partim usu, et quia utroque modo, possunt, (ut Arist. inquit) esse bona, aut mala, utilia aut inutilia ad persuadendum, obseruatione apprehensa sunt et utilia et inutilia ad persuadendum. Quare rhetoricae initia, partim natura, partim usus fecit, artem autem, obseruatio, quae utilia, et inutilia ad dicendum apprehensa sunt: uelut ut Quintilianus, et Celsus dixerunt, salubria, et insalubria naturalia sunt, quae vero sint salubria, quaeque insalubria, obseruatione apprehensum est, quare ut initia artis medendi natura fecit, artem ipsam obseruatio per quam utilia et inutilia apprehenduntur, sic ipsa dicibilia, quae artis rhetoricae initia sunt, natura effecit, artem vero dicendi obseruatio, quatenus obseruatione apprehensum est quae dicibilia sint utilia, quaeque inutilia, eadem via atque ordine dialectica inuenta est, nam quaerere, et reddere rationem naturalia sunt, nec nobis insunt, nisi natura, ut qua homines. Disputare autem, quo quaerimus, vel rationem reddimus, sunt partim temere sine usu, et arte, partim usu, hinc disputabilia fuerunt alia utilia, alia inutilia ad disputandum, partim usu, partim temere, quare primordia dialecticae natura fecit. Obseruatio, autem artem per quam utilia, et inutilia ad disputandum apprehensa sunt. Simili ratione et syllogizandi artem fecit obseruatio, nam natura fecit voces, ars autem propositiones, et syllogismos valentes ex talibus propositionibus constitutos. per obseruationem enim apprehensum est, quae propositionum mistio utilis est, quaeque inutilis. Patet igitur primordia artium natura facta esse, artem vero, obseruationem: haec de rhetoricae inuentione. ¶ Uerum animaduersione dignum nos oratores dicere, qui causas agunt. rhetores vero, qui rhetoricam profitentur. Declamatores denique, qui siue alios docendi, siue se exercendi gratia fictam causam orant: ut in veris postea causis possint dicere. Rhetoricus autem pro rhetore aliquando, et interdum pro oratore accipitur. Apud vero graecos rhetor pro oratore, accipitur, rhetoricus autem modo pro oratore, qui causas ex arte dicit, modo pro eo, qui docet artem. Rhetoricam praeterea authore Suetonio de claris oratoribus constat nonnunquam Romae pro-

De inuentione rhetorice.

Libro 8°

bitam esse exerceri, sed cum paulatim deinde ipsa vtilis, et honesta apparuisset, Romę fuit renouata, et licet plures persequerentur ipsam, Antonius niphus tamen gentilis noster, inter ceteros doctissime eam professus est, cuius scholas, vt Suetonius meminit in libro de claris grāmaticis, Cicero cū vacabat a prętura, visitabat.

struxerunt / συντιθέντες / cōposuerūt / persuasiones / πίστεις / fides / fidē facere / artificiosum / ἔντεχνον / artificiale / artificiose / corpus / σῶμα / neruus / commotio / διαβολή / tentatio / criminatio / seductio / calumnia / indignatio

Qui igitur artes orationū nunc struxerūt, paruam ipsius particulam effecerunt, persuasiones enim dūtaxat artificiosum sunt, cętera autem additiones. Hi autē de enthymematibus quidem nihil dicunt, (qđ quidem corpus persuasionis est) de eis vero, quę prę̄ter rem sunt, plurima pertractant. Cōmotio enim et cōmiseratio, et ira, cęteriq; affectus nō ad rem, sed ad iudicem sunt.

Cum dixisset de artis inuētiōe, nūc quę priores de ipsa tetigerunt, resumit, vt ostenderet eorum insufficiētiā, vbi primo annotatione dignū Arist. hic per rem, intelligere hypothesim, hoc est q̄stionem siue causam, vel propositum: vt Plato inquisitus de furto, sit ne torquendus? Hęc enim dicitur res, et hypothesis, quę et causa, et q̄stio definita, siue circūstantionata etiā nūcupatur. Quare per rem, qđ grece est πρᾶγμα, hypothesim hoc est causam intelligit, ea aūt, quę iudices, aut auditores flectūt, alia sunt ad rem: alia autem prę̄ter rem, ad rem quidē sunt, ea omnia, quibus q̄stio probatur: vt enthymema, et exemplum. Vbi cū inquisitus Plato de furto togę, probatur ex eo, quia noctis tempore cum scalis, et chordis deprehensus est. ergo torquendus. Amplius alias Plato furatus est frumētum, igitur torquēdus. Hęc itaq; iudicem flectūt ad rem. prę̄ter rem vero sunt aut orationes patheticę: quas licentia loquēdi dicere possumus efficacias, quales sunt orōnes moratę, orationes affectę, orationes etiā accōmodatę, de quibus 2° libro dicemus, aut sunt signa, q̄ non in verbis consistunt, sed in ipsis personis demonstrātur, de quibus multa exempla tradit Quintilianus

Cap. 7. libro 2°, veluti sunt authoritas, gratia, et dignitas dicentis, pecunia, aspectus miserabilis, cicatrices, et id genus, quorum vis persuasiua non in verbis est, sed in signis. Priores itaq; qui de rhetorica scripserunt, de his, quę prę̄ter rem sunt, valde elaborarunt: de enthymematib⁹, et exemplis, et de propositionibus, et elemētis horum, et de generibus dicendi, quę ad rem sunt, nihil fere dixerūt. Quare paruam rhetoricę partem tetigerunt, nam prę̄termittentes enthymemata, et exempla, orationis corpus, atq; neruum prę̄terierunt, et pertractantes, quę pręter rem sunt, non ad q̄stionem, sed ad iudicem respexerūt. Romani vero oratores multa de elocutione tradunt, vt Cicero, et Quintilianus, qui hanc putant difficillimā orationis partem. M. enim Antonius aiebat se multos vidisse disertos, eloquētem vero, neminem. Cicero quoq; inuentionem, et dispositionē prudentis hominis putat, eloquētiam oratoris nostra prę̄sertim ętate hāc tātum in vsu cernimus, cum cętera iam exoleuerint. Socrates ēt in apologia elocutionem non multum magnifecit, dicit enim oratori satis esse (vt vera dicat) iudici autē aut audiētibus iusta ne an iniusta sint, cognoscāt. In Gorgia etiam elocutionē, quę et ornamēta habet, vult similem esse cibis medicorum, qui (vt dulces videātur) ornari cōsueuerunt. Unde explodit ab oratione hęc omnia, modo eaq; vt studium oratoris sit solum erga neruū, quę est ipsa persuasio. Arist. igitur dicit. [Qui igitur artes orationum nunc struxerūt,] atq; composuerunt, hoc est, q nostris temporibus docent dicere, atq; orationem conficere, [paruā ipsius] s. rhetoricę [particulā effecerūt:] atq; docuerunt, deinde probat hoc, et dicit, [Persuasiōes enim dūtaxat artificiosum] quid [sunt:] vt sunt enthymemata, et exempla, et horum loca, et propositiones, [cętera autem additiones,] vt quę prę̄ter rem sunt. deinde exponit quo modo veteres prę̄termiserūt id quod artificiosum est, et totum orationis corpus, et tetigerunt, ea: quę prę̄ter rem sunt, et dicit. [Hi autem de enthymematib⁹ nihil dicunt, quod quidē corpus,] et neruus [persuasionis est,] et sic prę̄termiserunt id, in quo potissima oratiōis pars consistit, corpus grece est σῶμα. Trapezuntius exposuit. i. neruus, nō imperite: animaduertēs magis ad sensum q̄ ad verbum. Nam orationes patheticę, signa, verborum ornatus, siue elocutio, et cętera id genus sunt carni similia: enthymemata, exempla, propositiōes, et loca, in quibus omnis vis cōsistit, sunt similia neruo. Quod autem particulam paruam attingerint, subdit. [De eis vero: quę prę̄ter rem sunt, plurima pertractant,] et assignat causam, et dicit. [Cōmotio enim et cōmiseratio, et ira, cęteriq; affectus] de quibus agunt, [non ad rem] hoc est ad propositum, [sed ad iudicem sunt.] Quo vero ad verba attinet, [cōmotio quę grece est διαβολή, est latine tentatio, criminatio, seductio, calūnia, et indignatio. Affectus grece πάθη, verum non vna ratione ab omnib⁹ exponitur, nam Quintilianus lib° 3° affectus exponit, Cicero 3° lib° q̄stionum tusculanarum perturbationes interpretatur, et morbos. Boetius noster vbiq; passiōes dicit, nos vero indifferēter, et affectus, et affectiones, et morbos, et perturbationes, et passiones dicimus.

Quare si circa omnia iudicia esset, sicut in quibusdam ciuitatibus etiam nunc est, et maxime in ijs, quę bene legibus gubernantur: nihil vtiq; haberent qđ dicerent. Omnes enim hi quidem putant oportere sic leges promulgare, hi autem et vtuntur et prohibent prę̄ter rem dicere, sicut etiam in ariopago.

q̄ bene legib⁹ gubernantur: / εὐνομουμέναις / bene legib⁹ ordinatis / promulgare / ἀγορεύειν / i. palā dicere / vtuntur / χρῶνται / interrogant

Cum declarasset antiquorū insufficientiā, ex eo, quia tetigerunt solum artem cōmouendi iudicem, qđ est minima pars rhetoricę, at nunc partim concludit, partim secūdo loco declarat eorūdē insufficiētiā, ex eo: quia nō est omnibus ciuitatibus cōcessum prę̄ter rem dicere. et dicit, [Quare si circa omnia iudicia] solum [ciuitatum] [esset, sicut in quibusdam ciuitatibus etiam nunc est, et maxime in ijs] ciuitatibus [quę bene legibus gubernātur, nihil vtiq; haberent qđ dicerent.] est ergo secūda ratiōe hęc dicēdi pars insufficiēs, quia nō apud omnes est permissa. Exponit autē q apud oēs ciuitates sit ordinatū de his, et dicit. [Oēs enim hi quidem putāt oportere sic leges promulgare,] vt subaudi nihil prę̄ter rem dicatur, [hi autē et vtuntur, et prohibent prę̄ter rem dicere, sicut etiā] adhuc [in ariopago.] Quo vero ad verba attinet, verbū vtuntur, χρῶνται grece dicitur: latine interrogant, et ciuitates, quę bene legibus gubernantur, sunt in quibus non tyrānice viuitur. Promulgare leges grece est ἀγορεύειν, latine in conciōe dicere, aut leges vulgo publicare, vnde festus leges promulgari, est cum primū in vulgus eduntur. Ferre aūt leges, post promulgationē est, nā prius leges promulgari, quę postea nō ferentur. Legē enim q̄uis viri prudentes et cōsulti quidē cōdere debēt, tamē promulgādā esse dico, vt Romani cōsueuere. Rogatio enim apud populum Romanū trinūdino promulgabatur, anteq̄ acciperetur

vt vndeuiginti dierū spatio (tot enī inter trinas nundinas intercedunt) optime deliberare possent, vtrū futura lex reipu. cōduceret, q̄si igit̄ velit, omnes leges has, quę dicūt nihil p̄ter rē esse dicēdū/asserū, p̄mulgādas esse, sed Ariopagitę ferunt hasce: ⁊ acceperunt.

ℭ Recte id putantes. non eni oportet iudicē peruertere in iram prouocantes, aut in inuidiam, aut in cōmiserationem. Simile enim esset, siquis qua debet vti regula, hanc faciat distortam.

Cōmēta[m]. ℭ Cū induxisset Ariopagitas in cōprobationē eius, qd̄ dixerat, nūc p̄tz approbat legis rectā ciuitatū, ⁊ Ariopagitarū obseruationē, p̄tz ostēdit, q̄ dicere p̄ter rē p̄ pateticas, affectasq̄z p̄suasiōes nō sit a legūlatorib⁹ permittēdum. ⁊ dicit. [Recte id putātes] subaudi Ariopagitę, qui p̄mulgātes eas leges, ferūt, ⁊ obseruant, ⁊ assignat cām, ⁊ dicit. [Non eni op̄z iudicē in irā, p̄uocantes p̄uertere, aut in inuidiā, aut in cōmiserationē,] q̄b⁹ pendeat cōtra accusatū, vel accusantes. Quod declarat per sīle in natura more rhetorico, ⁊ dicit. [Simile eniz eēt, siquis qua d̄z vti regula, hāc distortā faciat,] ac depraūet. Annotatione dignū eē ita in iudicio causarū, vt est in iudicio nāli, quo sensoriū iudicat sensibilia. nam veluti q̄diu sensoriuz gustus nō est aliq̄ qualitate affect⁹, de sensibilib⁹ recte iudicat, ⁊ q̄ cito est aut cholera/aut flegmate alteratū, mox sibi oīa quę gustat, aut amara: aut dulcia iudicat, vt apud ęgrotātes p̄z: quorum gustus, cū sint infirmi oīa p̄ humore, quo afficit̄, iudicat, ita erit in iudicio causarū, q̄ tādiu q̄diu index nulla afficitur affectione, recte iudicat, ⁊ q̄ cito pēdet aliq̄ affectiōe pulsus, de s̄nia p̄ferenda recte nō procedet. Ex q̄s sequit̄ tāz p̄mulgātes leges, q̄bus cautū est, vt nemo p̄ter rem dicat, q̄ Ariopagitarū obseruationez, qua fecerūt, vt nemo p̄ter rem dicat, esse tāz rōni, tāz naturę cōsonum ℭ Quo v̄o ad v̄ba attinet, regula gręce est κανών, est autē canon plus q̄ lex, nam canon est lex icōmutabilis, assimilauit autē Arist. iudicem canoni, principē v̄o legi: ⁊ non ab ratione, q̄ lex est p̄nceps sine appetitu/index v̄o regula, q̄ impmutabilis est, cū non habeat authoritatē p̄mutādi leges, sed solum s̄m leges iudicandi. Hinc p̄z Arist. clam causidicos a ciuitatibus, q̄ bene legibus gubernātur, fugasse: ⁊ q̄ iura extorquęāt, ⁊ q̄ leges, atq̄z iudices peruertant.

ℭ Adhuc autem manifestum, quoniam litigantis q̄dem nihil est, nisi ostendere rem q̄a est, aut non est, aut facta est, aut facta nō est. Sit autē ne magna aut parua, aut iusta, aut iniusta (quęcūq̄z legislator non determinauit) ipsum vtiq̄z iudicem oportet cognoscere, ⁊ non discere a litigantibus.

Cōmēta[m]. ℭ Quarto refellit causidicos oratores ex eo q̄a sibi arrogāt officiū iudicū aut legūlatorū: vbi aīaduersiōe dignū q̄ p̄ ea, quę dicunt̄ ad rē, p̄prie nihil aliud ostēdit̄, nisi sit ne res, vel nō sit: aut sit ne facta, vel nō facta. per ea v̄o, quę p̄ter rem dicunt̄, ostēdit̄, res facta sit ne magna, vel parua, iusta, vel iniusta. Quo fit, vt sint duo officia: oratoris q̄dem, vt ostēdat sit ne res, vel nō sit, iudicis v̄o, vt cognoscat sit ne res facta magna, aut p̄ua, iusta, vel iniusta. Hu⁹ rei rō est, q̄ iudicis officiū est p̄nas, ⁊ aīaduersiōes p̄ re facta iudicare/q̄s iudicare nō poterit, nisi cognoscat quāta sit res, q̄re qui p̄ter rez dicit, p̄prio officio non vtunt̄. sed iudicis, nā p̄ ea, q̄ p̄ter rem dicūtur, ostēdit̄ quāta sit res, qd̄ q̄dez cognoscere p̄priū est iudicuz: vnde dicit. [Adhuc aūt manifestum, q̄ litigātis q̄dē nihil est.] h̄ est nullū aliud officiū est, [nisi ostēdere rē, q̄a est, aut nō est,] vt in causis de p̄nti, [aut facta est, aut facta non est,] vt in causis de p̄terito, de futuris v̄o nō se extendit, nisi p̄ accn̄s, q̄tenus p̄ticipant nō nihil p̄ntis, vel p̄teriti. Hęc de officio oratoris, q̄ causas dicit, deinde de officio iudicis, dicit. [Sit aūt ne magna, aut parua, aut iusta, aut iniusta. (q̄cunq̄z legislator nō determinauit) ipsum vtiq̄z iudicē op̄z cognoscere. ⁊ nō discere a litigātibus.] discet aūt, si litigātes p̄ter rē p̄mittat dicere. q̄a, vt diximus, p̄ ea, q̄ p̄ter rē dicunt̄, nō ostēdit̄ sit ne res, sed quanta sit. Ex hisce p̄z tria eē officia p̄ se s̄m Arist. eorū, q̄ in cā v̄sant̄. oratoris q̄dez dicere ad rē, h̄ est ostēdere si res sit, vel non sit, facta, vel nō facta. Iudicis v̄o ⁊ h̄ cognoscere, ⁊ insuper quāta res sit, ⁊ q̄lis, vt si magna, vel p̄ua, iusta aut iniusta. Legislatoris deniq̄z promulgare, atq̄z ferre leges, hinc fit, vt in officio iudicis sit, cū legislator leges non tulerit, vt p̄pria doctrina, vel experiētia suppleat. ob hāc rem iudex quasi peritior esse deb̄z legislatore, quę etiā Plato libro de legibus sentit.

ℭ Maxime igitur conuenit, vt quę recte positę sunt leges, cūcta ipsę determinent, ⁊ q̄ paucissima iudicibus cōmittant.

ℭ Cōfutādo rhetores sui t̄pis Ari. obiter incidit in sermonē de iudicis officio, ac legislatoris peritia, q̄b⁹ explicatis redit/vñ defluxit oīo. v̄z. ad declarandū qd̄ sit officiū oratoris. Pro declaratiōe itaq̄z iudicis atq̄z legislatoris, annotatiōe dignū, ciuilē gubernationē similem eē mūdano regimini: vt ēt Arist. inq̄t libro de causa motuū aīalium/nā, vt in mūdano rerū oīum regimie a supremis influxus deueniunt ad ima per causas celestes medias, (nam cū sup̄mę substātię, vt de⁹, cęterę q̄z intelligētię in hęc ima mortaliaq̄z imediate agere non possint, celū constituti fuerunt, vt Plato sentit in Timęo, per quos eiusmodi diuini influxus ad nos dedu- cantur,) ita quoq̄z in ciuili ipso regimine sunt legumlatores, qui principes, ⁊ supremi sunt, litigantes autez, imi, medij deniq̄z iudices. Deuenit igitur legislatoris iudiciū p̄ medios iudices vt diuinarū subarū īfluxus descēdit ad ipsa mortalia p̄ celos, q̄re vt in mūdano regimine mediū. v̄z. celuz sup̄mi, ⁊ imi nā p̄ticipat, vt Peripatetici declararūt, sic ēt in ciuili regimie iudices legislatoris ac litigātiū officio p̄ticipare debēt. Ari. igit̄ volens ostēdere qd̄ a legislatore, q̄due a litigātib⁹ ipsis index mutuet̄, p̄ accipit q̄les eē leges d̄beāt, q̄s legislator p̄mulgat, ⁊ dic. [Maxie igit̄ p̄uenit, vt q̄ recte positę sīt leges sub ipso legislatore, [cūcta, q̄ determinari possint, [ipsę] leges [determinēt, casusq̄z oēs, vt fieri pōt, decidant, [⁊ q̄ paucissima iudicib⁹ cōmittāt] p̄ q̄ innuit iudicem a legislatore plura q̄ a litigātib⁹ mutuari. quippe cum a legislatore quid iuris sit, accipiat, a litigantibus v̄o, facta ne res sit, vel non sit.

ℭ Primum quidem, quia vnū aut paucos admodum prudentes, qui leges ferre, ac iudicare possint, facili⁹ est inuenire q̄ multos

admodū prudentes εὐφρονοῦντας bis sapiētes inuenire χαλεπὸν accipere

ℭ Cū accepisset legislatorē pau[m] iudicis prudētię, atq̄z arbitrio relinq̄re d̄bē, vt p̄cluderet plura iudicē a legislatore q̄ a litigātib⁹ accipe. nūc id trib⁹ rōnib⁹ p̄bat, p̄[a] est, q̄a leges ferre spectat ad vnū, vel saltez ad paucos, Solon eni Athenięsib⁹ leges tulit, ⁊ fuit vn⁹, Ligurg⁹ Lacedemonijs, ⁊ rursuz vn⁹ fuit, Minoes Cretēsib⁹

etiam vnus existens, ꝛ si plures fuerint, pauci sunt, qui leges ferunt, iudicare autem ſm leges latas spectat ad multos. nam in singulis ciuitatibus, atqȝ quantumuis paruis oppidis oportet esse iudices legibus latis vtentes, cum igitur plura ꝛ perfecta inuenire sit longe difficilius ꝙ pauca vel vnum inuenire, ideo iudicibus paucissima sunt cõmittenda, sed omnia per leges tradenda: ne inscitia in iudicijs errent: vnde dicit. [Primum quidem, quia vnum aut paucos admoduȝ prudentes] legislatores [qui leges ferre, ac iudicare possint, facilius est inuenire ꝙ multos] iudices, qui legibus positis vti possint. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, annotatione dignum verba vltima legi cum negatiua particula: ꝛ qdẽ non recte, quoniam (vt pȝ) superflua est omnino.

¶ Deinde legumlationes quidem ex multo tempore consideratis fiunt. Iudicia autẽ ex propinquo. Quare difficile est assignare iustũ, ꝛ expediens bene iudicantes.

ex ppinquo
ἐξ ὑπογύου
ex subotto
breuissime
Cõmẽta[m].

¶ Secũdo, qa leges ferri solent post factam longo tempore considerationem. non eniȝ qui leges fert, cogitur subito leges ferre. Iudicia ꝟo breui tempore cõsideratione facta fiunt. ꝛ ita nisi iudex omnia aut plura per leges determinata reperiret, quibus iudicare possit, non poterit recte iudicare, sępissimeꝗ in errorem dilabeť. Quare arbitrio iudicum paucissima cõmittenda sunt. vnde dicit. [Deinde legũlationes ex ꝯsideratis ex multo quidem] .i. longo [tempore fiunt. iudicia autem] .i. decreta [ex propinquo,] .i. ex tempore. ꝓpterea cõcludit [quare difficile est] .i. ipsos [bene iudicantes iudicare iustum, ꝛ expediens] .i. hoc est ꝛ ęquuȝ. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, verbum ex ꝓpinquo, gręce est ἐξ ὑπογύου, ꝛ antiquus interp̃s ex subotto exposuit, qđ nõ est mihi dissonũ, nã quę iudex ꝓspicit, mox suboriuntur.

¶ Omniuȝ autem maximuȝ est, qa iudiciuȝ quidem legislatoris non de particularibus neqȝ de p̃sentib⁹ sed ꝛ de futuris, ꝛ de vniuersalibus est, Senator autem ꝛ iudex de pręsentibus iam, ꝛ determinatis iudicãt: ad quos ꝛ amare, ꝛ odisse, ꝛ ꝓprium cõmodũ annexa sunt sępe, vt non amplius sufficiẽter verum ꝓspicere possint: sed obtenebrare iudiciuȝ proprio voluptifico, aut dolorifico. De alijs igitur (vt diximus) oportet ꝙ paucissimis iudicem principem facere.

prospicere
ἐπισκοτεῖν
videre
obtenebrare
ἐπισκοτεῖν
adumbrare
Cõmẽta[m].

¶ Tertio idem persuadet ex eo, qa legũlatoribus facile est prospicere verum, iudicibus autẽ perdifficile. legũlatoribus quidem facile: quia de futuris, ꝛ vlibus ꝓspicit, ad quę nec amor, nec odium, nec vtile annexum est. Iudicibus ꝟo perdifficile: qa prospiciunt de p̃sentibus, ꝛ particularibus hominibus, vt de amicis, vel inimicis, de ꝓpinquis vel extraneis, ad quos plerũqȝ annexus est amor, veluti erga amicos, odium veluti erga inimicos, ꝓprium vtile, vt erga propinquos, quare iudices impediti affectibus non possunt facile verum ꝓspicere, legũlatores autẽ, qui his nullatenus afficiunť, facile verum discernunt, non ergo iudicibus, qui cum difficultate verum ꝓspiciunt, multa cõmittẽda sunt, dicit. [Omnium autem] .i. argumẽtorum ad ꝓbanduȝ pauca esse iudicibus relinquẽda [maximũ] ac potissimum argumẽtum [est, qa iudicium qdem legũlatoris nõ de particularibus] .i. personis, [neqȝ de p̃sentib⁹] hoib⁹, atqȝ personis est, [sed ꝛ de futuris, ꝛ vlib⁹] hominib⁹ [est,] quę ratio docet legũlatoris q̃stiones esse theticas, quia sunt incircũstantionatę. Iudicum ꝟo q̃stiones, ꝛ iudicia esse hypothetica, quoniã circa causas, quę sunt questiões circũstantionatę. ꝓpterea subscribit. [Senator autem ꝛ iudex de p̃sentibus iaȝ] .i. factis, personis, ꝛ hominibus, [ꝛ de determinatis,] ac ꝯsignatis particularibusqȝ hominibus, ꝛ personis [iudicãt.] ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, senator, gręce est ἐκκλησιαστὴς, latine tũ pręfectus, tuȝ contionator, siue cõsiliarius, ꝛ vtrũqȝ sit, de ijs prospicit, quę de pręsenti sunt, ꝛ de hominib⁹ determinatis, vt de amicis, vel inimicis, vel ꝓpinquis, ꝓpterea ostendit hos cum difficultate posse verũ discernere, ꝛ dicit, [ad q̃s] .i. homines, vt ad amicos, [ꝛ amare iam,] ꝛ ad quos .s. inimicos [odisse,] ꝛ ad quos .s. propinquos, vt ad filios, vel id genus [ꝛ ꝓprium cõmodũ annexa sunt sępe, vt non amplius sufficienter veruȝ ꝓspicere possint, sed obtenebrare iudicium ꝓprio voluptifico, aut dolorifico.] ¶ Quo ꝟo ad verba attinet verbum obtenebrare gręce ẽ ἐπισκοτεῖν, latine tum adumbrare, tuȝ obtenebrare, est autẽ adũbrare verbũ tractum a pictoribus, qui planas imagines adũbrant, vt solidę videãtur: sic iudex ꝓprium iudicium adũbrat ꝓprio dolorifico, aut voluptifico: quatenus nõ plane ꝓpter ꝓpriũ bonum, aut malum iudiciuȝ facit, sȝ adũbratiue. Tunc affert conclusionẽ, ꝛ dicit. [De alijs igiť] vt diximus .s. vniuersalibus [oportet ꝙ paucissimis iudicem principem] .i. dñm [facere.]

¶ Id autem, qđ est factuȝ esse, aut non factũ esse, aut fore, aut non fore: aut esse, aut nõ eẽ, necesse est iudicibus cõmittere, nõ eni possibile est hęc legislatorem ꝓuidere.

Cõmẽta[m].

¶ Cum declarasset quot iudex accipit a legũlatore subscribit mox, quę legislator relinq̃re dȝ iudicibus, vt ex hoc accipiat, q̃ iudex ab ipsis litigãtibus sumit, ꝛ dicit, [id autẽ, qđ est factũ eẽ, aut nõ factũ esse] .i. .s. de pteritis, [aut fore, aut nõ fore] .i. .s. de futuris, [aut eẽ, aut nõ eẽ] .i. .s. de p̃ntibus [necesse est iudicib⁹ cõmittere,] cuius cãm assignat, ꝛ dicit. [Nõ eni possibile est hęc legislatorẽ ꝓuidere,] cuȝ hęc oriant̃ ex facto: ꝛ hęc accipit a litigãtibus, pȝ igiť iudicẽ esse q̃si mediũ inter legislatorẽ, ꝛ litigantes, qppe cũ aliq̃ a legislatore, aliq̃ a litigãtib⁹ accipiat. ¶ Sed circa ea q̃ Arist. dixit, annotatiõe dignum tres eẽ magistros circa leges, alius est, q dicit̃ legũ conditor, alius q dicit̃ legũlator, ꝛ tertius dr̃ iudex, qui ſm leges iudicat: ideo p̃mo videamus de legũ conditore: ꝛ dicamus ꝙ legũ cõditores sunt p̃ncipes, qui in suis regnis absolutã potestatẽ hñt, quiqȝ ẽt vim hñt, qua subditos coercere pñt vt legib⁹ pareãt. Ex h̃ pȝ nullũ posse leges cõdere in regno vel ciuitate, qui in illo, vel illa absolutã atqȝ publicã potestatẽ nõ habeat. ¶ Sȝ q̃riť hic vtrũ tyrãnus possit cõdere leges, ꝛ p̃ma facie vr̃ ꝙ sic, nã maior ps eoȝ, qui hodie iperitãt sũt tyrãni, ꝛ tñ leges cõdunt. Dõm ꝙ tyrãnus non põt leges cõdere, ꝛ huius rei cã est, qm̃ effect⁹ legis est faceř hoies bonos, at tyrãnus nõ cõdit leges, vt faciat hoies bonos, sȝ ad suã vtilitatẽ. Amplius q̃tuor sunt actus legis, iperare, ꝓhibere, ꝑmittere, ꝛ punire. Imperare qdẽ honesta, nã vt dr̃ 5° elenchoȝ lex iubet viuere ſm oẽs virtutes, ꝓhibere aũt ꝯria vitiis⁹ vnũ ꝛ Ari. ibidẽ subdit, ꝛ ꝓhibere omneȝ malitiam. ꝑmittere ꝟo ea, quę non sunt simpliciter mala, sed possunt esse mala, ꝛ bona. punire deniqȝ, ne homines de bonis transeant ad mala. Oderũt enim peccare mali formidine pęnę, sed tyrannicarum

Digressio de legibus

Questio

legum hi actus nequaq̃ sunt, igit̃ tyrannus non pôt le
ges condere. Ex quo pз legem tyrãnicam nõ eẽ legem, sз
potius, vt ita dixerim, peruersionem legis, non eni di
rigit ciues ad bonum publicũ, sed ad bonum tyranni,
priuatuз. Argumẽtuз autẽ in contrarium facile delet̃,
nam reges, qui hodie sunt, nõ sunt oĩno aut tyrãni, aut
reges, sed permisti, et ideo nõnullas leges tyrãnicas cõ
dunt, quę respiciunt suum priuatuз bonuз: et hę sunt p
uersiones legũ, et has condũt, vt tyrãni. nonnullas vero
condunt, quę respiciunt bonum publicũ, et has cõdũt,
vt reges, et leges hę sunt leges. hoc pacto et argumentuз
Antonij apud Appianum alexãdrinũ deletur, cũ argu
mentabatur: qui sortes de Cęsare denuo emittendas ce
sent, eos hęc intelligere necesse est, ipso. C. imperãte, et p
fide iuste electo omnia ab eodem facta, et pręhita, illęsa
permanere, sin violentia, et tyrãnide crassatum asserũt
corpus extra vrbem insepultuз abijciendũ esse, eiusqз
gesta omnia p nihilo habẽda. Deletur itaqз hoc argu
mẽtuз, qm̃ ea Cęsaris pro nihilo habẽda erant, quę, vt
tyrãnus condiderat, quę vero, vt rex, et ad bonum publi
cũ, seruanda erãt. Post hęc de legũlatore differenduз,
qm̃ non semp idẽ est legũlator, et leguз cõditor fm̃ Ari
stotelẽ. nã est legũlator, qui leges fert, qualis apd̃ Athe
niensis fuit Solon: hic autẽ est, qui per leges, q̃s fert, i
tendit duplex bonũ in hoĩbus ingenerare, cõmune, et p
priũm, et pprium qdem intẽdit, q̃tenus ordinat̃ ad cõe
bonum: alioqn non eẽt verus legislator. Cõtingit autẽ
aliquãdo eũdem esse legislatorẽ, et cõditorem, vt cuз q
fert leges, fuit Princeps, qui absolutã potestatẽ habe
ret in ciuitate, aut regno: vt Minos apud Cretenses, q
huius Rex et legislator fuit. Interdũ autẽ differũt, vt di
ctum est. ¶ Sed q̃res vtruз priuatus possit leges fer
re, aut cõdere, dicẽdũ duo esse pnecessaria ei, qui leges
fert, atqз cõdit, p̃mũз est prudentia siue sciẽtia: qua pos
sit, et sciat iustas leges cõstituere. Scd̃m est potestas, q̃
possit eos coercere, qui nolũt legibus obedire. Quare
si attẽderimus ad p̃mum reqsitum, priuatus potest leges
cõdere, et ferre, nã potest eẽ sapiens, peritusqз in mora
li phia, per quã Phi sciunt cõdere leges, sin autẽ atten
derimus ad potestatẽ: qua rebelles cogũtur legib' pare
re, solus rex aut princeps potestatẽ hз condendi leges.
Hinc pз non iniuria Platonẽ librũ de legibus confe
cisse, nõ eni leges fecit, vt p̃nceps, sed, vt moralis Phs
cuius pprium est dare p̃ncipia, ex qbus leges fiũt, et cõ
silia, qbus mali homines puniũtur. Post hęc de iudice, di
camus. Nã fm̃ Aristo. in hoc libro, differt arbiter, et iu
dex, quoniã arbiter ad bonũ, et ęquum iudex ad legem
spectat. Arbitri eni officium est existimare non, quid iu
ris sit, sed prout ipse ęquuз esse existimet. Iudex vero, q
fm̃ leges scriptas iudicat. Sed videt̃ q iudex nõ sem
per iudiciuз ferre dз fm̃ leges scriptas, qm̃ iudiciuз est
de singularibus, mõ nulla lex scripta cõtinet oẽs casus
singulares, vt pз 5° ethicoз. vbi Arist. dicit legislatoreз
ponẽdo leges nũq̃ respicere posse ad omnes casus sin
gulares. Aris. in hoc p̃mo loquens de iudice, dicit ęquũ
esse rebus humanis ad dignoscẽdum cõmoueri, vt nõ
legem, sed legis scriptorẽ, et non vba, sed verboз sen
tẽtiam, spectet, nec factuз, sed volũtateз agentis, nec p
tem, sed totũ, nec quis nũc, sed quis semp fuerit, qui de
mus. Grāmatici rhetorice genus grammaticam esse volunt, propterea q ornatus est potior pars, de qua agunt grāmatici. Victorinus genus rhetorice fecit qualitatē, quia qualitate quales, & rhetorica rhetorici dicimur. Sed hę positiones non videntur proprię, quia aut genera tangunt remota, aut genera per accidens, propterea fuerunt alię magis ad rem accedentes, quarum prima est q rhetorica sit species naturalis phię, q hęc sit de affectibus animę, de quibus agit naturalis phia, quam positionem Socrates secutus est, quia scientia de virtutibus voluit esse moralem, virtutesq ipsas scientias appellans, de affectibus vero rhetoricam, quę est phię naturalis quędam pars. Secūda vero positio asserit rhetoricam esse speciem pręcipuam atq maximam facultatis ciuilis. nam lz sub ciuili plures contineantur partes siue species, pręcipua tamen est rhetorica, quę versatur circa complura in ciuili scientia pertractata. Hāc opinionem, vt dicet postea Aristo. finxerunt primo propter ignorantiam, quia differentiam inter rhetoricam & ciuilem ignorauerunt. Deinde ob gloriam atq honores. Cum eniz ciuilis sit cęteris honorabilior, rhetores hoc id credunt honoratiores eē. Postremo ob causas humanas hoc est ob potentiam & lucrum, rhetores enim dum se ciuiles faciunt, & potentiores, & ditiores se effecisse putant, quippe cū ciuiles & potentia, & diuitijs alijs pręsunt. Hanc opinionem Cicero in veteri rhetorica sequi videtur, cum inquit hanc esse magnam, & amplam ciuilis partem, cuius rationem Boetius noster assignat 4° de differentijs topicis ex eo q rhetorica circa quęstiones versatur, circa quas ciuilis disquirit. Versatur enim circa hypotheses, quę ciuiles quęstiōes sunt. quare cum vtreq de eisdem sint, videntur eiusdem generis esse, sic enim erat prima Aristo. ratio. ¶ Arist. phorum Princeps rationem generatim bifariam diuisit, insimulatam, quę principaliter ad delectandum, & deinde ad mores inducitur, & in veram quę ad credulitatem de aliqua re inuenta est. Quę autem ad credulitatē inuenta est, quadrifariam distinguitur ab eodem, nam alia est, quę ex veris & necessarijs scientiam efficit, & hęc ratio dicitur demonstratio, alia quę ex verisimilibus fidem generat, vt enthymema, & exemplum. Tertia autem, quę ex probabilibus opinionem, vt syllogismus. Postrema quę ex similibus probabili deceptionem, vt paralogismus, hinc quinque fuerunt rationales facultates, poetica, quę de ficta ratiōe agit, analytica, quę de demonstratione, rhetorica, quę de enthymemate, & exēplo, topica siue dialectica, quę de syllogismo, & iductione, & sophistica, quę de cauillis. & quoniam hę omnes circa rationem versantur. Erunt igitur omnes rationales, quare & logicę. quo fit, vt logica sit gen' has omnes sub se continens. Nos autem inter hos consulentes dicimus rhetoricę tres materias posse assignari, aliam quidem propriam propinquam, atq per se, vt actus rationis, quę dicuntur persuasiones exemplum. vz. & enthymema. Hęc eniz materia rhetoricę sunt per se propria atq propinqua, aliam vero per se remotam tamē, & hęc sunt virtutes, & quęstiones ciuiles, quę hypotheses siue causę dicuntur. Hęc enī sunt materia, circa quā versatur rhetorica, sed remota, quia non nisi actib' rationis accersitis. aliam deniq materia est, quę per accidens est, vt affectus, circa hos enim per accidens rhetor versatur, quatenus iudices per se sunt, quibus cum rhetor persuadere non possit ex ijs, quę sunt ad rē, mouet eos ad affectus, vt per eos inducat fidem, & sic per accidens rhetor versatur circa affectus, hinc patet rhetoricam trigeniam esse, quia est species logicę ratione habita ad materiam per se propinquam. Est species ciuilis facultatis ratione habita ad materiam per se remotam. est species nālis phię rōne habita ad per accidens materiam. Astipulatur hinc Arist. qui in hoc libro agit de actibus rationis enthymemate, & exemplo, quatenus rhetorica est de genere logicę. Agit de virtutibus atq quęstionibus ciuilibus, quo ipsa est ciuilis facultatis particula. Agit de affectib', quo ipsa est pars phię naturalis. Et lz trigenia rhetorica sit, pncipalius est de genere logicę, quoniam facultas omnis magis q principaliore materia sortitur genus. At materia principalior rhetoricę actus rationis est. Tunc rationes quę oppositum probabant, diluuntur, prima quidez, quia nullus fuit orator absq logica, q nullus orator fuit absq rhetorica, quę est species logicę. Secunda vero, quia lz rhetorica differat fine a dialectica, nō tamē differt fine a logica, cuius ipsa est pars. Idem enim finis est totius, & partis. Hactenus de genere rhetoricę.

¶ Vtilis autez est rhetorica, & propterea quia vera & iusta sunt natura meliora contrarijs, vt si non sm conueniens iudicia fiant, necesse sit, in ipsis vinci. Hoc autem est dignum increpatione.

¶ Hactenus de proęmio in se, vbi determinauit de quibus est rhetorica, & quę sit, q̃lisue nunc accedit ad proęmium quo ad auditores, vbi ostendit rhetoricam vtilem esse, ac bonam. Sic enim auditores & beniuolos, & attentos reddit. Est autem prima rhetoricę vtilitas cōmunis omnibus artibus atq scientijs. naz omnis ars, omnisq scientia regula quędam est, qua dirigimur ad agendum, vel faciendum, vel contemplandum. Est enī ars recta ratio operandi. Medicinalis eniz recta ratio est, qua eligimus conuenientia pro sanitate inducenda, & fugimus contraria, quę sanitati aduersantur. Similiter phia ipsa recta ratio est, qua eligimus conuenientia p veritate habenda, & fugimus contraria, quę impediunt scire veritatem, & in cęteris artibus eadez ratiōe. Quare cum rhetorica sit quędam ars, per eam quatenus ars est persuadendi, sciemus eligere conuenientia ad persuadendum, & euitare contraria, & sciemus vincere iudices ignorantes, atq peruersos, quando ignorant recta iudicia. Sciemus dico eligere conuenientia hoc est, vera, & iusta: quę suis contrarijs meliora sunt, & euitare cōtraria his, procedunt autem sic. [Vtilis autem est rhetorica vt si [a iudicibus ignorantibus atq peruersis] non fiant iudicia sm conueniens [ac sm rectum ab eis,] necesse sit in ipsis [peruersis iudicijs] vinci [atq increpari. ergo prima vtilitas est, vt ignorantes, ac peruersi iudices compellantur afferre recta iudicia in causis. compellantur quidem tum ex ijs, quę ad rem sunt argumētando, tum ex ijs, quę pręter rez sunt afficiendo. Interposuit autem quędam verba vt remoueat tacitam obiectionem, quia aliquis dicere posset, propter quid debemus compellere iudices ad recta iudicia proferēda, cū persępe recta iudicia atq decreta nobis obsint, quasi respondendo interposuit solutionem, & dixit. [Et propterea quia vera, & iusta sunt natura meliora contrarijs] suis. s. falsis, atq iniustis, dico [nā] h est simplr, q aliq̄ falsa ac iniusta sunt mihi vel tibi meliora. q̃re q vera ac iusta sunt simpliciter meliora suis contrarijs,

ideo

Marginal notes: Diuisio logice. — De vtilitate rhetorice conueniens ... rectum vt ... quare in ipsis ... per ea propter ipsa increpatione ... vituperatione

ideo p^a rhetoricę vtilitas est cōpellere puersos, ac ignorantes iudices ad vera ac iusta pferenda in decretis. Et quia aliquis posset ambigere nūquid iudices, qui peruerse iudicant sint increpādi, videtur enim qd non semper, cum peruersa iudicia sint aliquādo bona, saltez alicui, quasi respondēs dicit. [Hoc autem] i.s. pferre peruersa iudicia est dignum increpatione, saltem simpliciter, quia licet alicui sit bonum, simpliciter est malum. ℭ Quo vero ad verba attinet, verbuz vera, non accepit Arist. pro veris, quę sunt finis speculationis, sed pro vtilibus, honestisq;. nam rhetor dicit ad honesta in demōstratiuo genere cum laudat, ad vtilia, cum dicit in deliberatiuo genere cum hortatur, ad iusta autē, cum in iudiciali dicit, accusando vel defendendo, nam per iudicia non soluz iudicum decreta in causis forensibus intelligit, sed oīuz eorum, qui audiunt rhetoricas orationes, siue sit iudex in foro, siue sit spectator in theatro, siue sit consul in cōcionibus ¶ per contraria intelligit ea, quę his omnib^9 opposita sunt, vt dānosa, turpia, ¶ iniusta. verbum conueniēs, grece est προσῆκον, qd latine rectum etiaz dici potest. verbum vt, grece est ὥστε, quod non p illatiua particula accepit, sed potius p coniūctiua, vt nos trāstulimus. verbuz in ipsis grece est, δι᾽ αὑτῶν, h. est per ipsa, veruz hic διὰ accepit pro in, vt mihi videtur, in veteribus trāslationibus, verba hoc autē est dignuz increpatione, nō sic legūtur, sed cum dictione causali, q̄ est enim. ¶ potest habere bonum sensuz, quia intelligēdo vinci p increpari, erit sensus, vt si nō sm conueniēs iudicia fiant, necesse sit in ipsis increpari. [Hoc enim] i.s. nō iudicare decēter, dignum est increpatiōe. Ex his pz prima vtilitas rhetoricę quę est ad compellēdum peruersos, ac ignorantes iudices, vt proferāt iusta decreta in omni rhetorica oratione.

ℭ Adhuc autem apud quosdam (neq; si certissimam haberemus sciētiam) facile esset p illam persuadere dicentes. Doctrinę enim est, quę sm sciētiam ratio est. Hoc autē impossibile, sed necesse est per cōmunia facere persuasiones, ¶ orationes, quemadmodum ¶ in topicis dicebamus de ea, q̄ apud multos collocutione est.

[Left margin:] apud πρὸς ad certissimam ἀκριβεστάτην exactissimam per illam ἐν τῷ ab illa collocutione ἀντεύξεως obiatione Cōmūia.

ℭ Nunc assignat scdam rhetoricę vtilitatem, quę est vt vulgares hoīes, imperiti ac rudes, qui per scientificas rōnes reduci nō possunt, p rhetoricas, quę fiūt ex cōibus, ac verisimilibus, reducantur. Vulgares enim inepti sunt rōnibus scientificis, ideo p eas īpossibile est illos reducere, exēplaribus vero, cōmunibus, atq; verisimilibus aptissimi, p quas suadet rhetor, vnde dic. [Adhuc autē apud quosdā] hoc est apud vulgares, rudes, atq; imperitos, [neq; si certissimā haberemus sciētiam, facile eēt p illam psuadere dicētes] i.q.d. neq; si nos dicēdo vteremur sciētificis rōnibus, esset facile p eas vulgaribus psuadere, cuius cām assignat, ¶ dicit. [enim] nam [ratio, quę est sm sciam, est doctrinę] hoc est sciētifica, ac doctrinalis, ¶ p doctrinaz dialecticam, vel analyticā intelligit, dialectica autē non est idoneuz instrumētum persuadendi vulgaribus. est enim supra eorū capacitatē. ¶ ppterea subdit [hoc autez] i.s. persuadere vulgaribus per doctrinalez rōnem [est impoīe,] cum sint ebetes, ac rudes, ineptiq; scientificis ac dialecticis rōnibus. [Sz necesse est] ipsis [facere psuasiones ¶ oōnes per cōia] hoc est per verisimilia, [quēadmodum ¶ in topicis dicebamus de ea collocutione, quę est apud multos.] ibi enim diximus q̄ omnis collocutio, quę fit apud multos, hoc est apud vulgares, fieri dz per cōia. sunt autem cōmunia aut verisilia, aut pbabilia. ℭ Sz occurret in quo differat hęc rō ab ea, quę prime dicta est, videtur enim eadem, nā obuiare rudib^9 est regulare eos, vt iusta prosequātur, ¶ iniqua fugiant. Quare hęc rō non videtur diuersa ab ea dici pōt hanc vtilitatē diuersaz eē a pma, qz pma cōis sit, qppe cum sciētijs oībus competat regulā eē. At rhetoricę speciatim cōpetit eē regulaz, qua regulātur rudes, quę vtilitas accipitur ex hoc, quia rhetorica differt a cęteris sciētijs per hoc, quia rhetorica cōficit orationes ex verisilibus. Cęterę autē aut ex veris, aut ex pbabilibus. iterum quęres qd est illud, ad qd credēdum opz reducere rudes, ac populares. Diximus olim illud esse viuere sm virtutes. Cuz enim viuere sm virtutes rudibus hoībus sit difficile, ideo oportuit, vt p aliquā regulam regulētur ad viuēdum ea rōne. Hęc autē regula est rhetorica, nō enim pōt eē doctrinalis, ac scientifica, quia hęc trāscendit capacitatē rudium, qui ebetes sunt, ac rudes. Quare cū rhetorica pcedat ex verisimilibus, quę cōmunia quodāmō sunt vulgaribus, ¶ sapientib^9, ideo idoneū instrumētuz est, quo vulgares regulantur ad viuēdum sm virtutes, nā vt dialectica est dux ac instrumētum ad speculandū, ita rhetorica ad viuēdū sm virtutes. Aut fortasse dōm illud ad qd credēduz opz reducere vulgares, non eē vnius generis, quia aliquādo est ipm vtile vel dānosum, cū rhetor hortatur vel dehortatur, aliquādo autē est ipm iustum vel iniustū, cum accusat, aut defendit. nōnūq; est ipsuz honestū vel turpe, cū laudat vel vituperat. Qd autē ita sit, posterius differēduz.

ℭ Adhuc autez cōtraria opz posse persuadere, quemadmoduz ¶ in syllis, non vt vtraq; faciamus. (Non eniz oportet praua persuadere) sed vt non lateat quo mō se habet. ¶ vt alio vtente orationibus ipsis nō iure, soluere possimus: Aliarum quidem igitur artium nulla contraria syllogizat. Dialectica autez ¶ rhetorica solę hoc faciunt. Similiter enim ambę contrariorum sunt.

[Right margin:] praua φαῦλα mala possimus ἔχωμεν habeamus valeamus

ℭ Sūt q̄dam sciētię, quę docēt vitę contraria, vitęq; cōuenientia, vt moralis phīa, ¶ ars medendi. Moralis quidem docet vitia pariter ¶ virtutes, vt liberalitatē, ¶ auaritiam, fortitudinē ¶ metuz, ¶ cętera id genus sili rōne. Medicinalis vero ars docet venena, ¶ quonā pacto ex his hoīes enecentur, docet etiā antitoda, ¶ quo pacto venenis sit obuiādū. Quare hę facultates duplr vtiles videntur, pmo quidē, quo p ipsas scimus eoz naturas, q̄ nobis aduersantur. Scimus enim per moralem naturas ¶ spēs viciorz, ¶ per medicinalē naturas atq; spēs venenorz. deinde quo p ipsas scimus obuiare eis, cum nobis occurrerint, nisi enim medicus naturas venenoz tradidisset, pariterq; ¶ antitoda, eis occurrētibus obuiare non poterimus. Eodē quoq; modo rhetorica atq; dialectica, contraria docēt atq; ostēdunt, vt sint ob id nobis duplr vtiles, pmo quidem, quia per eas scimus naturas eoz cōtrariorz, quę ipsę argumētantur. Deinde vt sciamus fugere, cuz alij ipsis aduersus nos vtuntur. ergo tertia rhetoricę vtilitas est, quo ipsa vtraq; cōtraria argumētatur, sic eniz docet nos ōtraria cognoscere, ¶ eis obuiare, cum alij contrarijs vtūtur, vnde dicit. [Adhuc autē contraria opz posse psuadere] i. per opz, vtile esse intelligit, ¶ subdit silitudinem, ¶ dicit. [Quēadmodum

⁊ in syllis] vtile est pbare posse vtraqȝ opposita. ⁊ exponit se ⁊ dicit, [Non vt vtraqȝ faciamus] quę nobis persuadet rhetor, [Nõ enim oportet psuadere praua] vt. vȝ. illa faciamus, [sȝ vt nõ lateat] subaudi nos, [quo mõ se habȝ] prauia facere. Sic eniȝ cognoscimus cõtrariorum naturas p rhetoricã, veluti venenoꝝ peculiaritates p artem medẽdi, ⁊ hęc est pma vtilitas. Deinde assignat scdȝ, ⁊ dicit. [Et vt alio vtẽte orationibꝰ ipsis non iure] atqȝ ꝑuenerit, [soluere possimus.] Rhetoricus enĩ docet loca argumẽtandi partẽ contrariã, ⁊ quo mõ sit obuiãdum eis, cum argumẽta fiunt, vt in sophisticis Arist. fecit, vbi docuit cauillos, ⁊ loca cauillandi, docuit ẽt illis antidota, qbus illis obuiandum est, cum fiũt. Ex his cõcludit hanc vtilitatẽ eẽ ꝓpriam rhetoricę, atqȝ dialecticę, ⁊ dicit. [Aliarũ quidẽ igitur artium nulla contraria syllogiçat, dialectica aũt, ⁊ rhetorica solę hoc faciũt,] cuius rõnẽ assignat, ⁊ dicit. [Similr enĩ ambę cõtrarioꝝ sunt,] cęterę autẽ non sunt argumentantes ꝯtraria nisi p accidẽs, quatenus. vȝ. vtunt̃ his, ce, phĩa enĩ atqȝ alię sciẽtię si contraria argumẽtant̃, non nisi vtẽtes dialectica, atqȝ rhetorica ea argumẽtant̃, vt in prioristicis dum docet ex particularibꝰ syllm fieri nõ posse, duo simul docet ⁊ syllm ex particularibꝰ, ⁊ antidotum. vȝ. ipm non valere. Silr cum docet ex vtrisqȝ affirmatiuis in 2ª figura nõ fieri syllm, simul docet opposita, docet enĩ syllogiçare ex vtrisqȝ affirmatiuis in 2ª figura, ⁊ docet antidotũ ipsum. vȝ. nõ valere. Quare rhetorica atqȝ dialectica vtiles sunt, tũ pmo, qa docẽt contraria cognoscere, qd est fm se vtile, tũ scdo, qa docet alio vtẽte ipsis, quo mõ sit obuiãdum. ¶ Quo vero ad verba attinet, in veteribus translationibꝰ, verba illa, [Aliarũ quidẽ igitur artiũ] legũtur cum pticula quidẽ, quasi reddat cãm eius, qd prius dixit. Dixit enĩ rhetoricam atqȝ dialecticã vtiles eẽ ad cognoscẽdum, ⁊ ad argumẽtandum cõtraria, quasi reddẽs causã, dič. [aliaꝝ quidẽ artium nulla cõtraria syllogiçat, dialectica aũt, ⁊ rhetorica solę hoc faciũt,] quare hęc vtilitas videt̃ ppria dialecticę, atqȝ rhetoricę. ¶ Sȝ occurres, nam ea facultas, quę bona, ⁊ mala psuadet, nõ videt̃ magis vtilis qȝ dãnosa. Sed qm de his posterius dicturi sumus, nunc dicamus rhetoricam psuadere hoibus vtraqȝ cõtraria. Uerũ alterũ per se, alterũ p accidẽs. Preterea si docet psuadere malũ, non tñ ꝓpter finẽ p se, sed ꝓpter bonum docet ipsum, qui enĩ docet fugere malum, docet prosequi bonum.

¶ Subiectę tamẽ res non similr se habent, sed semper vera atqȝ natura meliora magis syllogizabilia, atqȝ credibilia sunt, vt simpliciter est dicere.

Cõmẽtaᵘ. ¶ Nũquid cõtraria sint ęqualr syllogiçabilia, atqȝ credibilia: respõdet, hęc ex natura reruȝ non ęqualr eẽ syllogiçabilia atqȝ credibilia, qa ex parte rerũ vera, ⁊ natura meliora sunt, vt simplr est dicere, magis syllogiçabilia, atqȝ magis credibilia. dixit ex parte rerũ, vt simpliciter est dicere, qa ex parte nostra qñqȝ est totuȝ oppositum. nam ex parte nostra multa falsa, vt in topicis dicitur, sunt probabiliora veris.

¶ Adhuc autem absurdum est, si corpore quidem non posse sibiipsi ꝓdesse, turpe sit, oratione autẽ, non turpe, quę magis ꝓpria hominis est corporis vsu.

Cõmẽtaᵘ. ¶ Quarta vtilitas est, quo p rhetoricã alios excellimꝰ, turpeqȝ euitamus. nam si nõ posse corpore sibiipsi psidio eẽ, turpe homini est, cũ corpus natura datũ sit hoĩ in psidium, quanto magis orõne non posse sibi psidio esse turpe habebit̃, cum oratio atqȝ sermo nobis natura (vt Arist. inqt. pmo politico.) sit data etiã in psidiuȝ, imo eo turpe magis, quo oratio magis hoĩs propria est qȝ sit corporis vsus, quippe cum corporis vsus cõis sit hominibus cũ beluis. vnde Arist. in proęmio huius libri, qd tamẽ ante paruã rhetoricam scribit̃, hoc vnum esse inqt, quo cęteris aĩalibus pstamus, pręclarum quodam ab imortali Deo adepti videmur, nam siqdẽ ⁊ cupiditate, ⁊ ira ⁊ alijs hõi affectionibus vtũtur, etiã reliq̃ animalia, orõne autem hõ dũtaxat, absurdũ pfecto maxime oium cedat, si qua vna re bestijs antecellimus, eã beneuiuendi ducez pręnegligẽtia relinquerimus. Quã ob cãm Martialis recte inquit, qui velit ingenio cedere rarus erit. Uiribus enĩ corporis cedere solemꝰ, ingenio aũt haudquaqȝ, qd Arist. pbauit in ꝓblematibꝰ.

¶ Si vero aliquando in magnis lęserit, vtiqȝ qui vtitur iniuste huiusmodi orationuȝ vi, hoc quippiaȝ cõmune est cuȝ bonis oibus pterqȝ cum virtute, potissimuȝ cum ijs, quę sunt maxime vtilia, vtputa, cuȝ robore, sanitate, diuitijs, imperio. His enĩ vtiqȝ qs ꝓderit maxime vtens iuste, ⁊ iniuste, lędet. *aliquando ὅτε quoniam ὅτι In magnis μεγάλα magna/valde vi δύναμει potentia cum κατά contra de imperio στρατηγίας pretura militia*

¶ Sit ne dãnosa atqȝ mala rhetorica ipsa, an bona, vtilisqȝ: non parua fuit olim, ⁊ nũc digladiatio, quã Arist. in psenti loco intẽdit sedare. Qui vero rhetoricã malaȝ, atqȝ dãnosam eẽ tradũt, mouẽtur pmo, qa gñatim gentibus oibus obfuit, naȝ in aurea ipsa ętate (in qua nondum rhetores dicere cęperant) gẽtes cum pace, sũmaqȝ cum simplicitate vixisse accepimus, cũ vero cęperũt homines eloqui, cęperunt insidię, qbus humanum genus vitiatum est. Deinde rebus publicis nõ parua nocumẽta intulit. qa enĩ temporibus, qbus respublica Romanoꝝ consulte atqȝ pacifice agebat̃, rhetores per Catonem cẽsorium ꝓpulsi sunt, cũ vero per nepotẽ Catonem vticẽsem reuocati, Romanoꝝ respublica seditionibꝰ atqȝ bellis cõflictata est. Quod Plinius vir doctissimꝰ scribit 7° historię nãlis. idem quoqȝ tradũt historię de Atheniẽsi, atqȝ Lacedęmonica republica. Preterea qȝ rebꝰ publicis obfuerit, argumẽto maximo pbauit Plato contra Thisiũ, ⁊ Gorgiam, nam facultas, quę docet peiorem causaȝ meliorẽ fieri, melioreqȝ peiores, ⁊ qua non facile verum discernit̃, quaqȝ nigra in cãdida, candidaue in nigra vertũtur, nõ modo rebus publicis nõ vtilis, verũetiaȝ dãnosissima videt̃. Hac rõne Cato cẽsorius (vt Plinius inqt) in illa nobili trium sapiẽtię pceruȝ ab Athenis legatione audito Carneade qȝprimũ legatos eos cẽsuit dimittẽdos. qm illo viro argumẽtãte quid veri eẽt, non facile discerni posset. Huic astipulãtur regna, regionesqȝ, in quibus rhetores absunt, illic eniȝ cũ pace, vnione, trãquillitateqȝ viuit̃ vt apud turcas, ęthiopes, arabes, cęterosqȝ id genꝰ. Uillici quoqȝ ob dicẽdi imperitiã minore malitia viuunt. Tertio videt̃ hęc dãnosa his met, qui illa vsi sunt, naȝ plurimi legũlatores, iureqȝ consulti, ac causidici, qui in dicẽdi genere forensi sunt periti, mala morte finierũt. vt Ligurgus qui ab Alcandro oculo priuatus ab ipsa patria pfugus moritur. vt Solon qui Cypri exul degit, nec in patria, de qua optime meruerat, humari cõtingit. vt Phocion, qui ab Atheniẽsibus veneno necat̃. nec post obitum (vt addit Ualerius) glebbulã atticę regionis, quę ossibus eius inijceret̃, inuenit, iussus etiam extra fines proijci, *Cap. 30.*

proijci, intra quos optim⁹ ciuis vixerat. vt Demosthe
nes, qui (vt nonulli tradunt) iussu Philippi veneno in
terimitur. De nostris plurimi sunt, iter quos maior, Ci
cero est, hic eni iussu Antonij a Popilio senate necat,
a quo seruari meruerat. Qd igitur rhetorica dānosa sit,
ex hisce pspicuū, hi quoqz vtilē atqz bonam eē defen
dūt, ex eisdem palinodice, pmo qꝫ gēti pfuerit. nā post
illuuionē gētes ferino more victitabant, siqdē in agris
bestiarū more degētes victu ferino sibi vitam cōpara
bant, nec rōne animi gcq̃, sed pleraqz viribus corpo
ris exercebant, nōdum diuinę religionis, non humani
officij rō colebaẗ, nemo nuptias viderat legitimas, nō
certos qsq̃ aspexerat liberos, non ius ęquabile qd vti
litatis haberet, acceperat. postea ab vno (vt inqt Cice
ro) psuasionibus atqz eloquētia ad humanitatez redu
cti sunt. Qd rebus etiā publicis, declarāt, nam post ea
rum cōstitutionem plurima bella, seditionesqz ciuiles
emerserūt, quę sola rhetorica sedauit, societates, ac pa
cem post bella psuadens. Exēpluz hent nobis (vt Ci
cero inqt) Cato, Lelius, africanus Scipio, Grachi afri
cani nepotes, qui Romę plurima bella restrinxerūt, so
cietates firmarūt, amicitias sanxerunt, tuz animi rōne,
tuz eloquētia. vn̄ Virgil. hoc his v̄sibus testatur.

Ac veluti magno in populo cum sępe cohorta est
Seditio, seuitqz animis ignobile vulgus,
Iamqz faces, & saxa volant furor arma ministrat,
Tum pietate grauem ac meritis si forte virumqz
Conspexere, silent, arrectisqz auribus astant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet. & reliqua.

Qua ratione non minus vere q̃ lepide Ennius flexi
aiam appellauit, rhetoricam. qꝫ aiuz in quācūqz vellet
partē raperet. Vera etiaz illa Euripidis snia, qua dicit
omnia cōficit oratio, quę etiam hostile ferruz ne vtiqz
afficere valeret. Et qꝫ hoibus ipsis, qui ea vtuntur, vti
lis sit, & bona pbamus pmo gdem, vt hō homini pster,
nam hō oratione bestijs antecellit dūtaxat, cupiditate
siqdem (vt Arist. inqt) & ira, & alijs hō affectionib⁹ vtiū
cętera aīalia, orone tamen hō dūtaxat. Quare si hac re
homo maxime bestias excellit, qꝫ eloqui possit, pclarū
videbitur adeptus is, qui qua hoies bestias excellūt, ea
in re hoibus ipsis antecellat. Scdo vtilis est ad vrbes
subiugandas. Pyrrhus eni epirotarū Rex verū esse as
seruit. nam cum bellum in Italia gereret, comitē quasi
gerēdorū, ac sociū Cineam thessaluz rhetorez Demo
sthenis discipulū accepit, eiusqz opera impense admo
dum vtebaẗ. naz ad ciuitates, quasi vi, ac armis subige
re nō poterat, cum oratorē mittebat, quas magna ex p
te in sniam suam adducebat, adeo vt sępe Pyrrhus di
ceret plures a Cinea vrbes eloquētia i potestatē suā re
dactas, q̃ a se armis eē superatas. Ducibus ac rei mili
tari cōfert etiā non paruz, vt testaẗ Cęsar, qui nūq̃ pre
lium inibat, qn milites orone ac eloquētia percalefacis
set, vt Lucanus meminit. Themistocles etiā aduersus
Xersez plus sua pugnauit eloquētia q̃ armis, psuasit
qz Atheniēsibus, vt vrbes vterēt, qd quidē victorię cā
fuit. Adde Periclez qui sua eloquētia tot pclara facino
ra (vt Plato inqt) gessit. Prodest insup diuitijs cōgre
gandis, Isocrates siqdem. 20. talētis vnā vendidit ora
tionē, vt Plinius narrat 7° libro historię nālis. Ascle
piades ętate magni Pōpei rhetoricę magister, vt idez
Plinius narrat, nec satis in ea arte q̃stuosus, ad alia sa
Ab.li.ca.3°. gacia ingenij. i. ad medicinā repēte se conuertit, hic tor
renti, hac meditata quotidie orone ęgrotos blandiens,
oia abdicauit, vniuersumqz ppe humanuz genus circū
egit in se, non alio mō q̃ si ę cęlo emissus venisset, diui
tijs adeo locupletatus est, vt suo tēpore solus diues di
ceretur. Ad honores deniqz captandos, Gorgias leōti
nus Empedocli aggrigentini discipulus magno nobis
eē documēto potest. Is eni post Coracē & Thisiaz an
tiquissimos artis rhetoricę magistros, tanto gręcię to
tius cōcursu rhetoricen pfessus est, vt oium pmus. In
delphici Apollinis tēplo solida nō aurata, sz aurea sta
tua fuerit honorat⁹. Adde honores, quos vniuersa gre
cia, gentesqz alię oratorib⁹ tribuerūt, vt Isocrati, Thu
sić, Coraci, Lysię, Eschinę, Demosthenis emulo, Peri
cli, Milciadi, Simoni, Themistocli quos enarrare eēt
longū. Quare hincinde res hęc dubia nō par fluctuat.
Cicero hūc in modū cōtrouersiaz tollit, dicēs sapiētiaz
sine eloquentia parū pdesse ciuitatibus, eloquētiaz v̄o
sine sapiētia nimiū obesse plerūqz, prodesse nūq̃. Elo
quētia siqdem plurima reipublicę cōmoda adinuenit,
moderatrix oium pisto est rerū sapiētia. Hęc etiā videẗ
Platonis snia, qui beatissimas fore respublicas dicit, si
aut Phi dñarentur, aut saltē qui gubernāt, diuina qua
dam sorte philosopharenẗ. Arist ad Alexādrū sic scri
bit Impator sui est seruator exercitus, ita eloquentia, q̃
sapientię cōiūcta est, humanę est vitę gubernatrix. Ve
rum hęc Ciceronis moderatio dubitatione non caret,
nō eniz qd ipse velit per sapiētiam, exposuit, nec est ex
ploratum. Sapiētia eni apud Platonē est rerū diuina
rum atqz humanaruz cognitio. Apud autē Arist. sapiē
tia est, quā corrupto v̄bo metaphysicā vocant. Potest
autē quis rhetor eē diuinaqz & humana cognoscere, &
iniuste rhetorica vti. Deinde ex v̄bis Ciceronis videẗ
eloquētiam esse sui natura malā, asserit enim eā, si sine
sapiētia fuerit, pdesse nūq̃, sed plerūqz obesse, qd esse
nō posset, nisi rhetorica eēt natura mala. Hoc autē ve
rum eē non puto, siqdē omnis ars, ois electio, bonum
qōdaz itēdere videẗ pmo ethicoꝝ. Insuper ois ars est
recta q̃daz ratio, quare ois ars est suapte natura bona.
Adde qꝫ eloquētia bestijs pstamus, igitur non pōt esse
natura sua mala. nō enim pstare alicui est p malū. Aris.
autē in psenti loco digladiationē hanc sedat, cuz dicit.
[Si v̄o aliquādo in magnis lęserit, vtiqz qui vtiẗ in
iuste hō orationuz vi, hoc qppiam cōmune est,]rheto
ricę subaudi[cū bonis oibus pterq̃ cuz virtute, potis
simuz cū ijs, quę sunt maxime vtilia]subaudi sua natu
ra. & exponit cū quibus bonis, & dicit.[Vtputa, cum ro
bore, sanitate, diuitijs, imperio,]nā hęc sunt sua natura
bona, & possunt eē mala, si referātur ad vtētem, & h ex
ponit, & dicit.[His eni vtiqz quis pderit maxime vtēs
iuste, & iniuste]subaudi vtens, [lędet.]per quę iduit rhe
toricam eē sui natura bonā, vtilemqz, veluti alia, q̃ etiā
sunt sua natura bona. vz. diuitię, sanitas, robur, impiuz
& id genus. oia eniz hęc suapte natura bona sunt, veruz
rōne vtentis & bona & mala eē possunt. Nā si iuste vteẗ
quis eis, erūt bona dupl'r, & sui ipsoꝝ natura, & vtentis
bonitate. Sin autē iniuste, erūt mala, non quidē ob eo
rum naturas, sed ob vtentis malitiā, qui suapte natura
bonis abutitur. Quare rhetorica sui natura bona est.
Bonitate v̄o ac malitia vtentis, pōt bona, & mala fieri:
vnde & Arist. pmo politicoꝝ asserit seuissimū esse in re
publica sapiētiam, quam comitaẗ malitia, ex his facile
tolluntur hincinde cōtraria, vt intelligēti perspicuuz est.
¶ Quo v̄o ad verba attinet, Arist. excepit virtutes, q̃ a
lię adeo bonę sunt, vt nec suapte nā, nec malitia vten
tis malę esse possint. Nō eni potest studiosus eē, q vtu
te iniuste vtitur. ideo si aliqs studiosus fuerit, nō nisi iu
ste virtutibus vti poterit. Adde qꝫ non pōt vna vtus eē
sine alia. sunt eni omnes nexu prudētię coniūctę: qppe

tus nemo sine prudētia studiosus eē possit. Quare nec vna virtutis spēs sine alia. Quod si dicas sciam eē virtutem, cū qua potest prauitas eē, dicas p̄mo sciaʒ eē gd bonum sui natura, malaʒ v̄o aliquādo malitia vtētis. deinde dicas sciam non eē virtutem, non eni sciētia de virtutibus est v̄tus, vt Socrates putauit. Est eniʒ v̄tus habitus appetitiuus sensitiui, vel volūtatis. At scia habitus est intellectus. Aristo. autē hic de v̄tutibus loqtur, q̄ sunt habitus appetitiui, mō his nemo pōt nisi iuste vti. Sciētia v̄o, quę est de numero bonoꝝ sui natura, malitia vtētis pōt esse mala. Egidius v̄o ait v̄tutibus nos non posse male vti formal'r, quia actus v̄tutis semꝑ est bonus, veluti actus calidi semꝑ est calefacere materialiter tn̄, ꝛ per accidens possumus v̄tutibus male vti, ga posset gs ob v̄tutes superbire. Sʒ hoc qd vir iste asserit, si nude intelligatur, non est veruʒ, qm̄ vnusq'qʒ studiosus est prudēs, prudens autē nullo pacto pōt superbire (vt vtar v̄bis eius) nam prudētia est recta rō agēdorum, mō qui recta rōne omnia agit, non pōt ob v̄tutes superbire, alioquin nō recta rōne ageret. Quare dici potest aliter malum a v̄tute, ꝛ aliter a rhetorica pficisci, mala eni quę pficiscūtur a rhetorica, veniunt formal'r ab ea, sed non rōne sua, sed rōne vtentis, a v̄tutibus v̄o si venit superbia, hęc non pficiscitur formal'r ab ea, sʒ ab affectu eius, q v̄tutes hʒ. Qd si hoc pacto velit Egidius intelligere, non est malum.

¶ Quod igitur nō sit vnius cuiusdam generis determinati rhetorica, sed quēadmoduʒ dialectica, ꝛ q̄ vtilis, manifestū. Et q̄ nō sit persuadere opus ipsius, sed videre ea, quę sunt persuasibilia circa vnūquodqʒ, quēadmodum ꝛ in alijs artibus oibus. Non eniʒ est medicinalis sanitateʒ efficere, sed vsque quo cōtingit, vsqʒ ad hoc pducere. Est eniʒ ꝛ eos, qui nō possunt recipere sanitatem, curare tn̄ bene. Adhuc autē q̄ eiusdeʒ sit psuasibile videre, ꝛ apparens psuasibile, quēadmoduʒ in dialectica ꝛ syll'm, ꝛ apparentem syll'm, sophisticus eniʒ nō in potentia, sed in electione est. Verūtamen hic qdem erit ille quideʒ s'm sciētiam, iste v̄o s'm electionem rhetor. Ibi autē sophista quidē s'm electionem, dialecticus v̄o non s'm electionem, sed s'm potentiam.

opus
ἔργον
officium
psuasibilia
πιθανά
credibilia

hic
...
in rhetorica
...
...
in dialectica

Cōmētu.

¶ Placet Egidio hūc esse epilogum. nos autē dicimus hunc eē epilogum nō soluʒ eoꝝ, quę in proęmio dicta sunt, sed etiaʒ, quę ex dictis sequūtur, vnde dicit. [Qd igit non sit vnius cuiusdā generis determinati rhetorica, sed quēadmodum dialectica,] quę neqʒ ipsa est vni' cuiusdam generis determinati, manifestum est, hoc est primuʒ, qd dictum qdem nō est ita explicite, sed sequitur ex dictis, diximus eni rhetoricam ęqualem eē dialecticę, essequʒ de cōmunibus oibus, quare non erit determinati generis, quēadmoduʒ nec dialectica. Tu v̄o intelligas, vt dictum est, q si rhetorica cōsiderēt quo ad p se, pprium, ac ppinquaʒ māʒ, quę est enthymema atqʒ exemplum, est generis logicę, sin autē quo ad ea, qbus applicatur, nullius est determinati generis. nā si moralibus applicēt, est ciuilis, sin autē reb' nālibus, est phis nālis. Deinde epilogat scdm qd est explicite dictum, et dicit. [ꝛ q̄ vtilis, manifestū.] Hoc eni expsse dictuʒ est, atqʒ pluribus rōnibus pbatū. Deinde epilogat tertiuʒ, qd quidē dictū nō est, sequit tamē ex dictis, ꝛ dicit. [Et q̄ nō sit persuadere opus ipsius, sed videre] hoc pspicere, pertractareqʒ, [quę sunt psuasibilia circa vnūqdqʒ] ppositum, qd coram auditorib' orator ppōnit persuadere, siue illud sit in gn̄e deliberatiuo, siue in genere iudiciali, siue demōstratiuo, ꝛ per videre ea, quę sunt persuasibilia, intelligit dicere bene, apposite qʒ, h̄ est nihil (vt inqt Arist. p̄mo topicoꝝ) omittere de necessarijs in arte dicēdi. ¶ Quo v̄o ad v̄ba attinet opus gręce est ἔργον, latine opus. Opus autēʒ pro fine accepit, qa (vt p̄mo ethicoꝝ scribit Arist.) finis duplex est operatio, ꝛ p̄ter hanc opus ipsuʒ, persuasibilia v̄o gręce sunt πιθανά, latine (vt Georgius vir clarissimus vbiqʒ trāstulit) credibilia. Quintilianus vtroqʒ mō ꝛ psuasibilia, ꝛ credibilia. Sed qd psuasibile sit, qdue credibile, posterius differēdum, illud tn̄ nunc p explorato habeāt nō persuadere, sʒ prospicere persuasibilia circa vnūqdqʒ, hoc est, circa oēm reʒ, in qua cadere pōt persuasio, siue thesis sit, siue hypothesis, eē oratoris opus h̄ est fineʒ. ille autē pspicit circa vnūquodqʒ psuasibilia, qui bene atqʒ apposite dicit. Bene autē dicit, qui nihil p̄termittit de necessarijs ad psuadēdū hoc loco fortasse Quintilianus accepit, non psuadere, sed benedicere eē fineʒ oratoris, qd autēʒ non persuadere sit finis, sed nihil ex necessarijs p̄termittere, Arist. exēplo aliarum artiuʒ declarat, ꝛ dicit. [Quēadmodum ꝛ in alijs artibus oib',] illud pʒ. [Nō enim est medicinalis] facultatis [sanitatē efficere, sed vsquequo contingit, vsqʒ ad hoc pducere.] huius cām dicit. [Est eni ꝛ eos, qui nō possunt recipere sanitatē, curare tamē bene,] vt qui ethicā, aut podagrā, aut cācrum, aut id genus patiūtur. Nā in cura nihil necessarioꝝ p̄termittitur. est enim perfectus medicus (vt Ari. inqt p̄mo topicoꝝ) q nihil p̄termittit de necessarijs in arte sua, ꝛ si nō semꝑ sanet. Quare nō persuadere, sʒ dicēdo nihil p̄termittere de necessarijs ad psuadēdum est finis oratoris, ꝛ cuʒ dicit. [Quēadmodum ꝛ in alijs artibus oibus,] per alias artes oēs, eas intelligit quarū duplex est finis, alter qui interior, alter qui exterior est. vt agricultura, nautica, militaris, hę eniʒ oēs duos hāt fines, internū, qui in potestate est artificis, ꝛ externum, ad cuius acqsitionem necessariū est naturę, aut fortunę beneficiū. Quādo eniʒ nauta nihil p̄termittit de necessarijs ad nauigādum, attingit finē internū, lʒ nō sequāt externus, qui est salus nauis. Hoc est tertiū, qd lʒ nō sit expsse dictum, tn̄ sequitur ex ijs, quę dicta sunt, dictū est eni rhetoricam eē generis logicę, mō si est gn̄is logicę, habet finē pprium, quēadmodum ꝛ ipsa logica. Qd si habet finem pprium, eius finis nō erit psuadere, quod est in ipso auditore. Deinde epilogat quartū, ꝛ dic. [Adhuc autē] subaudi manifestū, [q̄ eiusdeʒ] rhetoricę [sit persuasibile videre, ꝛ apparens psuasibile, quemadmodum in dialectica ꝛ syll'm, ꝛ apparētem syll'm.] Quare fit vt quēadmoduʒ in dialectica sunt duę ptes, altera q̄ versatur circa apparentes syll'os, altera quę circa dialecticos, ita in rhetorica duę ptes sunt. ꝛ intelligit p psuasibilia enthymemata, ꝛ exēpla, in quibus nō cōmittitur aliqua fallacia, vel aliqua cauillatio. per ea autē, quę apparent psuasibilia, intelligit enthymemata ꝛ exēpla sophistica, vt 2° huius declarabitur. ¶ Sʒ occurrens, qm̄ si eiusdem dialecticę est cōsiderare apparētes, ꝛ veros syll'os, tunc dialecticus erit sophista, ꝛ econuerso. quasi respōdens dicit. [Sophisticus eni nō in potētia] cōsiderandi subaudi sophisticos syll'os dicit, nō eni di so-

phista, qa potest sophisticos syllos ꝯsiderare. Sic enim sophista eēt dialecticus, sed sophista [in electione est,] nam ille dicit̄ sophista, qui eligit sophisticos syllos, argumentando per illos. ergo differt dialecticus a sophista, qa dialecticus potest ⁊ sophisticos ⁊ non sophisticos syllos considerare, ⁊ de facto cōsiderat. Sophista autem est, qui eligit syllos sophisticos argumētando ꝑ illos, quare in dialectica, qui versat̄ circa apparēter ꝓbabilia, sophista dicitur. qui circa ea, quę sūt ꝓbabilia, dialecticus appellat̄. Unde in dialectica dialectic⁹, ⁊ sophista cōueniūt, ⁊ differūt. Cōueniunt qdē, qa ⁊ dialecticus ⁊ sophista possunt apparēter ꝓbabilia ꝓspicere. Nō enim sophista eligeret apparēter ꝓbabilia, nisi ea ꝓspicere posset. Quare vterq; pōt ꝓspicere. differūt autē electione, nā sophista eligit apparēter ꝓbabilia, vt media in finē, quę est gloria. Dialectic⁹ ꝓspicit ea, vt obliquitates sylloꝝ illas euitare doceat. Nō enim intendit gloriā vt finem, sed opinionē gñare in respōdēte, quā ipse hʒ. Eodē modo in rhetorica sophista electione dr̄, qa apparēter persuasibilia ꝓspicit, ⁊ eligit vt media in finē, quę est gloria. Uerus rhetor illa ꝓspicit, ⁊ non eligit, vt media in finē, sed obliquitates docet fugere. Deinde assignat differētiā īt rhetoricā ⁊ dialecticā quātū ad hoc, ⁊ dic. [Uerū hic qdē] .s. in rhetorica ipsa [erit ille quidē] qui. vʒ. ꝓspicit persuasibilia, ⁊ non ea eligit [fm sciam] subaudi rhetor [iste v̄o] [qui eligit apparenter ꝑsuasibilia,] [fm electionē rhetor] .q.d. tā ille q̄ iste est rhetor, ⁊ noīe rhetor dicit̄. [Ibi autē] .s. in dialectica differūt nomine, qm̄ [sophista qdem] [dicit̄] [fm electionē, dialecticus v̄o nō fm electionē, sed fm potentiā.] ergo sophista ⁊ dialecticus differūt noīe, nō sic in ipsa rhetorica, nā vterq; dicit̄ rhetor. Pōt tñ in dialectica dici vno noīe, sed cōmuni, qa ambo dicunt̄ logici, hoc est gnāt, qd̄ lʒ non sit dictū explicite, tñ est indicatum ꝑ hoc, qa rhetorica est in gñe logicę. ergo sic duplex ē logica sophistica, ⁊ vera, ita rhetorica duplex ē, ⁊ dialectica etiā duplex. ❡ Sed q̄res cur in rhetorica sophista, ⁊ verus rhetor dicuntur vno noīe. vʒ. rhetor, in dialectica autē non. Non enī vterq; dicit̄ dialectic⁹, sed alter sophista, alter dialecticus. An qa sic cōsuetum est apud loquētes, mō loquēdum, vt plures, sentiēdum vt pauci. An qa tā quę sunt ꝑsuasibilia, q̄ quę videntur ꝑsuasibilia, verisimilia sunt, verū re illa, hęc autē apparenter. ⁊ qa vterq; ex verisimilib⁹ ꝓficisci, iure vterq; vno noīe censet̄. At in dialectica quę sunt ꝓbabilia, ⁊ q̄ videnī ꝓbabilia nō vno noīe dicuntur ꝓbabilia, ideo in illa sophista erit, qui v̄sat circa apparenter talia; dialecticus qui circa talia. ❡ Quęres iterū cur in rhetorica non ordinatus est liber ꝑticularis de sophisticis enthymematibus vel de sophisticis orōnibus, quēadmodū in dialectica, cū in rhetorica vtrūq; hoꝝ ꝓspiciat̄. An qa dialectica de v̄libus est, in q̄bus, cū a sensibus sint remota, multifariā decipi possumus, in rhetorica autē de ꝑticularibus, quę cū sint sensibus ꝓxima, raro decipimur, quo fit, vt in dialectica liber de sophisticis fieri debebat, cū tot cauilli vno in libro cōtineri non poterāt. In rhetorica minꝰ hęc agūtur, ⁊ in z° li°. pauca, qa cum pauca sint, vno in libro cōtineri pōt. An qa tā enthymema q̄ apparens enthymema vtrūq; ex verisimilibus est, ideo nō in diuersis libris tractari debent. An qa rōnes sophisticę in rhetorica sunt faciliores, ad quaꝝ euitationē sufficit scia sui recti. Propterea in hoc libro dū in z° agitur de rectis, mox agit̄ de obliquis. ceu in medicinali in eodē de venenis ⁊ antitodis agitur. ❡ Quo v̄o ad verba attinet, rhetor grece, latine est orator, quāq̄ differūt, q̄ orator sit, q̄ in iudicijs, ⁊ contionibus causas agit. rhetor aūt qui rhetoricen ꝓfitetur. declamator q̄ aut docēdi alios, aut exercendi se grā fictam cām agit, vt in veris postea causis orare possit. Aliqñ autē rhetor pro oratore, ⁊ rhetorica ꝓ oratoria ponit̄, vt hic. Rhetoricus autē mō pro eo, qui rhetoricen profitetur, modo pro oratore ponitur. Uerum de his posterius differendum.

❡ Sed de ipsa methodo iam tentemus dicere, ⁊ quo mō, ⁊ ex quibus poterimus asseq ea, quę ꝓposuimus. Rursus igitur vt a principio definiētes ipsā qd est, dicim⁹ reliq.

❡ Cōpleto proęmio magno, nūc ad sequentia se continuādo proęmiolū adiungit, vbi annotatione dignū in arte dicendi, quę est rhetorica, duo pcipue consideranda eē, ⁊ instrumēta ꝑsuadendi ꝑsuasibiliaq; ipsa, ⁊ post hęc, quo mō oratio conficiēda est. Primū in hoc pmo ⁊ scdo libro absoluit. Scdm autē in 3°, vbi orationem docet cōficere ex his, quę primo inuenerat. hęc igit̄ duo ꝓponit, ⁊ dicit. [Sed de ipsa methodo] [h est de ipsa arte] [iam tentemus dicere,] ⁊ qa hoc agere est difficile, ideo dixit tētemus. Exponit autē ea, quę vult dicere de arte, ⁊ dicit, [⁊ quo mō] .s. conficiat̄ oratio, vt 3° libro [⁊ ex q̄bus] qa ex his, quę pmo ⁊ scdo libro adinuenit. ⁊ sic tangit tertiū librū. ⁊ subaudi tu, nam hęc duo assequentes, [poterimus assequi ea, quę ꝓposuimus.] hoc est poterimus assequi ꝓpositū nostrū, ⁊ omnia quę intēdim⁹ in hoc libro, aut lege sic, [sed de ipsa methodo iā tētemus dicere ⁊ quo mō ⁊ ex q̄bus poterimus assequi ea] duo subaudi [quę ꝓposuimus.] [sunt autem ea duo. vʒ. exponere instrumēta ⁊ persuasibilia, ⁊ scdo loco post declarationē hoꝝ conficere orationē. dixit autē ⁊ quo mō ⁊ ex quibus qa in omni cōsideratione quę de aliquo fit, reqritur ordo, ⁊ ordinata. Quare dixit quo mō hoc est quo ordie, ⁊ ex q̄bus, hoc est ex q̄bus ordinatis, ea duo assequi poterimus. Egidius v̄o qa in suis translationibus legit̄ [qualitercūq;] exponit, sed de ipsa methodo h̄ est de ipsa rhetorica tētemus dicere qualitercunq;. i. dicamus de ea fm modum nobis poss̄, ⁊ ex q̄bus. s. ⁊ dicamus ex q̄bus poterimus assequi ea, quę ꝓposuimus h̄ est ex q̄bus poterimus cognoscere ꝑsuasibilia in vnoquoq; genere. ergo fm hanc expōnē, ꝓponit duo, ⁊ dicere de ipsa methodo fm modū possem, ⁊ ex q̄bus. s. locis poterimus assequi ea quę ꝓposuimus, hoc est ex q̄bus locis poterimus cognoscere ꝑsuasibilia in vnoq; genere dicēdi. Uerū illud verbū qualitercunq; grece est πως, latine quo mō. Sed nō refert quātum ad rē, qm̄ duo ꝓponit ⁊ dicere de rhetorica quo ad fieri pōt, ⁊ dicere loca, ex q̄bus cognoscemus ꝑsuasibilia propria in vnoquoq; gñe. Arbitror autem q̄ dicere de rhetorica quo ad fieri pōt, sit dicere de structura orationis, qd̄ absoluit in 3°. dicere v̄o loca, q̄b⁹ cognoscimus ꝑsuasibilia sit, ⁊ dicere loca argumentandi, ⁊ efficiendi, qd̄ pmo ⁊ z° libro absoluit. tunc cōtinuando se ad sequētia dic̄. [Rursus igit̄ vt a principio] definiuimus, [definiētes ipsam] nunc [quid est, dicimus reliqua] hoc est ea duo, q̄si dicat, rursus redeamus ad definiēdū ipsā, vt primo definiuimus, ⁊ postq̄ hoc factū erit, aggrediemur illa duo hoc est structurā orōnis in 3°, ⁊ loca ꝑsuadendi in primo, ⁊ z°. Hęc de proęmiolo, deq; continuatione.

❡ Sit itaq; rhetorica potentia ꝯsiderādi circa vnūquodq; cōtingens persuasibile.

❡ Exequit̄ ⁊ primo definit rhetoricā, ⁊ dicit. [Sit itaq;

rhetorica potentia considerandi circa vnumquodque contingens persuasibile]. i. que considerat circa vnumquodque, quodcumque persuasibile esse potest. ¶ Quo vero ad verba attinet, potentia grece δυναμισ est, latine tum vis, tum potestas. verum hic pro habitu, vel facultate accepit. Est enim habitus, vel facultas genus rhetorice, cetera ponuntur loco differentie. per vnumquodque intelligit vnamquamque questionem rhetoricam, que dicitur causa, thesis, vel hypothesis, siue sit in genere iudiciali, siue demonstratiuo, siue deliberatiuo, rhetorica enim facultas est, que considerat persuasibile quodcumque esse potest circa vnamquamque questionem cuiusuis dicendi generis verbum sit, grece εστω, nam de definitione potest esse contentio, et ideo dicit sit. q. d. ita volo vt sit. Quod rhetorica sit potentia siue facultas, supponit, cetera que sunt loco differentie, probauit, vt dicet statim.

artium · εκαστη · sibi · edoctiua · διδασκαλικη · determinatus · doctrinalis · suasiua · πιστικη · fidefaciens · δη / itaque · δε / autem · Commentum.

¶ Hoc enim nullius alterius artis opus est. Aliarum enim vnaqueque circa suum subiectum est edoctiua, et suasiua, vt medicinalis circa sanum et egrum, et geometria circa passiones, que accidunt magnitudinibus. et arithmetica circa numerum. Similiter autem et reliquae artium, atque scientiarum. Rhetorica itaque circa datum (vt est dicere) videtur posse considerare persuasibile.

¶ Quia dixerat rhetoricam considerare persuasibile quodcumque esse potest circa vnumquodque, loco differentie, per que induit rhetoricam non determinati generis, ideo simul declarat rhetoricam non esse determinati generis, et quod consideret circa vnumquodque persuasibile quodcumque esse potest, quod accepit loco differentie. et supponit vnum. videlicet quod persuasibile circa vnumquodque sit considerabile, aut a rhetorica, aut a medicinali, aut a geometria, aut ab arithmetica, aut aliqua alia arte. Hoc supponit, et est verum, quia cum persuasibile circa vnumquodque sit aliquid considerabile, cum non debeat ignotum remanere, oportet, vt consideretur aut a rhetorica, aut a medicinali, aut a geometria, aut ab arithmetica, aut ab alia arte. Tunc argumentatur hoc pacto persuasibile circa vnumquodque considerabile est aut a rhetorica, aut a medicinali, aut a geometria, aut ab arithmetica, aut ab aliqua alia arte, sed persuasibile circa vnumquodque non consideratur a medicinali, neque a geometria, neque ab arithmetica, neque ab aliqua alia arte vel scientia. ergo consideratur a rhetorica. de ratione primo tangit minorem, cum dicit. [Hoc enim nullius alterius artis opus est,] opus grece εργον, latine tum finis, tum officium, hic pro opus, officium intelligit, superius autem pro fine accepit. hec est minor, deinde probat minorem. et dicit. [Aliarum enim vnaqueque circa suum subiectum] proprium [est edoctiua, et suasiua, vt medicinalis] facultas edoctiua atque suasiua est [circa sanum et egrum] idest circa proprium subiectum. [et geometria circa passiones, que accidunt magnitudinibus] idest circa proprium subiectum, [et arithmetica circa numerum,] idest circa proprium subiectum. [Similiter autem et reliquae artium atque scientie] circa sua subiecta propria, considerationes faciunt. tunc dat conclusionem. et dicit. [Rhetorica itaque circa datum] i. circa quodcumque quod datum fuerit, [vt est dicere, videtur posse considerare persuasibile,] et non circa sanum vel egrum tantum, nec circa passiones magnitudinis tantum, nec circa numerum tantum, sed circa quodcumque datum genus, ab aduersario circa quod potest applicari aut genus demonstratiuum, aut deliberatiuum, aut iudiciale. et hoc accipiebatur in definitione rhetorice loco differentie. Quare recte definitur rhetorica quod sit facultas considerandi persuasibile quodcumque esse potest circa quodcumque problema datum. Verbum itaque grece est δη, verum in translationibus veteribus legitur loco itaque autem. quia fortasse in grecis codicibus habebatur δε, sed non est vis, quia sensus est illatiuus.

artificium · τεχνικον · artis. idest artificiale · artificiosum · Commentum.

¶ Propter quod et dicimus ipsam non circa aliquod genus proprium determinatum habere artificium.

¶ Cum declarasset differentiam definitionis, nunc concludit rhetoricam non esse determinati generis subiecti, et dicit. [Propter quod et dicimus ipsam] rhetoricam [non habere artificium] idest artificialem considerationem, [circa aliquod genus proprium, ac determinatum,] quia nec circa sanum vel egrum, nec circa passiones magnitudinis, nec circa numerum, nec circa aliquid tale, sed circa omne datum, in quo cadere potest aliquod genus dicendi. ¶ Quo vero ad verba attinet artificium grece est τεχνικον, latine tum artificiale, tum artificiosum, hic pro artificio intelligitur. Sed hec rhetorice definitio, quam hic assignauit Arist. carpitur ab Hermogene in eo compendio, quod de rhetorica edidit ex eo, quia dictionibus deficit, et videtur amplior definito. Videtur enim dialectice competere, quia dialectica de omni re proposita videtur disputare persuasibiliter, cum interrogatione et responsione absque narratione. Carpitur etiam a Quintiliano, quia non tantum persuasibilia orationi sufficiunt, sed requiruntur elocutio, colores, et cetera id genus. Postremo in hac definitione Arist. pretermisit finem, propter quod Hermogenes asserit alteram esse Dionysii halicarnasei, qui sub Augusto Cesare floruit, et quidem maximus artis dicendi preceptor et artifex. Rhetorica est inquit, vis artificiosa persuadendi rationabiliter in negocio ciuili, cuius finis est bene dicere. Hanc diffinitionem probat quia nec abundat, nec deficit, et habet genus, et differentiam ceteraque necessaria, nam in quod ait vis genus demonstrauit cum ait artificiosa, alteram differentiam affert, nam vis altera est artificiosa, altera naturalis, cum autem adycit persuadendi rationabiliter, infert aliam differentiam, quia non solum rhetor persuadet, sed etiam medicus et geometra, nulle enim demonstrationes carent persuasione. quare aliam iuxit differentiam ceteris magis propriam, quia hanc cetere artes minime habent. videlicet in negocio ciuili. quia autem (vt inquit) finis adesse debet vnicuique definitioni: ideo addit rhetorice finem, dicens bene dicere: nam quecumque ars fine caruerit, ea vel perniciosa, vel inanis, vel falsa est. Verum vt videamus que harum diffinitionum sit perfectior: querunt duo: primum de materia oratorie, ad quod aliqui dixerunt, materiam oratorie esse orationem, quam sententiam ponit apud Platonem Gorgias, sed hanc positionem recte Quintilianus refellit, quia oratio non materia, sed opus, siue finis est oratorie. Hermagoras expolius materiam oratorie dixit esse questiones omnem tam thesim quam hypothesim, quam sententiam videtur Arist. ipse olfacere, cum ait omne datum. accedit ad hec quod vt morbi et vlcera materia est medicinalis, quia in illis ars versatur sic questiones erunt materia rhetorice quia in omnibus illis ipsa laborat. Rursus etiam hanc optime refellit Cicero, qui ait questiones tales potius ad philosophum attinere. Preterea cetere scientie omnes superfluerent. quapropter recte Cicero inquit Hermagoram falsum quidem constituisse de oratoris materia: quia non quid ars posset, sed quid ipse posset, exposuit. multa quoque Plato aduersus hos loquitur in libro Gorgias dicitur. Hermogenes autem oratoris materiam voluit esse questiones omnes ciuiles. In his enim vult versari rhetores duntaxat, quod Cicero in veteri rhetorica olfecit, volens materiam esse tria genera causarum vel questiones omnes ciuiles in tribus generibus causarum contingentes. Hec positio diminuta est, et optime Plato refellit in Phedro. vbi palam inquit, non in iudicijs modo: et in concionibus, ac demonstrationibus sed in rebus etiam priuatis ac domesticis rhetoricam esse, cui Arist. recte consentit dicens materiam esse datum omne, in

Nota

quo põt cadere p̃suasio: siue illa sit ciuilis q̃stio, siue sit militaris, siue moralis, siue priuata, siue amicorum, siue breuiter talis, vt in ea possit cadere p̃suasio. Ubi aiaduersione dignũ, p̃babile differre a p̃suasibili, seu credibili, nã p̃babile aut p̃bare est opinionẽ facere. p̃suasibile ac p̃suadere est fidẽ facere. At opinio est cõsensus in intellectu velit, nolit. Fides ꝟo vel credulitas est ꝯsensus in intellectu volũtate cõsentiẽte. Nõ eni possumus fidẽ hr̃e inuiti sed volũtate assentiente. quare p̃babilia intellectũ respiciunt, p̃suasibilia ꝟo ac credibilia volũtatẽ. huiꝰ rei cã est, q̃a p̃suadere est in actionibꝰ, quarũ dñā est volũtas. p̃bare est in oibꝰ opinionibus, quarũ dñs est intell'ꝰ. Quare orator ex p̃suasibilibꝰ persuadet volũtatis captãdo cõsensũ: dialecticus p̃bat, intellectũ trahẽdo ad opinionẽ. Ex his pꝫ mãm oratoris eẽ q̃stionẽ vel datũ, nõ oẽ, sed id solũ, vbi cadere põt hinc inde p̃suasio. Hãc opinionẽ videt̃ seq̃ Quintilianꝰ cũ inq̃t res oẽs q̃cunq3 ei ad dicẽdũ subiectę sunt eẽ oratoris mãm. nã res oratori subieç ad dicẽdũ sunt q̃ões oẽs in q̃bus pñt hinc inde cõiecturales p̃suasiones cadere, vt sunt morales, ciuiles, domesticę, priuatę, ac amicorũ ⁊ inimicorũ q̃ões. Uerũ q̃a rhetorica trigenia est, ideo eius triplex põt assignari mã: nã (vt rhetorica est logicę particula) mã sunt p̃suasibilia simpl'r, vt enthymema ⁊ exẽpluꝫ, ⁊ eiusmodi, hęc eni p̃suasibilia simpl'r sunt nõ huic, vel illi, ceu dulcia simpl'r sũt, quę absolute dulcia sunt: huic vel illi forte nõ dulcia, vt hñti linguã infectã, ita hęc sunt simpl'r persuasibilia, quę forte huic vel illi nõ sunt p̃suasibilia. ideo vt rhetorica est p̃ticula physicę sciẽtię, mã sunt p̃suasibilia huic vel illi: quę sunt practica ⁊ affectiua, sꝫ vt est p̃ticula eius facultatis, quę est de actionibus humanis vtitur, eius mã est omne datuꝫ in quo cadere põt p̃suasio hinc inde cõiecturalis. hanc sniam formasse Cicero in libꝰ de oratore voluit: cum ait differre oratorẽ sũmuꝫ ab oratore mediocri. Mediocris eni ille est q̃ solum dicit in tribꝰ g̃nibus cãrũ, hoc est in q̃õnibus ciuilibꝰ. Sũmus est, q̃ dicit in omni dato, in quo cadit p̃suasio: ex his pꝫ p̃mo quomõ definitio Hermogenis ⁊ Dionysij est diminuta: cũ nõ sit de sũma rhetorica: sed de mediocri assignata: q̃ solum causas ciuiles cõplectitur. Pꝫ secũdo q̃ nõ sit dialectici ⁊ cęterorũ artificũ p̃suasibil'r dicere de suis subiectis, nã solus orator dicit, ⁊ p̃suasibil'r hinc inde rõcinat̃. Cęterę vt dialecticę aut loquũtur, aut p̃bant sine ex p̃babilibꝰ rõcinãtur. quę Quintilianus ait (q̃ hęc definitio diminuta sit, q̃a nõ amplectit̃ nisi inuẽtionẽ, ⁊ nõ elocutionẽ, ⁊ cęteros colores) nõ sunt recte obiecta Arist. nã p persuasibilia Arist. itelligit, tã simpl'r p̃suasibilia, q̃ sunt solum ad rem, q̃ p̃suasibilia huic vel illi, que ẽt sunt ex rẽ, vt elocutio, colores, ⁊ id genus: de q̃bus in 3ꝰ libꝰ dicet hęc de mã ac definitiõe. Et de fine, in quo Hermogenes diminutũ ẽt fecit Arist. pauca agẽda sunt, nã suo loco, cũ de hac re occurret, etiã dicemus. De fine itaq3 diuulgata est rhetorũ opinio q̃ oratoris finis sit p̃suadere qđ Arist. 3ꝰ ethicorũ asserit p exẽplũ medici; q̃ sanitatẽ sibi finẽ statuit, ⁊ cuius g̃ra agit. Pręterea quẽadmodũ dialectici finis est p̃bare, ita oratoris finis est p̃suadere. Ad hęc finis partiũ particularis, est finis totiꝰ vniuersal'r, finis oratoris q̃ dicit in genere deliberatiuo est, fidem facere de vtilibus, finis eius q̃ dicit in g̃ne demõstratiuo est, fidẽ facere de honestis. finis eius, q̃ dicit. In g̃ne iudiciali est, fidẽ facere de iustis. igit̃ oratoris simpl'r est fidẽ facere simpl'r, fidẽ autẽ facere est p̃suadere, nihil eni aliud p̃suadere dicimus, q̃ fidẽ facere in auditoribus. igit̃ finis oratoris est p̃suadere simpliciter. Sꝫ huic opinioni aduersat̃ Quintilianus libꝰ 2ꝰ institutionũ oratoriarũ, q̃a p̃suadere nõ videt̃ oratori p̃priuꝫ, cum pecunia, cicatrices forꝰ, ⁊ id genus p̃suadeant, quę tñ nõ sunt oratorię partes. Insup finis is est qui semp euenit, cũ ponunt̃ ea quę sunt ad finẽ, vt Pñl sentiũt, at oibus positis (quę oratoris sunt) non semper euenit p̃suasio. igit̃ oratoris nõ est p̃suasio finis. Demũ persuadere videt̃ quodãmõ fortuitũ: vnde ⁊ iurisconsulti sniam fortuitã eẽ asserunt. his rõnibus ⁊ alijs compluribꝰ Quintilianus 2ꝰ libꝰ finẽ oratoris ait eẽ bñ dicere, qđ Arist. hic sentire videt̃ cũ ait opus oratoris eẽ prospicere p̃suasibilia, p̃spicere aũt persuasibilia est bene dicere, q̃a est nullũ p̃suasibilium p̃termittere dicẽdo de necessarijs ad ip̃m dicere. Hermogenes ẽt in cõpendio suę rhetoricę authoritate Diony. halicarnasei ideꝫ sentit exp̃sse. sed hęc positio dubitatiõe minime vacat, nam tũc orator a declamatore non differret fine, declamatoris siq̃dem finis nihil aliud sit q̃ bene dicere, qui eni in domo vel loco priuato in orõnibus se exercet, nihil aliud p̃ter bene dicere intẽdit. Accedit ad hęc q̃ finis est quies opificis, at orator nõ cessat in ipso bene dicere nisi persuadeat. Plato libꝰ Gorgias cęterarũ q̃deꝫ artiuꝫ scia omnis o Socrates circa manuales affectiones actionesq3 hꝫ, vt ita dixeriꝫ versat̃. Rhetoricę ꝟo, nullum est opus eiusmodi, sed ois actio eius, atq3 potestas in dicẽdo consistit, ex q̃bus vult Plato potestateꝫ oratoris eẽ in dicendo, ⁊ potestas ⁊ officiũ idẽ est: nam est p̃ncipis potestas officiũ p̃ncipis. Postea in eodẽ liꝰ persuadere eẽ finẽ. inq̃t. ait eni Socrates fineꝫ eẽ posse verbis p̃suadere ⁊ in iudicio iudicibus, ⁊ in cõsilio consulẽtibus, ⁊ in cõtione contionãtibus, atq3 in alia quaslibet cõgregatiõe ciuili. ⁊ paucis interpositis, inq̃t Socrates cum mihi videris Gorgia quã arteꝫ iudicas esse rhetoricã p̃xime ostẽdisse, ac si recte p̃cipio arteꝫ p̃suasionis effectricẽ ais eẽ rhetoricam eiusq3 oẽm diligentiam, ⁊ sũmam in hoc finiri ⁊ reliqua, ex his pꝫ Platonẽ velle oratoris officiũ eẽ bñ dicere, ⁊ in hoc eius potestatẽ consistere dñtaxat: finẽ autẽ eẽ persuadere. Quare inter dicta Arist. ⁊ aliorũ videt̃ cõsiliũ fieri posse: q̃a vbi Arist. inq̃t opus oratoris eẽ persuasibilia, nil aliud vult dicere nisi q̃ officiũ oratoris est bene dicere sic vt nullum p̃suasibiliũ omittat. Primo ꝟo ethicorũ ⁊ 3ꝰ finem oratoris clare voluit eẽ p̃suadere, cuius opiniõis Cicero est, q̃a bñ dicere officium, p̃suadere dicẽdo finem sermonibus ait eẽ finẽ. Et lꝫ hęc opinio inter dicta authorũ consilium ponere videat̃, inter rõnes, vt mihi videt̃, locũ non hꝫ. Adhuc eni stant rationes hinc inde factę, nec per eiusmodi expõnẽ solutiones earũ inspicio. Boetius vir magnus. inq̃t. in oratore finẽ eẽ bene dicere, p̃suadere eẽ finẽ in iudice ipso, quę res non tollit rationes hinc inde inductas, nec satis cõmode satisfacit authoribus hinc inde aduersantibus. Alij de fine dispẽrunt, q̃a alter est quo, alter cuius g̃ra. Medici quidẽ finis quo, est bene curare, nec quicq̃ p̃termittere de necessarijs ad curationẽ. Finis autẽ cuius gratia est, sanitas, curat eni vt sanat, ⁊ sic qui volunt bñ dicere finẽ eẽ bene dicendo, q̃a finem quo intelligunt, qui autẽ persuadere finẽ autumãt, finẽ gratia cuius intelligũt, ⁊ sic rõnes tollũtur hinc inde. Sꝫ nec mihi hęc recõciliatio placet, p̃mo q̃a ois finis ab Arist. cuius g̃ra dicit̃: finis eni pro causa sumptus vbiq3 ab Arist. cuius g̃ra appellat̃: quare si eẽt duplex finis, eẽt duplex cuius g̃ra. vꝫ. cuius gratia, ⁊ cuius gratia quo, qđ friuolũ ⁊ turpe ꝟ videtur. Pręterea cũ rhetorica sit trigenia, videt̃ etiaꝫ vt ita loquar trifinia cũ cuiq3 generi p̃prius cõstituat̃ finis: q̃

tres fines nemo exposuit. Quare his pretermissis, dicamus finē eē duplicem actionis quidē, qđ dicit̄ opus grece ergon: vel res acta, vt edificationis finis est domus, domificator enī nihil aliud sua actione intēdit, nisi domū facere. Nauifactor vero, nauim, sutor calciamētū. Dicti fines sunt actionū artificū/atq3 artificū opera: vltra quę nihil aliud intēdunt. In illis enim cessant, & in illis actio eoꝝ finitur: alterum dicimus eē finē rei actę siue operis, vt domicilij finis est habitatio. Nauis autē nauigatio: calciamēti calciatio: hic finis est rei actę, qui nihil aliud est nisi vsus illius. Opifex igit̄ finem sibi statuit opus: vsum vero operis sibi alius statuit. Ex his facile p3 fines oratorię: nā vt oratoria est logicę particula, eius finis est psuasibilia simplr̄ pspicere, hoc est ex psuasibilibus simplr̄ bene dicere: qđ est nullū simplr̄ psuasibiliū dicēdo ptermittere. quo vero oratoria ipsa est particula ciuilis sciētię: finis eius est pspicere psuasibile huic, vel illi, & sic eius opus ac finis est bn̄ dicere nullū persuasibiliū huic vel illi ptermittēdo. quo vero ipsa est particula ciuilis facultatis/vel eius sciētię: quę actiões humanas omnes cōsiderat: finis actionis ac eius op⁹ est bn̄ dicere ex psuasibilib⁹ simplr̄: & ex psuasibilib⁹ huic vel illi. Hoc enī est eius opus: nec orator vt ciuilis artifex aliud intēdit per eius actionē, nisi ad h̄ opus: quod est bn̄ dicere, ex oībus gn̄ibus psuasibiliu3 puenire vt domificator nihil aliud sua actione intēdit nisi domicilium ipm̄. Finis vero rei actę ab oratore: qui est finis ei⁹ operis: qđ est bn̄ dicere: est vsus illius rei actę, h̄ est psuadere, nisi auditor bene vtit̄ illo ope oratoris a quo persuasus erat. Sin aūt male vtet̄ ex illo dissuasus potius q̄ suasus videbitur, vt domicilij facti vsus est dn̄i, nō opificis. Quare dicamus q̄ oratorię vt est particula ciuilis facultatis finis actiōis est bn̄ dicere, qđ est ei⁹ actionis opus, vt Arist. dicebat. et finis rei actę vel operis oratoris est psuadere, & sic tolluntur cōtrouersię, nā qui dicunt bn̄ dicere eē finē oratoris intelligūt ei⁹ actionis finē eē ac opus vt rectę Ari. hic exposuit. qui vero psuadere: intelligūt non oratoris finem, sed oratoris rei actę vel operis oratorij eē finē: vt Ari. vbiq3 sentit, per hęc ad rōnes dicamus enī dialectici finē eē pbare, quatenus est finis rei actę a dialectico, qa probare est finis sylloꝝ: quę sunt opa dialectici. sic psuadere est finis ipsius oratorēs quatenus est finis operis oratorij. ¶ Per fidē facere est finis in pticulari partiū nō quidē oratoris, vt orator: sed oratorij opis: bn̄ dicere vero est finis oratoris vt opificis. Rōnes dēt Quintiliani nō valent, qa l3 cicatrices pecunia psuadeant, nō tn̄ nisi interueniente opere: qđ est bn̄ dicere: cuius psuasio est finis. Bene dicere enī est finis opusq3 actiōis oratorię. Persuadere finis rei actę operisq3 ipsius: vt habitatio finis domicilij facti: & calciatio finis calciamēti facti: & nauigatio finis nauis factę. rursus finis actionis semp euenit cū actio pfecta erit, finis rei actę nō semp: posita enim edificatione semp euenit domus, habitatio vero domus factę pōt non euenire, qa est in libertate vtētis. sic posita actione oratoris, euenit opus eius semp, qđ est ipsius bn̄ dicere: sed psuasio, quę est vsus illius: nō semp euenit. Est enim in libera potestate vtētis illo opere. Hinc p3 psuadere eē aliquo pacto fortuitū: qđ euenire pōt & non euenire, posito ope oratoris: qđ est ipm̄ bn̄ dicere, nō tamē est pter intētionē oēm si euenit: qa non pter intētionem eius qui vtit̄ ope oratoris. Hinc p3 differentiā inter oratorē, & declamatorē, nā l3 vtriusq3 finis & opus sit bn̄ dicere: tn̄ oratoris opus est ad aliū finē institutū: qui l3 non sit oratoris simplr̄ est eius operis finis. At ipm̄ bn̄ dicere declamatoris est ad nullum aliū finē institutū, ppterea operis declamatorij nullus vlterior erit finis habēdus. ¶ Preterea, orator cessat i ipo bn̄ dicere, nec vltra vt orator exposcit: opus tn̄ suū nō vacat alio fine: veluti cessat actio edificatoris ad domū factā: domus vero facta est alterius finis: qa ad vsum dn̄i sic opus oratoris ad vsum auditoꝝ. P3 igit̄ oratoris/vt ciuilis est, finē eius actionis esse bn̄ dicere, sui vero opis esse psuasionē. Hęc de fine sunt quę mihi videntur.

¶ Persuasionum autem, hę quidem inartificiales sunt, hę autem artificiales. Inartificialia autem dico, quęcūq3 non per nos acquisita sunt, sed preextiterunt, vt testes, tormenta, scripta. Artificialia vero, quęcūq3 per methodum atq3 per nos excogitari possibile est. Quare oportet harum, illis quidē vti, has autem inuenire.

¶ Resumpta ipsius rhetoricę definitione, nūc ad psuasiones trāsit, de quibus ipsa est, & dicit. | Persuasionum autē, | de quibus est rhetorica ipsa, | hę quidem inartificiales sunt, hę autē artificiales. | Exponit autē qd p inartificiale, quidue p artificiale intelligat, & dicit. | Inartificialia autē dico, quęcūq3 non p nos acqsita, | siue excogitata | sunt, sed pexistunt | antequā ipsa excogitemus, aut acqramus, | vt testes, tormenta, | siue cruciatus, siue torturę, qbus vtūtur iudices ad veri cōfessionem, | scripta, | vt cōtractus, cęterę q3 obligationes, de qb⁹ postea disputabit. Deinde exponit artificialia, & dicit. | Artificialia vero | subaudi dico, | quęcūq3 p methodū | siue regulam a nobis inuētā, | atq3 p nos excogitari possibile est. | Ex his cōcludit, quo mō rhetores se habeāt ad hō persuasiones, & dicit. | Quare op3 | nos rhetores | harū | persuasionū | illis | s. inartificialibus | qdē vti | tanq̄ pexistentibus ad testificationē rei. | Has autē | s. artificiales | inuenire | s. p nos, & artē nostram, & postq̄ fuerint inuētę, op3 nos illis vti. Sic igit̄ inartificialib⁹ vtimur, & non ex arte nostra inuenimus. Artificiales autē & ex arte nostra īuenimus, & inuētis vtimur. Sunt testes, cruciatus, & scripturę sine arte, qr subterfugiūt rōnē logicę, cuius rhetorica est particula. Enthymema vero & exēplum artificiosę sunt, qa rationē logicę sbeūt, quę est ars artiū, vt Arist. dicit in topicis, aut, vt Auer hic assērit, testes, cruciatus, & id genus sunt sine arte psuasiōes, qa eoꝝ pncipiu3 non in nobis est. Enthymema autē, & exēplum artificiosę sunt, qa pncipiu3 eoꝝ in nobis est, na3 artificialiū nos sumus, & dn̄i, & pncipia. Sed cur apd iudices psuasiones sine arte pollētiores sunt psuasionibus artificiosis. Et cur exēpla & fabulę magis q̄ sylli, & enthymemata psuadent. an qa testes & id genus, aut fuerunt in facto, aut facto ppinquiores. Artificiosę autē psuasiones nec in facto, nec facto ppinquę, sed solu3 de facto coniecturabiles. Exēpla vero & fabulę ideo persuadent magis q̄ sylli, & enthymemata, qa psuasiões sunt sensibiliores, in qbus vulgares magis versant̄. Enthymema autē & syllus minus sensibiles. An qa exēplus & fabula psuasiones sunt faciliores, quas facile vulgares percipiūt. Enthymema autē & syllm̄ cu3 difficultate, at faciliora credibiliora sunt semp, qđ Arist. pbauit li° p-blematus. ¶ Deinde q̄res cur in doctrinis testes, & exēpla tenēt infimū locū pbandi. Locus enī ab authoritate infimus est. an qa phi de his agūt, quę nō sunt in nostro facto. sed de his, quę vlia sunt, penitusq3 a nostro facto. ideo sylli eis lōge magis conueniūt. Rhetores aūt

acquisita sunt ἄτεχνοι πίστεις excogitata sunt tormenta βάσανοι examina cruciatus questiones. scripta συγγραφαί conscriptiões scripture. excogitari κατασκευάσθηναι effici.

pticula 18°. pble̅ 3°.

de quo agunt, quę manu pertractantur. ideo ad persuadendum valent sensibiles ipsę persuasiones longe magis quam intelligibiles.

excogitantur ευρισκομενων que excogitant, que inveniunt ratione λογω oratione.

℄ Persuasionum vero, quę ratione excogitantur, tres species sunt, nam hę quidem sunt in more dicentis. Hę autem in afficiendo aliquo modo auditore. Hę vero in ratione ipsa, cum demonstramus, aut videmur demonstrare.

Commentum.

℄ Subdividit nunc rursus artificiosas persuasiones, et dicit. [Persuasionum vero, quę ratione excogitantur] hoc est artificiosarum, quę ratione parantur, atque exquiruntur, ac inveniuntur, [tres sunt species. nam hę quidem sunt in more dicentis.] Hoc est una species est persuasionum, quę sumuntur ex parte dicentis, ut e moribus eius. [Hę autem in afficiendo aliquo modo auditore.] hoc est alia species sumitur ex parte auditoris afficiendi [hę vero in ratione ipsa,] cum demonstramus rem factam, vel non factam in genere dicendi iudiciali, esse vel non esse in genere dicendi demonstrativo, fore vel non fore in genere dicendi deliberativo, [aut videmur demonstrare] hoc est ex verisimilibus per enthymemata, vel per exempla. probatur hęc divisio (ut recte Egidius) quia omnis persuasio est rationabilis vel sermocinaria. Sermo vero aut ratio ad tria refertur, aut ad dicentem ipsum, aut ad audientem, aut ad rem, quę dicitur. igitur artificiosę persuasiones non plures sunt quam tres. ℄ Quo vero ad verba attinet, verbum in ratione ipsa, grece est, ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ. At λόγος logos et rationem, et orationem significat, Ego tamen in ratione ipsa transtuli. Nam oratio hęc tria persuasionum genera complectitur. Ratio autem non nisi persuasionem, quę accipitur ex parte rei, ut Aristo. intellexit hic. ℄ Sed occurres, quia superius Aristo. voluit persuasiones ad rem solum esse artificiosas, eas vero, quę sunt pręter rem, dixit esse extra artem. nunc autem omnes artificiosas esse asserit. Ergo quia hic artificiosum accepit fusius, pro omni eo, cuius principium, et causa est in nobis, quod. vs. distinguitur contra testes, cruciatus, et id genus. At superius sumpsit artificiosum pręssius pro eo, quod est dicere logice. Insuper superius voluit ea, quę sunt pręter rem esse minus principalia in oratore. Sed quę sunt ad rem esse principaliora, et sic illa ab arte penitus non abiecit, hic autem illa complectitur tanquam minus in arte principalia.

probis ἐπιεικέσι modestis mitibus mansuetis equis. facilius θᾶττον celerius citius. ambiguitas ἀμφιδοξεῖν ambigere diversitas opinantium. alii vero.

℄ Per morem igitur, cum sic quidem dicatur oratio, ut dignum fide faciat dicentem. Siquidem probis magis ac facilius in omnibus simpliciter credimus. in quibus autem certitudo non est, sed ambiguitas, et omnino. Oportet * autem et hoc accidere propter orationem, non autem propterea, quia opinamur qualem quendam esse ipsum dicentem. Non enim sicut quidam orationum artem tradentium ponunt in arte, probitatem dicentis quasi nihil conferentem ad persuadendum, sed fere (ut est dicere) principalissimam habet fidem mos.

* Ops autem et hoc accidere non propter orationem, sed propterea quia opinamur qualem quendam esse dicentem.

℄ Tria persuasionum genera sumpsit, ex parte viri dicentis probitatem, ex parte audientis affectionem, ex parte rei rationem. Nunc hęc tria per ordinem declarat, et primo quod probitas viri dicentis maxime persuadeat, et dicit. [Per morem igitur] subaudi persuadet orator, [cum sic quidem dicatur] atque ab eo pronuntietur [oratio, ut] ipsis audientibus [dignum fide faciat dicentem,] facit oratio ipsum dicentem dignum fide, cum ab eo pronuntiatur sic modeste, ac probe, ut audientes credant eum esse virum probum, modestum, mitem, ęquum, atque iustum, quanto magis persuadebit, si non solum ex ipsa orationis pronuntiatione, sed ex omnibus actionibus in vita credant eum esse officiosum, et sit revera probus. Hoc ita esse demonstrat observatione atque exemplo, et dicit. [Siquidem probis magis ac facilius in omnibus simpliciter credimus.] hoc enim apud omnes gentes observatum est, ut de omnibus semper probis magis credatur, deinde exponit, in quibus potissimum, atque omnino fidem proborum traditionibus, et q. d. licet in omnibus magis, et facilius credamus probis, quam non probis, [in quibus autem certitudo non est, sed ambiguitas.] hoc est, sed opinantium diversitas, [et omnino] subaudi tunc omnifariam probis credimus. Sic igitur licet de omnibus simpliciter magis, ac facilius probis quam non probis, credamus, in quibus tamen non est certitudo, sed de re illa opiniones diversę, tunc et omnino eis credimus, assertionibusque eorum. sic enim semper apud omnes gentes observatum est. ℄ Quo vero ad verba attinet, verbum probis grece ἐπιεικέσι: latine modestis, et mitibus, et mansuetis, et ęquis, verum ubi voce probis exposui, verbum autem facilius grece θᾶττον, quod etiam latine dici potest, tum celerius, tum citius, sed hic facilius diximus verbum et ambiguitas grece est, ἀμφιδοξεῖν, latine ambigere, sive ambiguitas, sed est ambiguitas opinantium quędam diversitas, verba vero, [in quibus autem certitudo non est, sed ambiguitas, et omnino] legi possunt, ut sint determinantia id, quod dixit. q. d. licet in omnibus simpliciter magis et facilius probis credamus, quam non probis, tamen revera non in omnibus hoc verum est, sed in quibus certitudo non est, sed et omnino opinantium diversitas, verum prima lectio verior est, ut considerati verba patet. Verbum autem oratio grece est λόγος, latine etiam ratio, sed hic pro oratione accepit, quę complectitur omnes tres persuadendi species. Deinde annotatione dignum, in scriptura greca, quam habeo, verba quę sequuntur, sic leguntur. [Oportet autem et hoc accidere propter orationem, non autem propter ea quia opinamur qualem quendam esse ipsum dicentem,] quę nullo pacto stare possunt, quia nec conveniunt eis, quę modo dixit, nec his, quę statim subscribit. Et propterea translatio vetus melius habet, dicit enim in ea, [Ops autem et hoc accidere non propter orationem, sed propterea quia opinamur qualem quendam esse dicentem,] hęc enim scriptura consona est tam his, quę dixit, quam his, quę subscribet, nam cum dixisset in omnibus facilius et magis probis quam non probis nos credere, et potissimum atque omnino in eis, in quibus est opinantium diversitas, cum posset dici hoc probum hic non probitate, sed vi orationis, ad hoc refellendum subscribit. [Ops autem et hoc accidere] subaudi ipsis probis, [non propter orationem] hoc est non vi orationis, [sed propterea quia] ex modesta probaque orationis pronuntiatione, [opinamur qualem quendam esse dicentem] hoc est probum, modestum, mitem, mansuetum, ęquum, atque iustum. Putamus enim viri probitatem esse talem in verbis, qualis est in vita, virique actionibus, ex his apparet error scripturę, quę reperitur in gręcis codicibus, et in translationibus Georgij trapezuntij, est enim scriptura corrupta. Deinde confirmando hoc, reprehendit nonnullos artis scriptores, qui probitatem viri dicentis nihil, aut parum prestare persuasioni dixerunt, moti fortasse ex eo, quia oratio persuasiva est, quia vera est. At vera vel falsa oratio est (ut scribit Aristo. in prędicamentis) ab eo, quod res est vel non est, igitur non probitate vel auctoritate viri dicentis oratio persuasiva est, sed vi rei, cui occurrit Aristo. et dicit. [Non enim sicut quidam orationum artem tradentium ponunt

nunt in arte] ponendum subaudi ac asserendum est [probitatem dicentis quasi nihil]eē[conferentē ad p suadendum, sed fere (vt est dicere) principalissimaz habet fidez mos,] atqz dicentis probitas, quasi dicat. sed est dicendum probitatez viri dicentis principalissimā facere fidem in sermonibus. Quod in contionatorib⁹ videmus, qui prędicatores vulgo dicuntur. hi enim vitę probitate magis mouent q̄ rationibus quibuscūqz. ℭ Sed quęres propter quid oratio si a probo, q̄ si eadem ab improbo dicat̄, magis persuadeat. An q̄a (vt Arist. scribit. 10. ethico.) orōnes fiunt ad vulgares. Vulgares autē magis sensu q̄ rōne vigent, at sensus non discernit inter verū ⁊ verisimile. Ideo vulgus qđ in actionibus vitę rectum eē credit, idē quoqz ⁊ in ꝟbis, ac sermonibus eē arbitrat̄, non eñ discernit inter rectuz agere: ⁊ rectum dicere. Oīa enim putat actiōes. vnde quia vulgares improbitatē in actionibus arbitrant̄ etiaz in ꝟbis eē, ideo proboꝝ magis q̄ improboꝝ sermonib⁹ credūt. ppterea Ari. ait sermones, qui de actib⁹ atqz affectibus sunt, minorē q̄ opera fidē hēe. Sili rōne sylls o sapientioribus platus facilius opiniones efficit, q̄ si ab insipientioribus proferat̄, qm̄ probabile est, qđ pluribus videtur ⁊ pręcipuis, ⁊ sapientioribus. ℭ Sꝫ occurres adhuc, quoniam 2° huius Arist. ex parte dicētis orationem persuadere ex tribus asserit, ex prudētia dicentis, ex virtute, ⁊ beniuolētia. at eñi cum cōsiliarius, vel orator, qui dicit, fuerit prudens, probus, ac beniuolus, tunc in dicendo optimaz facit fidem in eis, qui audiunt. hic ꝟo solam probitatem accepit, dicendum hoc quod Arist. hic dicit, non excludere cętera, quę addidit libro 2°, nec ea, quę illic accepit, excludunt id, quod hic assignat, quare cum compatiantur seinuicem, bene dicuntur. Verum quod libro scđo dicit, est amplificans id, quo dicit hoc loco.

affectum
πάθος
passionem
perturbationē.
pinducti fuerint
προαχθῶσιν
ppulsi fuerit
verum
μὲν οὖν
qdem igit.
Cōmētū.

ℭ Per auditores autez, cum per orationē in affectum pinducti fuerint. Non eniz similr reddimus iudicia, cum tristamur, ⁊ cum letamur, vel cum amamus, ⁊ odio habemus, ad quod etiam solum dicimus eos, qui orationum artem tradiderunt, tentasse negotiari. Verum de his declarabitur singulatim, cum de affectibus dicemus.

ℭ Nunc 2° declarat quonā modo p suasio fiat ex parte ipsoꝝ audiētiū, ⁊ dicit. [Per auditores aūt] h est ex pte auditoꝝ aūt fit psuasio, fidesqz iducit̄, [cū p orōnes in affectum pręinducti fuerint.] dico p orōnē. s. pathenticā, hoc est affectus inductiuam, dico in affectus, hoc est in tristitiam vel gaudium, amorem vel odium, vel in aliquid id genus. Deinde assignat rōnē, ⁊ dicit. [Nō eniz similr reddimus iudicia] in causis, qōnibusqꝫ ipsis [cū tristamur, ⁊ cū letamur, vel cum amamus, ⁊ odio habemus.] diuersimode eniz affecti diuersimode iudicam⁹. vnde ⁊ Ptolemęus lib° cētū enu' dicit astronomum cum de re quapiam vult iudicare ab odio atqz amore abiunctum esse oportere. Sallustius quoqz: omnes homines. inquit. qui de rebus dubijs consulūt, ab ira, et reliquis animi perturbationibus abesse oportet. Naz haud facile verū pspicit, vbi illa officiunt. Tertio repetit eorum opinionem, qui solum dicere enitebant̄ mouendo audientes ad affectus, ⁊ dicit. [ad quod etiam solum dicimus eos, qui orationum artem tradiderūt, tentasse negotiari.] hi enim sunt, de quibus superius dixit, eos existimasse, aut totam, aut maiorem partē persuadendi consistere in afficiendis auditorib⁹, quod Quintilianus summum id esse in oratore affirmat. Propterea quarto aduersus hos, dicit. [Verum de his,] horumqꝫ opinione [singulatim declarabitur,] libro scđo [cuz de affectibus dicemus]. ℭ Sed quęres, cur iudex amore atqz odio carere debet: An q̄a, vt 5° ethicorum dicitur, iudex est quasi iuxta stans. Amore autem vel odio nō iuxta stat, sed hac, vel illac pēdet. An quia iudex (vt. s. dixit) est regula quędam. At regula paruo hinc vel inde addito, nō amplius ęquilibra relinquitur. An quia (vt 5° ethicorum dicitur) iudex est iustitia animata, ac iustum animal, viuensqꝫ. Iustum autem mediuz ⁊ ęqūle est. Est enim iustitia ęqualitas quędaz. At quod amore vel odio, aut aliquo id genus afficit̄, non ęquale est, verum de his secūdo libro.

ℭ Per rationes deniqꝫ credunt, cum verū, aut apparens ostenderimus ex persuasibilibus circa singula.

denicq
δὴ
aut
psuasibilib⁹
πιθανῶν
credibilibus
probabilib⁹.
Cōmētū.

ℭ Ultimo declarat quādo per rōnes, ⁊ ex parte rei persuademus auditorib⁹ vsqꝫ adeo vt credant, ⁊ dic. [Per rationes deniqꝫ credunt] auditores, [cum veruz aut apparens] idest verisimile [ostenderimus ex persuasibilibus circa singula,] circa singula dico quę quęruntur, ⁊ disputantur per oratores. Quare enthymemata, ⁊ exēpla rationes sunt, quę rem factam, vel non factam, eē, vel non esse, fore vel non fore demonstrant, quaz partem pręcipuam in oratore ponunt Peripatetici, ⁊ Platonici, vt superius diximꝰ. ℭ Quo ꝟo ad ꝟba attinēt, verbum rationes, gręce λογων, latine orationes etiaz, verum hęc pro rōnib⁹ accepit, quę sunt vna ps orōnis. verbum apparēs, quod gręce est, φαινομενον latine verisimile. Rhetor eñi ostendit verum, ⁊ verisimile, qm̄ rhetoris est vtrāqꝫ partē q̄stionis argumētari. mō quęstionis altera pars vera, altera verisimilis est.

ℭ Cum autem psuasiones ppter hęc sint, pspicuuz est, qm̄ hęc tria est sumere, eius, qui syllogizare potest, ⁊ considerare circa mores ⁊ virtutes, ⁊ tertio quę circa affectiōes, ⁊ quid vnaquęqꝫ affectionū sit, ⁊ quale qđ, ⁊ ex quibus, ⁊ quo pacto fit.

ℭ Nunc concludit quot sint, quę rhetorica considerat, ⁊ dicit. [Cum autem persuasiōes propter hęc sint]. vꝫ. ex parte rei, propter enthymemata, ⁊ exempla, ex parte dicentis, propter mores ac virtutes, ex parte audientium, ppter affectiones, [perspicuum est, quoniaz] rhetoris [est sumere hęc tria. eius, qui syllogizare potest.] subaudi est sumere de syllogismis rhetoricis, quę sunt exemplum, ⁊ enthymema. [et] subaudi eius, qui persuadet propter mores, [est considerare circa mores, ⁊ virtutes, ⁊ tertio] eius, qui persuadet afficiendo, est cōsiderare, [quę circa affectiones.] Et exponit quę sunt ea, q̄ circa affectiones vult cōsiderare, ⁊ dicit. [Et quid vnaquęqꝫ affectionum sit] quantuz ad genus, [⁊ quale qđ] quantum ad differentiam. [⁊ ex quibus] quantū ad res gestas, vel verba pręter rem, [⁊ quo pacto fit,] quo ad pronuntiationem, ⁊ ad cantum. Cōmētū.

ℭ Quare accidit rhetoricam veluti adnatuz quid esse dialecticę, ⁊ negotij, quod circa affectus, quod iustuz est appellare politicū.

adnatū qd
παραφυές
τι
ppaginem
quidam
Cōmētū.

ℭ Nunc concludit genera, quorum est ipsa rhetorica, ⁊ dicit. [Quare accidit] propter hęc, quę dicta sunt [rhetoricam

[rhetoricam esse velut ad natum quid dialecticę,] hoc est esse de genere dialecticę. Est enim dialectica sub genere logicę. ergo & rhetorica est eiusdem generis. nam quatenus agit de enthymematibus & exemplis, est particula logicę. ¶ Quo vero ad verba attinet, verbum adnatum quid grece est παραφυές τι, & põt interpretari propago quędam. At propago pro genere accepit Virgilius, cum dixit. Si romana potens itala virtute ꝓpago. Est igitur rhetorica de genere logicę, quatenus est de persuasionibus sm rem, quę sunt enthymema, & exemplum. deinde subscribit rhetoricam esse generis politicę, & dicit.[et]subaudi est ꝓpago [negotij], quod est circa affectus, quod iustum est appellare politicam]hoc est ciuile. ¶ Sed occurres, quia superius diximus rhetoricam eẽ generis physici, quatenus agit de affectibus, nunc autẽ dicit negotiũ de affectibus esse dicendum ciuile. Potest dici Aris. velle rhetoricam (quatenus est de affectibus) posse appellari ciuilez sm figuram, vt subscribet statiz, reuera nõ ciuilẽ, sed nãlem eẽ, quod pacto sit, statim dicemus in textu proximo.

πρoσδύ-
ανται ὑπὸ
ποιουμένοι
facti.
tum quidem
τὰ μὲν
partim gdez
tum vero
τὰ δὲ
partim vo.
arrogantiam
ἀλαζονεί
αν
iactantiam.

¶ Propter quod & subinduit figuram politicę rhetorica, & qui prędit hac sunt. tum quidem propter ineruditionem, tum vero ꝓpter arrogantiam, tum etiam propter alias causas humanas.

¶ Corrigit se, & declarat ꝓpter quas causas rhetores se ciuiles fecerunt, & dicit.[Propter quod & subinduit figuram politicę rhetorica, & qui prędit hac sunt]etiam subinduunt figuram ciuilium, non tamẽ reuera ita est, nã rhetorica quatenus est de syllogismis, est logicę pars, quatenus autem est de affectibus, est physicę spẽs, nam de affectibus animę agit liber de aĩa. Deinde assignat causas, quare rhetores fecerunt se ciuiles, & dicit.[Tuz quidem ꝓpter ineruditionem,]hoc est, quia ignorauerunt logicam.[Tum vero propter arrogantiam]hoc est propter iactãtiam & superbiam. nã duz se ciuiles faciũt, elatiores putant haberi ab omnibus, ac sublimiores. at si se logicos facerẽt, se putarẽt facere viliores, quod quidem non est, nisi ob eorum superbiam.[Tuz etiam propter alias causas humanas,]vt ꝓpter ciuilem potẽtias, vel etiam ꝓpter lucrum, quę se consequi facilius putabant se ciuiles, quã logicos facientes.

¶ Est enim particula quędaz dialecticę, & simulacrũ sicut & incipiẽtes diximus. De nullo eniz determinato, alterutra earuz scientia est quo modo se habet. Sz sunt potentię quędam conquirendi rationes. De potẽtia quidẽ igitur ipsaruz, & quonam mõ se habeant ad inuicem, dictum est fere sufficienter.

Cõmẽtũ. ¶ Quasi (vt mihi videt) corripit eos, qui rhetoricã ex parte ciuilem effecerunt, & dicit, rhetorica (vt recte dictum est) non est ciuilis.[Est enim particula quędam dialecticę, (& sicut incipientes diximus) simulacruz]illius. dixit enim a pñcipio ꝙ rhetorica sit dialecticę antistrophos, cuius rõnem repetit, & dicit.[De nullo enim]genere [determinato quo mõ]illud[genus se hẽat sciẽtia est,] sed de quibusdam cõmunibus, ꝓpterea subscribit, quales vtreqz nam sunt, & dicit. Sed sunt potentię quędã]hoc est facultates quędam[cõquirendi rationes].s. enthymemata, & exẽpla de quolibet dato. ¶ Quo vero ad verba attinet, cum dixit rhetoricam eẽ particulaz dialecticę, per dialecticaz logicã sumpsit, sicuti Plato vbi-

qz accepit, simulacrum grece est ὁμοίωμα, latine similitudo etiam, & accepit similitudinez pro propagine (ga vt dictum est) rhetorica est ꝓpago dialecticę, quatenus est de illius genere. demũ epilogat, & dicit.[De potẽtia quidem igit]i. de vi[ipsaruz]s. dialecticę atqz rhetoricę [dictum est,]nã superius dixit tã rhetoricã quã dialecticam vim pſuadẽdi eẽ circa quodlibet datuz.[& quonã modo se habeãt adinuicem, dictum est]etiam[fere sufficiẽter,]quoniaz dictuz est, ꝙ rhetorica sit vis persuadendi circa quodlibet datuz ex verisimilibus, dialectica vero ex probabilibus, vel dictum est quonã modo se habeant adinuicem, nam dictum est alteram alteri antistropham eẽ, aut dictũ est quonã modo se habeãt, ga dictum est ꝙ rhetorica sit dialecticę particula, dixit aũt [sufficienter fere,]quatenus nõdum de enthymematibus & exẽplis dictũ est, aut dixit sufficiẽter fere, ꝓp modestiam seruandã, & arrogãtiam euitãdã. ¶ Sed dubitares fortasse non abre, & pmo quia videt rhetorica particula phię nãlis, qm considerat de animę affectib⁹, de quibus sciẽtia de anima agit, quę nãlis phię pars est. deinde ga videt ciuilis, ga agit de morib⁹, & virtutib⁹. Postremo ga videt logica, ga agit de enthymematibus, & exẽplis, quę logicę rõnes sunt Quare nõ videt magis dialecticę particula quã nãlis, aut ciuilis sciẽtię. Nõnulli sunt, qui rhetoricã quasi ex equo trigeniam fecerunt, ciuilem quidem rõne morum, quos contemplat ex parte dicẽtis. physicaz aũt, quatenus est de affectib⁹, ex qb⁹ sumũtur pſuasiões ex pte audiẽtis. logicaz deniqz quatenus est de enthymematib⁹ & exẽplis, quę ex pte rei pſuasiones sunt. dixerũt etiã ex ęquo esse (vt ita loquar) trimateriã, ga de pſuasionibus sumptis ex parte rei, vt est logicę particula. Et de moribus & virtutibus, vt est particula ciuilis. Est deniqz de affectibus, vt est particula phię naturalis. Verum hi inquantum dicunt rhetoricam esse trigeniam, triqz materiam recte sentiunt. Superius enim hoc probatum est, inquantum vero dicunt rhetoricam esse ex ęquo trigeniam atqz trimateriã, errant, qm (vt Arist. hic declarauit) affectus, & mores materię sunt rhetoricę quasi remotę atqz per accidẽs. Nõ enim hęc, vt talia, sed, vt persuasibilia sunt, atqz vt faciunt ad persuadẽdum considerat. Quare non ex ęquo rhetorica hęc est, sed primo pñcipaliterqz particula logicę. Ex quibus patet causidicos, quos hodie ciuiles dicunt, non esse ciuiles, sed verius rhetoricos atqz dialecticos, quatenus eniz rhetoricam moribus applicãt, ciuiles dici possunt, per accidens tamen, quatenus autem litigant (quod proprium est eorum) dialectici sunt habendi, & quidem verius, atqz proprius.

Cur⁹ facultas sit pticula rhetorica.

¶ Eorum autem, per quę aut ꝓbamus, aut videmur probare, quemadmoduz & in dialecticis, aliud quidem inductio est, aliud vero syllus. Voco autez enthymema quidẽ, rhetoricũ syllz. exẽplũ aũt, rhetoricã iductionẽ.

ἀποδείκνυ-
σθαι τοῦ
δεικνύναι
vel ostẽdere
vel docere.
videmur probare
φαίνεσθαι
δεικνύναι
vel apparere
ostendere
demõstrare.

¶ Cuz exposuisset rhetoricam esse de tribus gñib⁹ pſuasionũ, nunc de genere earũ pſuasionum ꝓsequitur, quę sunt sumptę ex parte rei, & incepit ab his magis, quia sunt principaliores, & per similitudinem asserit eas duas, enthymema. vz. & exemplum, & dicit,[Eorum autem per quę aut probamus, aut videmur probare, quemadmodum & in dialecticis]aliud est inductio, aliud syllogismus, sic in rhetorica duo erunt, [aliud quidem inductio est, aliud vero syllogismus.]r exponit quonã modo iductio, & syllogismus sint rhetoricę pſuasiões,

& dicit. Voco autem enthymema quidem, rhetoricum syllogismum, exemplum autem, rhetoricam inductionem. quare ut in dialecticis duo sunt inductio, & syllogismus, sic & in rhetorica duo sunt enthymema, & exemplum, dixit autem enthymema non simpliciter esse syllogismum, sed rhetoricum syllogismum, quia (ut postea dicetur) multifariam a syllogismo deficit, sed apud rhetorem eam vim habet, quam syllogismus apud dialecticum. ita quoque exemplum non simpliciter dixit esse inductionem, sed rhetoricam inductionem, quia licet exemplum sit minus inductione, tamen tantum apud rhetorem exemplum valet, quantum apud dialecticum inductio, quam rem Arist. primo posteriorum affirmat dum rhetoricem persuadere asserit aut per exemplum, quod est inductio, aut per enthymema, quod quidem est syllogismus, quia exemplum apud rhetorem est inductio, & enthymema syllogismus. ¶ Quo vero ad verba textus attinet, annotatione dignum, in translationibus, quas Egidius exponit, verba textus est haec, eorum autem, quae sunt propter ostendere, aut apparere ostendere, sicut & in dialecticis, hoc quidem inductio est, hoc autem syllogismus, hoc vero apparens, & hic similiter, nam exemplum quidem inductio est. Enthymema vero syllogismus, voco autem enthymema quidem rhetoricum, syllogismum. Exemplum autem rhetoricam inductionem. haec sunt, quae reperiuntur in translationibus Egidii, & sunt, ut mihi videtur, satis bene dicta. nam primo proponit ea, per quae dialecticus probat vere, aut apparenter, & dicit. Eorum autem, quae sunt subaudi inventa propter ostendere, aut apparere ostendere, hoc est eorum, quae sunt inventa ad aliquid probandum, aut ad apparenter probandum, sicut & in dialecticis tria sunt, hoc quidem inductio est, hoc autem syllogismus, hoc vero apparens syllogismus, qui sophisticus dicitur, haec enim tria sunt in dialectica, ideo subscribit sicut in dialectica tria sunt, & hic similiter scilicet in rhetorica tria sunt, & enumerat duo, & dicit. Nam exemplum inductio est, enthymema vero syllogismus. & ne quis credat exemplum esse vere inductionem, & enthymema vere syllogismum, declarando quo modo haec sint, dicit. Voco autem enthymema quidem rhetoricum syllogismum. Exemplum autem rhetoricam inductionem, non autem simpliciter, tacuit autem quid in rhetorica sit apparens syllogismus, quia 2° libro hoc exponet, nunc vero subintelligendum est illud esse enthymema sophisticum. ¶ Sed quaeres cur rhetor nec inductione, nec syllogismo utitur: sed exemplo loco inductionis, & enthymemate loco syllogismi. An dicendum hoc esse, quia rhetor dicit ad vulgares, qui non possunt syllogismum, vel inductionem perspicere, dialecticus vero probat ad peritos, qui & exemplum & enthymema, & inductionem, & syllogismum perspicere possunt, & uti.

aut [illegible] probationem [illegible] p ostendere p ostensiones p demonstr. ¶ Omnes enim persuasionem faciunt per probationem aut exempla dicentes, aut enthymemata, & praeter haec nihil quodam modo. Quare si & omnino quidem necesse est syllogizantem, aut inducentem probare quodcunque, aut quemcunque. (Palam autem nobis hoc ex analyticis) necessarium est utrumque ipsorum utrique horum idem esse.

Commentum. ¶ Quae paulo ante acceperat, in praesenti textu probare videtur, acceperat autem enthymema esse rhetoricum syllogismum, & exemplum esse rhetoricam inductionem; nunc hoc ita esse argumentatur, & potest argumentum primo componi hoc pacto, omne persuadens, vel probans aliquid per aliquid est syllogismus, vel inductio, nec probat hanc maiorem, sed veram esse supponit ex prioribus analyticis. Ibi enim haec maior est apertissime dilucidata. Tunc addatur minor, exemplum, & enthymema probant aliquid per aliquid. igitur exemplum est inductio, & enthymema syllogismus, si hoc pacto argumentum componitur, primo tangit minorem, & dicit. Omnes enim persuasionem faciunt, per probationem, aut exempla dicentes, aut enthymemata, & praeter haec subaudi per aliud nihil quodam modo. per quae vult habere minorem. videlicet quod exemplum & enthymema probet aliquid per aliquid. Deinde tangit maiorem, & simul infert conclusionem, & dicit. Quare si & omnino quidem necesse est syllogizantem, aut inducentem probare quodcunque vel quemcunque scilicet per aliquid. & per quodcunque intelligit factum, & per quemcunque intelligit hominem, vel personam. Omnis enim qui probat quodcunque factum, vel quemcunque hominem esse dignum laude, syllogizat aut inducit, haec enim erat maior, quam non probat, sed ex prioribus supponens, dicit. Palam autem nobis hoc ex analyticis tunc dat conclusionem, & dicit. Necessarium est utrumque ipsorum utrique horum idem esse, hoc est enthymema syllogismo, & exemplum inductioni. Vel argumentum potest componi hoc pacto, & quidem magis ad verba, omnes qui aliquid probant, syllogizant, vel inducunt. rhetores aliquid probant. igitur rhetores syllogizant, vel inducunt. De ratione tangit primo minorem, & dicit. Omnes enim scilicet rhetores persuasionem faciunt per probationem, aut exempla dicentes, aut enthymemata, & praeter haec per aliud nihil quodam modo. quasi dicat, sed rhetores omnes syllogizant, vel inducunt, quae erat minor. deinde tangit maiorem, & dicit. Quare si & omnino quidem necesse est syllogizantem, aut inducentem probare quodcunque vel quemcunque per aliquid, haec erat maior, cuius probationem subscribit, & dicit. Palam autem nobis hoc ex analyticis tunc dat conclusionem, & dicit. Necessarium est utrumque ipsorum utrique horum idem esse scilicet enthymema syllogismo, & exemplum inductioni. Quare recte dictum est duas esse rhetoricas persuasiones, quae ex parte rei sumuntur, enthymema. videlicet quod est syllogismus, & exemplum, quod est inductio, & quia hic textus est probativus. ideo debet legi, omnes enim persuasiones, cum particula enim, quae causalis est, & non cum particula autem adversativa. ¶ Sed quaeres propter quid omnis ratio demonstrans aliquid per aliquid est syllogismus, aut inductio, vel ad haec reducibilis. An primo quia omnis scientifica nostra cognitio, aut ad artem, aut ad experientiam pertinet, & quia inductio ad experientiam, syllogismus autem ad artem pertinet, erit profecto omnis scientifica nostra ratio, aut inductio, aut syllogismus. An quia omnis scientifica nostra ratio, aut est ad principia, aut ad ea quae ex principiis deducuntur. At ratio quae est ad principia inductio est, quae vero ad ea, quae ex principiis sunt, syllogismus. quare cum nullo alio modo ratio scientifica sit, omnis nostra ratio erit aut inductio, aut syllogismus. An quia omnis nostra cognitio, vel est per sensum, vel per intellectum. Si per sensum, inductione, sin autem per intellectum, syllogismo constat. quare omnis nostra ratio aut syllogismus, aut inductio est. quo vero modo enthymema ad syllogismum, & exemplum ad inductionem reducantur, in subsequentibus erit dilucidum.

¶ Quae autem differentia sit exempli & enthymematis, manifestum est ex topicis. Ibi enim de syllogismo & inductione dictum est prius, quoniam hoc quidem quod est in multis & similibus ostendere sic se habet, ibi quidem inductio est, hic autem exemplum. Hoc autem quod est quibusdam existentibus aliud quid per haec accidere praeter ista, eo quod haec sunt aut universaliter, aut ut in pluribus, ibi quidem syllogismus, hic autem enthymema vocatur.

In greco sic per singula vna [illegible] i. vnum quoniam.

¶ Quod

Cōmētū°. ¶ Anonymus Aris. interps loco Ubi autē, legebat enī, τ sic vult Aris. hic assignare cām eius, qō dixerat, aliter diximus nos Arist. postq̄ accepit exēplu3 eē inductionem, nūc velle declarare qd sit, τ q̄le exēplum. Melius autē videt̄ nunc esse dicēdum, nā cū Ari. accepisset exēplum eē inductionē, in qua ex aliquo infert̄ aliqd, nūc declarat quo mō se h3 id, qō assumit̄, ad id, qō infert̄, τ duo facit qa primo exponit quo mō nō se habet, τ dic. [Est aūt] id qō subaudi assumit̄, ad id, qō infert̄, [neq3 vt pars ad totū, neq3 vt totum ad partē, neq3 vt totum ad totū.] Deinde exponit quo mō se h3, τ dicit. [sed vt pars ad ptem, simile ad simile,] nō simplr, sed [cu3 ambo qdem sub eodē genere sint, aūt] p et, τ cū [alterū altero sit notius.] Per que p3 exēplum eē pcessum a parte ad pte3, quoties ptes ille similes fuerint sub eodē genere, τ altera qua pcedit̄, notior fuerit altera, ad quā pceditur. vnde z° prioꝝ exēplum dicit eē, quādo p vnū particulare notius pbat̄ alterū particulare ignotius pter aliqō simile repertū in vtroq3. Et sic tria requirunt̄ ad rōnem exēpli, pmū vt in eo pcedatur a pticulari ad particulare, deinde, vt particularia vtraq3 sint eiusde3 generis, ita vt in eis reperiat̄ qōdam simile. Tertiu3 vt alterū eoꝝ, ex qbus pceditur, sit notius, vt qō fuerit aliquādo in facto, vel in dicto, alteru3 vo ad qō pceditur, sit ignotius, sic eni est argumētu3 fidē faciens. ¶ Quo vo ad vba attinet, pcessus argumētarius quadruplex est, aut vt pars ad totū, τ hec est inductio. In inductiōe eni3 pceditur a particularibus ad vle rhetoricum, hec eni inductio est, hō inferiorem mouet mādibulam, canis, bos, ouis, vrsus Omne igit̄ aial mādibula3 mouet inferiorē. insuper cornix carēs rubra bile est longeua. Elephas, ceruus, similr. Omne igit̄ aial carēs rubra bile est lōgeuum. Et sic p3 inductionē esse a pte ad totu3, aut vt totum ad ptē, τ hunc pcessum qdā grecus Anonymus Arist. interpres autumat esse syllm. nam qō vli inest, id particulari sub illo contento necessario inerit. Si eni dixero misericordiā esse iustitiā, cu3 iustitie insit bonum, misericordie quoq3 bonū inerit. Ego vo p h⁹ pcessum intelligo enthymema tecmericū in quo pceditur a toto ad partē, si eni lac habens cōcubuit, seq̄t Helenā cōcubuisse. nam Helena h3 lac. Enthymema eni3 est ab vli ad particulare aliquando, qō l3 mentalr nō differat a syllo, tn̄ in eo appet pcessum a toto ad ptē3, aut vt totū ad totū, quo mō pceditur, vt Anonym⁹ inqt. cum dicit̄ oium cōtrarioꝝ eadē sciētia est. igit̄ cōtrarioꝝ sensibilium ide3 est sensus, τ vt ois morbus ledit corpus, ita omne vitiu3 animū. Ego vo per pcessu3 a toto ad totū, intelligo syllm, τ non oēm, sed eum, qui ex cōuersiuis constat terminis. In hoc eni ad vle procedit ab vli, τ a toto ad totū. Exemplu3 igit̄ non est argumētu3 a parte ad totū, vt est inductio, qm l3 exēplu3 sit a parte, particularis ipso, nō tamē ad totū finit, sed ad particulare. Insuper exēplum est ab vno particulari, inductio autē a pluribus particularib⁹, neq3 est argumentū a toto ad ptē, vt tecmeriū est, nā l3 vtriq3 ad ptē particularēq3 ipm desinat, tamē exēplu3 a parte est. tecmeriū vo a toto, nec est argumentū a toto ad totum, vt syllus cōuersiuus est. Exēplum eni a pte incipit, τ in ptem desinit. Syllus autē cōuersiuus a toto incipit, τ in totu3 desinit. Ex his p3 quid nō est enthymema. Quid autē sit, facile deduci pōt, est eni argumētum a parte ad partē, a simili ad sile, cū ambo qdem sub eode3 genere fuerint, τ alterū fuerit altero notius. Qua ratione fit, vt exēplum argumētu3 sit ab vno pticulari notiore ad alterū ignotius, quoties in eis reperit̄ aliqō simile ſm genus, vt Grachus in repub. ꝯspirans necatus est a populo Romano. igit̄ Cathelina, qui nūc in rēpu. conspirat, necandus est a populo Ro. Uterq3 eni Romanus est cōspirās in rēpu. occupādam. Insup Māphredus ad cenam regni Principes cōuitans, eos capite mutilauit. igitur Robertus ad cenā regni Principes ꝯuitās, eos capite mutilabit. Uterq3 eni3 Rex ad cenā Principes cōuitans, estq3 alter altero notior, cum assumptū fuerit in facto. Hoc mō igitur exēplū sit, qō paradigma dr̄.

¶ Exemplū est, vt quoniā insidiatur tyrānidi Dionysius, petens custodie3. Eteni Pisistratus prius insidiatus, custodiā petijt, τ accipiēs, dominatus est. Et Theogenes in megaris, τ alij (quoscūq3 sciuerunt) exēplū omnes sunt de Dionysio, que3 nōdū sciūt, si hanc ob causam id petit. custodiam φυλακην presidium munitionem. i. dinatus est ετυραννησε tyrānizauit.






¶ Que dixerat de exemplo, nūc declarat in terminis, Cōmētū°. sed quo ad ea, que dicit, attinet, q̄stio fuit apud Syracusanos, verū Dionysius petens psidiū atq3 custodiā sui corporis a syracusanis, velit rēpub. syracusanā occupare: Hec eni q̄stio cū in cōtionibus pponeret̄ a syracusanis oirē sunt opiniones, nā vt nostris tēporib⁹ legule scribūt, pōt tyrānus siue Rex petere a regno psidiū, siue munitiones p bono regni, quare vltra ordinarias solones pōt petere munitiones, τ presidium. quicqd sit apud legulas rhetores syracusani in cōtione sic pbarūt Dionysiū velle dominari, pmo exēplo Pisistrati, (qui


fuit prior Dionysio,) hic enim petens munitiões, postq̃ accepit, dñatus est, deinde exẽplo Theogenis, q in megaris petẽs munitiones, cũ accepisset, dñatus est, 3° exẽplo alioꝝ ciuiũ, quos sciuerũt rhetores, q cõtionabanť, semp enim petẽtes munitiões (postq̃ accepeũt) dñati sunt. igiť oẽs sunt exẽplũ de Dionysio, quẽ nõdũ sciũt, si ob hãc cãm. s. ob tyrãnidẽ, munitiões petat: an p bono syracusanoꝝ. dicit.[Exẽplũ est, vt qñ isidiať tyrãnidi Dionysius petẽs custodiã]sui corporis, h̃ est vnũ particulare deducẽdũ, ꝛ pbať p vnũ aliud nom⁹ huic simile fm gen⁹.[Etenim Pisistratus pus isidiatus, custodiã petijt]suę salutis[ꝛ accipiẽs dñatus est]reipu. athenẽsiũ.[ꝛ Theogenes in megaris]idez fecit,[ꝛ alij q̃scũq; sciuerũt]. s. cõtionatores[exẽpluz oẽs fuit de Dionysio, quẽ nõdũ sciũt,]sed est ignotũ,[si hãc ob cãz]. i. ob tyrãnidẽ id. s. custodiã[petit,]vbi proceditť ab vno vel plurib⁹ pticularib⁹ notiorib⁹, q̃ fuerant in facto, ad aliud eiusdem generis simile, quod nõdum patet, s3 est nunc in quęstione apud Syracusanos contionatores.

¶ Quo vo ad vba attinet, insidiatur grece ἐπιβουλεύει est, est autem insidiari insidias tendere siue parare, insidię autez fallacię sunt. Cicero libro tertio officiorum, sunt ne inquit. igitur insidię tendere plagas. ppriẽ enim insidię sunt dolosa quędaz expectatio ad aliquẽ aggrediendum, quasi clam insidant vt hostem fallant. Hinc insidior oritur, verbum, quod significat insidias parare. Sallustius in iugurtino atherbalem vitę suę. inquit. dolis insidiatum esse. Tyrãnus autez (vt in libro de tyranno ꝛ Rege diximus) gręce latine dominatio est, quę est seuum ꝛ violentum imperium. Iuuenalis Quid Nero taz sęua, crudaq; tyrannide fecit. Hinc tyrannus, is apud veteres in bonaz partem dominus dicebatur, qui plenam in subditos habebat potestatem, (Trogo teste. quęq; ciuitas ꝛ gens rerũpub. imperiũz ab initio penes reges habebat, quos ad huiusmodi fastigium maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat, qui ꝛ tyrãni ob fortitudinem vocabãtur, quod Uirgilius obseruauit, cum dixit. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrãni.) tamen crescente hominum malitia, cum superbe reges regnare cępissent, tyranni nomen ad illos solum restrictum est, qui per insolentiam imperij viribus abutebãtur. Hinc tyrãnizo verbum gręcum est, quod significat dominari, quasi semper ad malam partem trahens id Aristo. ppter quod nonnulli putant tyrannuz deduci a tyrrhene gentis crudelitate. Dionysius vo sicilię fuit tyrãnus, qui (vt narrat Cornelius nepos) manu fortis, ꝛ bello peritus fuit. ꝛ id, quod in tyranno nõ facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non auarus, nullius rei deniq; cupidus, nisi singularis perpetuiq; imperij; ob eamq; rem crudelis. Huic filius Dionysius omni turpitudine inquinatus in tyrãnidez successit, qui tandem Syracusis pulsus corinthi pueris ludũ apparuit, vt refert Cicero libro 3° quęstionũ tusculanarum. Arist. tamen de patre sentit. Pisistratus vo Athenarum fuit tyrannus, de quo Iustinus multa scribit. hic cum ꝛ ingenio, ꝛ doctrina, ꝛ eloquentia plurimum polleret, effecit, vt sibi satellites ad corporis tutelam, quos hic Aristo. phylacen appellat, latine pręsidium, custodiam, vel custodes publice decernerentur, quibus acceptis, arcem simul ꝛ libertatẽ occupauit. idẽ Theagenez ferunt apud mẽgaros effecisse. Quare oẽs exemplum erunt, quoniam Dionysius phylacem petens tyrãnidi insidiabatur.


¶ Omnia autem hęc sub eodem vniuersali sunt, q m̃ insidiatus tyrãnidi, custodiã petit. Ex quibus igitur dicũtur persuasiões, quę demonstratiuę putantur, dictum est.



¶ Nunc docet breuibus exemplum reducere ad syll'z, non quidẽ ad vnũ, sed ad duos syll'os, nã cũ in exẽplo sint duo pcessus (vt diximus, pmus reduciť ad syll'm in 3ª figura, in quo pcluditur maior de medio, hoc est, Cõmẽtu'.



insidiatus tyrãnidi de petẽte custodiã p pticulare mediũ, qd est simile extremo alteri. vz. p Pisistratũ, q ẽ Dionisio silis, h̃ pacto Pisistrat⁹ isidiat⁹ est tyrãnidi. Pisi,



straus petijt custodiã. igit̃ petens custodiã, tyrãnidi insidiat̃, hic est primus pcessus in 3ª figura. Scd̃s aũt est syllus in p̃ma hoc pacto, petẽs custodiã isidiatus est tyrãnidi. Dionysius petit custodiã. Dionysi⁹ igit̃ isidiat̃ tyrãnidi. Quare exẽplum erat bonũ. vz. Pisistrat⁹ petens custodiã tyrãnidi isidiatus est. g̃ Dionysius petẽs custodiã tyrãnidi insidiabit̃. Aduertẽdũ tñ dignũ singulare simile nõ eẽ in exẽplo sumẽdũ simpl̃r, sed eo affectũ ac determinatũ, quo alteri particulari assimilat̃, nõ eni in exẽplo assumi dz Pisistratus simpl̃r insidiatus est tyrãnidi, sed Pisistratus petẽs custodiã, sic eniz exẽplum clarũ erit audiẽtib⁹. Silr̃ nõ dz assumi Theagenes, sed Theagenes petẽs custodes. Insup nec dz assumi Mãphedus, sed Mãphedus cõuiuãs regni pncipes ad cęnã, sic eni pticulare assumptum erit simile ꝛ notius pticulari deducẽdo, dicit. [Oĩa aũt sub eodem vlĩ sunt,] ꝛ hac rõne exẽplum ad duos reducit̃ syllos, qm̃ ambo particularia sub vno vlĩ cõtinẽtur, ꝛ explicat illud vl̃e simul addẽs ɔ̃nem dicẽs, vt[qm̃ Dionysi⁹ insidiatus]est[tyrãnidi,]hęc est cõclusio. explicat vl̃e, ꝛ dicit.[custodiã petit.]hoc est vl̃e, nã sub hoc vlĩ, qd̃ est petẽs custodiã, ambo cõtinent̃. Ambo eni custodiã petiũt. Sic igit̃ pz exẽplum vi illius silis, qd̃ in vtroqz pticulari reperit̃, reduci ad duos syllos, vt Arist. ĉt docuit 2º prioꝝ. Tũc epilogat, ꝛ dicit.[ex qbus igit̃ dicũt̃ persuasiones]i. cõstant psuasiones,[quę]apud rhetores[demõstratiuę pucant̃,]quolia sunt exẽplum, ꝛ enthymema,[dictuz est.]Hinc pz historię, ꝛ annaliũ vtilitas. Sũt eni res gestę, quę de anno in annum in historiã reducũtur, annalia. Virgil. Et vacet annales nr̃oꝝ audire labores. Historia aũt res gestas narrat, ꝛ ab ętatis nostrę memoria remotas. Cicero libro 2º de oratore. Erat eni historia nihil aliũ nisi annaliũ cõfectio. Hellius recte historias, inqt, annales appellaueris. Sed nõ cõtinuo qcqd historia fuerit, annales appellare possis. Sũt eni vtręqz rerũ gestarum narratio, earuz tñ ppriẽ rerũ sit historia, qbus gerendis interfuit is, qui narrat. Annales ꝟo, cũ rei gestę pluriuz annoꝝ suo cuiusqz anni ordine memorię traduntur. Sz vtcũqz sit, vtraqz valent ad exẽpla. Nã cũ exẽplum sit a pticulari ad pticulare, quę similia sunt in reb⁹ gestis, nisi qs res gestas memoria tenuerit, nõ poterit pticulare assumere, qd̃ sit notius. Valẽt etiã ad exẽpla plurimũ fabulę, nõ qdẽ purę, quę nec veroꝝ nec verisiliũ sunt, nec allegorice quicq̃ cõtinẽtes, sed solũ ob delectationẽ inuẽtę, vt q̃ Daphne versa sit in laurũ. Hę eni inutiles sunt exemplis, cũ solũ ad delectationẽ sint reptę. Fabulę ꝟo apologicę, quales sunt Esopi, vtiles exẽplis plurimũ sunt, vt 2º huius dicet̃, nã lz nec sint rerũ verarũ, nec verisimiliũ, tamẽ habẽt nõ nihil, qd̃ ad vitam, ac mores ptinet. Hinc psuasiones poeticę emerserũt. nã fabulę, quę poeticę fictiões sunt, alię delectãt, alię vitã dirigũt. vñ Horatius a delectare volunt, ꝛ pdesse poetę. Orator igit̃ paradigmicas historias, ac fabulas, plurimũ callere debet. nam sic per illas exemplis abũdabit. Verũ de his dicemus 2º huius. nunc autez satis nobis sit explicatum, quid exẽplum sit, quidue enthymema.

Fabula.

De historia.

Enthymematum autez magna differentia, ꝛ quę maxime fere omnes latuit, est, quę quidẽ ꝛ in dialectica facultate sylloꝝ est, nã eorũ, alia qdẽ sunt ẽm rhetoricã, (quẽadmodum ꝛ ẽm dialecticã sylloruz) alia ꝟo ẽm alias artes, atqz facultates.

Cum dixisset de enthymematibus ꝛ exẽplis, nũc quę sit enthymematũ differẽtia Arist. assignat, ꝛ vult nõ aliter esse enthymematũ differẽtiã q̃ dialecticoꝝ sylloꝝ. nam quẽadmodũ sylloꝝ alij sunt ẽm dialecticaz, q. vz. vocantur dialectici. alij ẽm alias artes, atqz facultates, quoꝝ alij physici sunt, qui sunt ẽm physicã facultatez, alij metaphysi. i. q sunt ẽm facultatẽ metaphysicã, alij mathematici, qui sunt ẽm mathematicã rõnem, sic etiã enthymematũ hęc sunt rhetorica, quę sunt ex cõib⁹, vt Helena hz lac, igit̃ cõcubuit p locũ ab effectu ad cãm. alia ẽm alias facultates, quoꝝ alia physica, vt mot⁹ est. igit̃ mobilia sunt. Metaphysica alia, atqz alia mathematica, quę ex his sunt, q̃ ppria sunt cuiqz facultati. Interponit tñ hanc enthymematũ dñiam esse oĩbus pene ignotã, cuius rõnẽ postea assignabit. dicit igit̃.[Enthymematuz aũt magna differẽtia, ꝛ q̃ maxime fere oẽs latuit]i. s. rhetores,[est]quę qdẽ]i. qualis qdẽ[syllorũ est in dialectica facultate nã coꝝ]i. s. enthymematũ, alia qdem sunt ẽm rhetoricã]i. s. p q̃dam cõia, quę sunt ppria rhetoricę.[alia ꝟo ẽm alias artes atqz facultates, quẽadmodũ sylloꝝ, alij sunt, ꝛ s̃z dialecticã]alij ẽm alias artes atqz facultates. Dixit igitur duo, ꝛ q̃ sit differentia enthymematum, quẽadmoduz sylloꝝ, ꝛ q̃ hęc dñia maxime latuerit fere omnes rhetores.

Cõmẽtu.

Illas quidem existentes, has autem nõdũ cõphensas. Propter quod ꝛ latent auditores, ꝛ magis tangentes ẽm modum, decenter transeunt ex ipsis.

Cum. accepisset differẽtiam enthymematum maxime latere fere omnes rhetores, declarat quare lateat fere omnes rhetores, dicẽs hoc eẽ, quia rhetorica ꝛ dialectica sunt artes ab oĩbus fere inuẽtę, quibus (vt dictũ est) ex ipa natura fere omnes pticipamus. Cęterę artes speculaẽ, vel aut nõdum sunt inuẽtę ꝛ pfectę, aut nondũ cõphensę. Hinc cõcludit cãm, quare enthymemata ꝛ sylli, qui sunt ppriis spãlibus artib⁹, magis latẽt auditores, asserẽs hoc eẽ p̃mo, q͠a spãles artes aut nõ sunt inuẽtę, aut nõdũ omni ex pte cõphẽsę, ꝛ hac rõne syllogismi, ꝛ enthymemata s̃z illas latẽt auditores. Scd̃o q͠a sylli illi ꝛ enthymemata magis tãgũt ẽm modum, h est particularius, ꝛ pprius rem tangũt, ꝛ pp̃ea decenter atqz facilius ex his hoies cadũt. Facilius eni hõ cadit a particulari q̃ ab vlĩ. Nemo eni cõia ignorat, sed ppria plures ignorare vident̃. Sic igit̃ sylli ꝛ enthymemata ẽm particulares facultates latẽtiores sunt. tũ q͠a particulares artes nõduz sunt cõphẽsę, tũz q͠a ex pticularibus magis intellectus cadit, q̃ ex vlĩbus. ob cõtrarias causas sylli ꝛ enthymemata dialectica ꝛ rhetorica faciliora sunt. p̃mo q͠a rhetorica, ꝛ dialectica sunt inuẽtę, ꝛ eis oẽs pticipamus. Scd̃o q͠a pcedũt p cõia, quę nemo fere ignorat, ꝛ a quibus cũ difficultate humana mẽs cadit, cũ sint veluti ianuę, q̃si nemo ignorat. 2º metaphysicę dicit.[illas qdem]i. s. rhetoricã ꝛ dialecticã[existẽtes,]q͠a sunt inuẽtę, cum eis quasi natura participemus oẽs,[has autẽ]i. s. facultates spãles,[nõdum cõphensas,]i. nec inuẽtas omni ex pte,[ppter qd̃ ꝛ latent auditores]i. s. sylli ꝛ enthymemata, quę sunt ẽm artes spãles. Hęc est p̃ma causa quare sylli ꝛ enthymemata ẽm spãles artes, magis latẽt. Deinde assignat scd̃az cãm, ꝛ dicit.[Et]hoies[magis tãgẽtes ẽm modũ]i. particularius ẽm pticulares artes ea tangẽtes,[decenter]h est facile[transeunt]i. cadũt[ex ipsis]i. s. in errores, qm̃ circa particularia facilius errãt hoies, q̃ circa cõia. Quęres fortasse, vtrũ differẽtia sylloꝝ, ꝛ enthymematũ, quę est s̃z ar-

Dubitatio.

tes, sit maxia. Videt q nõ, quoniã differẽtia enthymematũ ⁊ sylloꝝ, quę est sm artes, est penes mãm, sed differẽtia, quę est penes formã, ẽ maior differẽtia sm materiã. ergo nõ est maxima. Ideo quo ad verba attinet, Aristo. superius dixit.[Enthymematũ aũt magna differentia,] ⁊ nõ dixit, maxima differẽtia, qm differẽtia syllogismoꝝ ⁊ enthymematũ sm formam. s. quatenus alij sunt in pma, alij in scda figura, alij i tertia, maior est ea differẽtia, quę est sm artes, qm differentia sylloꝝ, ⁊ enthymematũ, quę est sm artes, est differẽtia sm mãs, ⁊ ppter hoc differentia hęc, quę est sm artes, est latentior, quoniam materia est latentior ipsa forma.

¶ Verũ qđ dictũ est, apertius erit, si p plura dicatur. Nam eos, ⁊ dialecticos, ⁊ rhetoricos syllos esse dico, de quibus locos dicimus, qui cõiter qdẽ sunt de iustis, de nãlibus, de ciuilibus, ⁊ de multis, quę spẽ differunt. ceu maioris ⁊ minoris locus. Nõ eni ex hoc syllogizare magis, aut enthymema erit dicere de iustis, aut naturalibus q̃ de quouis alio. Q̃uis hęc specie differant.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Cum assignasset differẽtiã, nũc eam exponit, ⁊ primo pponit hoc, ⁊ dicit.[Verum qđ dictũ est, apertius erit, si per plura dicat] .i. repetat: ac lõgioribus v̾bis dicat, expliceturq; Causa aũt dicta est, qa differẽtia h̃ est obscura, atq; multoꝝ latens. Cũ v̾o pposuisset suã intentionẽ, asserit eos syllos eẽ rhetoricos, atq; dialecticos, qui ex ppõnibus rhetoricis, atq; dialecticis sunt. q̃les ppõnes cões sunt, quę grece τόποι, latine loci dicuntur. Loci eni ppõnes cões sunt oibus facultatib⁹, vt ciuili, quę de iustis agit. nãli phię, quę de reb⁹ nãlibus loquit. ⁊ de multis alijs, quę spẽ differũt. ceu locus a maiore, minoreue. Vtunt eni oẽs facultates loco a maiore minoreue, vt ciuilis, quę syllogiçat, si equũ est benefacere hoibus, equũ est benefacere parẽtibus. Insup si parẽtib⁹ nõ põt reddi par. igit nec dijs, locus est a maiore, nãlis etiã p̄hus syllogiçat, si calidũ vt tria nõ põt calefacere frigidũ, vt quattuor. igit nec poterit calefacere frigidũ vt octo. Locus est a maiore, ciuilis etiã syllogiçat, si Niphus est optimus ciuis. ig ẽ optimus paterfamilias. Insup si bonus dux, igit erit bon⁹ miles. Locus est silr a maiore. oẽs igitur hi sylli dialectici, ac rhetorici sunt, qm ex ea ppõne sunt, quę est oibus facultatibus cõis, atq; nulli ppria. dicit.[nã eos ⁊ dialecticos, ⁊ rhetoricos syllos esse dico, de qbus locos dicimus, qui cõiter qdẽ sunt de iustis, de nãlibus, de ciuilibus, ⁊ de multis] .s. alijs, [quę spẽ] scientię [differũt. ceu maioris, ⁊ minoris locus.] Cui⁹ cãm exponit, ⁊ dicit.[Nõ enim ex hoc syllogiçare magis, aut enthymema dicere erit d iustis, aut] de [nãlibus, q̃ de quouis alio, q̃uis hęc differant spẽ] scientię. ¶ Quo v̾o ad v̾ba attinet, loci, qui τόποι grece dicũtur, latine sunt sedes argumẽtoꝝ: vt Cicero in suis topicis, ⁊ Arist. in suis exposuerũt. vnde Quintilianus li° 5° oratoriarũ institutionũ dicit, locos appello nõ, vt vulgo nũc intelligũtur luxuriem, adulterium, ⁊ similia, sed sedes argumẽtoꝝ, in qbus latent, ex qbus sunt petẽda. Cicero v̾o definit locum, q sit argumẽti sedes. Argumẽtũ aũt ratio rei dubię faciẽs fidem. quare locus nõ vna rõne dicit. Sedes eniz corporis mobilis, qđ nunc quiescit, τόπος hoc locus dr̃ pprie apud p̄hos Hic aũt ẽ est vltima supficies corporis cõtinentis, vt 4° auscultationis physicę lib° est explicatũ. translatiue aũt apud Platonẽ animus ẽ locus ideaꝝ dicit, qa subtus, vt etiã Arist. vult in libro de aia 3°. apud aũt Arist. ⁊ Ciceronẽ argumẽti sedes est locus. Est aũt hoc pacto locus ppõ necessaria, aut pbabilis, quę est p se nota, ⁊ cõis. Hęc enim ppõ locus dicit, quia vt a loco pprie dicto gubernatur ⁊ cõseruat locatũ, sic ab illa ppositione gubernatur, ⁊ seruat argumẽtũ. Insup vt locatũ sedet, ac quiescit in loco pprie dicto, sic argumẽtuz sedet, ac firmat in loco dialectico. Nã cũ intellectus de vi argumẽti dubitat, in ppõnẽ per se notã reducit, ⁊ in ea confirmat, ac quiescit, ita vt nõ amplius dubitet. Quare nõ ab re hęc ppõ, e qua orator, atq; dialecticus vim sumũt argumẽti, locus metaphorice dr̃, qa. vz. in ea toti⁹ argumẽti vis firmat. qbus e rebus pspicuũ est nõ idẽ eẽ locum ⁊ argumẽtuz, quẽadmoduz nõ est idem locus, ⁊ locatum. nisi raręter, vt in hoc exẽplo. hõ currit. igit aial currit. homo eni argumẽtuz est, quatenus vim hz pbandi. Quo v̾o homo spẽs est, argumẽti locus ẽ, ac sedes. ⁊ de loco hactenus. nã de loco plura dialectici tradũt.

¶ Propria autez sunt, q̃cũq; ex ppõnib⁹ circa vnãquãq; spẽm, aut genus sunt, vt de naturalibus ppõnes sunt, ex qbus neq; enthymema, neq; syllus est de moralibus. Et de his, alię, ex quibus nõ erit de nãlibus. Silr autem se habet hoc in omnibus.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Cum dixisset q sint rhetorici ac dialectici sylli, nunc v̾o qui sunt pprij ac certi generis sylli, exponit asserẽs certi generis syllos esse, qui ex ppõnibus cõstant certi generis. v̾bi causa, syllus physicus, q ex ppõnibus constat physicis, quę ita sunt physicę, q nõ morales. Moralis aũt syllus, vel enthymema est ex moralib⁹ ppõnibus, quę ita sunt morales, q nõ physicę, neq; mathematicę, ⁊ vt de physicis, ac moralib⁹ dictũ est, ita de cęteris oibus eodem mõ itelligas. Dicit.[ppria aũt sũt] scz enthymemata, ⁊ sylli, [q̃cũq; ex ppõnib⁹ circa vnãquãq; spẽz, aut genus] scientię [sunt.] Deinde exponit ppõnes, quę sunt certi gñis vel spẽi scientię, ⁊ dicit.[vt ppõnes de nãlibus] .s. attinentes ad sciam, quę est de rebus nãlibus [sunt,] ex [qb⁹ neq; enthymema, neq; syllogismus est de moralibus,] similr neq; de mathematicis, neq; de metaphysicis. v̾. g. est syllus nãlis. oẽ qđ ppetuo mouet, est eternũ. cęlum ppetuo mouet. cęlũ igit eternum. hui⁹ ppõnes sunt certi gñis, qa ita physicę, q nõ moralis phię. ¶ P. dictus syllus nõ est rhetoricus, neq; dialecticus, qm eius sedes nõ est aliqua ppõ cõis oibus artib⁹. Maior eni ⁊ minor solũ per nãlẽ facultatem sunt declaratę, syllus moralis ẽ, q̃cũq; distribuit ius suum vnicuiq; est iustus. Hic p̃tor distribuit ius suum vnicuiq;. igit est iustus. ppõnes eni ex qb⁹ constat, morales sunt, ⁊ nõ physicę, neq; alterius facultatis. Et propterea dicit.[⁊ de his] .s. moralib⁹ [alię] ppõnes sunt, [ex quibus nõ erit] syllus vel enthymema [de nãlib⁹.] Deinde amplificãs id, qđ declarauit, dicit.[Silr autem se hz hoc] .s. qđ dictũ est, [in oibus] alijs scientijs, ⁊ facultatibus. Quibus e rebus patet prima differentia inter syllogismos dialecticos, ac rhetoricos ex vna, ⁊ syllogismos certi generis ex altera.

¶ Et illa quidez circa nullum genus faciunt sapientez. Circa eniz nullum subiectũ sunt. Hęc aũt ẽ quãto vtiq; quis melius ppositiones elegerit, latebunt. cuz faciat aliaz sciẽtiaz a dialectica, ⁊ rhetorica. Si enim inciderint

sapientem ἔμφρονα prudentem

principijs, nõ est dialectica, neq̃ rhetorica. sed illa erit, cuius habent principia.

Cõmẽta. ❡ Cũ assignasset differẽtiã inter dialecticos syll'os rhetoricosq̃, ⁊ syll'os certi generis, q̄a. vz. dialectici syllogismi ex principijs cõibus proficiscunt̃. Sylli aũt certi gñis ex ppriis, nũc dici põt, q̃ sit hęc differẽtia quã assignat hic, scd̃a. ⁊ põt dici q̃ sit causa pmę differentię (vt Egidius inq̄t) ⁊ lege sic, [⁊ illa q̄dẽ] s. enthymemata, ⁊ sylli, quę sunt ex ppõnib' cõibus, [circa nullũ genus] s. sciẽtię [faciũt sapiẽtem.] Cuius rõnẽ assignat, ⁊ dicit. [Circa eni nullũ subtus sunt,] cum neq̃ circa ens mobile, nec circa ens quãtum, nec circa tale q̄d, ⁊ cũ illa non generent particularẽ sciam, igit̃ ptinebũt ad cõmunes facultates, q̄ sunt dialectica, ⁊ rhetorica, ⁊ sic patet cã pmi mẽbri assignatę differentię. Deinde assignat cãm, quare enthymemata ⁊ sylli ex ppõnibus spãlib' ptinẽt ad alias scias, quod fuit scd̃m mẽbrũ, ⁊ dic. [hęc aũt] s. sylli ⁊ enthymemata ex ppriis. [quanto vtiq̃ q̄s melius] B est pticularius [ppõnes elegerit,] tãto subaudi magis hõ sylli ⁊ enthymemata [latebũt] atq̃ obscuriora erũt, q̄m nõ sunt ita pptia, sicuti cõmunia manifesta. [Cũ] ille eligẽs [faciat] i. generet [aliã sciam a dialectica, ⁊ rhetorica,] p̄ illa enthymemata ⁊ syll'os speciales. mõ particularis scia latẽtior est. ergo illa magis latebũt per quę gñatur. ❡ Sed dices si enthymemata ⁊ sylli spãles resoluant̃ ad pma pncipia, nõne resoluẽtur in rhetoricã, ⁊ dialecticam, quę hñt illa pncipia: respõdet, ⁊ dicit. [Si eni inciderint] hõ specialia enthymemata ⁊ sylli [pncipijs] s. primis via resolõnis, scia illa subaudi, quę cõsiderat illa pncipia, [nõ est dialectica, neq̃ rhetorica. s̄ꝫ illa erit, cuius] enthymemata ⁊ syllogismi hõ [habẽt pncipia] i. erit subalternãs: quę cõsiderat illa pncipia, ad quę vltimo resoluuntur spãles sylli ⁊ enthymemata. vt q̄a syll'us pbans vulnera circularia tardius cõsolidari, resoluit̃ ad pncipia, quę cõsiderat mathematica, ideo mathematica est sciẽtia subalternãs. At rhetorica ⁊ dialectica nullã sciam sibi subalternãt, vt i p posteriorꝫ diximus. Sic igit̃ pꝫ, hęc quę nũc Ari. dixit. esse cãm pmę differẽtię superius assignatę. Potes etiaꝫ si vis hic facere scd̃am differẽtiã, ⁊ quasi idẽ erit. Sed Egidius bene textuꝫ introduxit, male tamẽ v̄ba exposuit, vt legenti suam expõnem perspicuum est.

❡ Sunt autẽ plurima enthymematũ, q̄ colliguntur ex his speciebus. s. particularibus, ⁊ proprijs, ex cõmunibus v̄o pauciora.

Cõmẽta. ❡ Hic assignat scd̃am differẽtiã, ⁊ dicit. [Sunt autẽ enthymematũ plurima, quę colligũtur ex his spẽbus pticularibus, ⁊ pprijs] i. ex ppõnibus, quę sunt circa determinatũ genus. enthymemata [vero] quę sunt [ex cõmunib'] ppõnibus ⁊ locis, [sunt pauciora.] cã est q̄a particularia sunt plura: cõmunia autẽ pauciora.

❡ Queadmodum igitur ⁊ in topicis, ⁊ hic diuidẽdũ enthymematũ ⁊ spẽs, ⁊ locos: ex quibus sumẽduꝫ. Dico autẽ spẽs q̄dẽ eas ppõnes, quę pprię sunt s̄m vnumq̄dq̃ genus. locos aũt/cõmunes oibus similiter.

Cõmẽta. ❡ Cũ dixisset enthymemata spãlia fieri ex spãlib' ppositionibus, quę robur habẽt ex locis, nũc cõtinuando se ad ea, quę dicturus est, cõcludit ex dictis codẽ modo esse in rhetorica distinguẽdum de ppõnibus ⁊ locis, vt in topicis est distinctũ. Nã vt in pmo topicorꝫ libro distinxit ea, ex q̄bus sylli conficiũtur, in spẽs, ⁊ locos, sic ea, ex quibus rhetorica enthymemata cõstant, hic distinguit in spẽs, ⁊ loca, ⁊ dicit. [Queadmodum igit̃ ⁊ in topicis,] ita subaudi [⁊ hic diuidẽdũ enthymematũ ⁊ species, ⁊ locos, ex q̄bus sumẽduꝫ,] idest ita ⁊ hic debem' diuidere spẽs, ⁊ locos, ex q̄bus rhetorica enthymemata sunt sumẽda atq̃ colligenda. Et ne sit obscuritas in v̄bis, exponit se, declarans q̄d per spẽs, ⁊ q̄d per locos intelligat, ⁊ dicit. [Dico autẽ spẽs quidẽ eas ppõnes, q̄ pprię sunt s̄m vnũquodq̃ genus, locos autẽ/cões oibus simil'r,] differenter tñ in rhetorica, ⁊ in dialectica, nam in dialectica per spẽs intelligit nõ, vt Porphyri', pro gñis ptibus, sed pro ppõnib' pprijs certi generis, v̄bi cã, pro ppõnibus nãlibus, ex q̄bus cõstãt syllogismi nãles, ⁊ pro moralib' ppõnibus, ex q̄bus cõstãt syllogismi morales. locos v̄o appellat non eos, in quibus corpora regescunt, sed ppõnes cões, quę cõiter oium atq̃ simil'r sunt, vt locus a maiore, ⁊ cęteri id genus. At in rhetorica per spẽs itelligit ppõnes speciales certi generis rhetoricę, ita accõmodatas generi deliberatiuo, vt non iudiciali, ita iudiciali, vt nõ generi demõstratiuo. per locos autẽ, cõmunes ppõnes intelligit, q̄ vnicuiq̃ generi accõmodari pñt, vt est locus a maiore, locus a minore, locus a toto ad partes, locus a casibus, ⁊ sic de cęteris, qui cõmuniter oibus gñibus dicẽdi accõmodari pñt. ❡ Quo v̄o ad v̄ba attinet, ea/ex q̄b' syllogismi, ⁊ enthymemata cõstant, ppõnes appellat Ari. verum nõ codẽ modo oratores nostri, ⁊ Arist. nã Aris. ppõnem, quę grece est προτασιν, in prioribus dicit esse orõnem, quę aut affirmat aliquid de aliquo, vt Niphus est Phus, aut negat aliq̄d de aliquo, vt Niphus nõ est sutor. Hãc in lib' periherminias appellat enuntiationẽ, quę grece est αποφανσιν, ⁊ hęc est oratio, quę verum vel falsum signat, vt Niphus est iustus. dr̃ aũt ppõ ab enũtiatiõe, quo quidẽ ad rem nihil, sed solum quo ad nois rõnem, nam ppõ dr̃ respectu sylli, vel enthymematis. enũtiatio v̄o respectu mẽtis. quatenus eni animi affectũ enũtiat, enũtiatio dicit̃. quatenus v̄o ex ea syll'us, aut enthymema constat, ppõ appellat̃. nec Ari. aliter hic ppõne vtit̃, q̄ꝫ in libris logicę, imo vbiq̃ de propositione Arist. eodem mõ loquit̃. M. v̄o Tullius ⁊ Quintilianus aliter ppositionẽ sumpserũt. vnde Quintilianus libro 4° oratoriarum institutionuꝫ definit ppõnẽ, ⁊ dicit. Mihi aũt ppõ videt̃ ois cõfirmationis initiũ, quod nõ modo in ostẽdenda quęstione pncipali, sed nonnũq̄ etiaꝫ in singulis argumentis pponi solet. Sed q̄a nos Arist. seq̄mur, ⁊ de ppõne ⁊ enũtiatione hactenus. diuisio autẽ ppositionis, vt Aristo. hic diuidit, est in ppositionem, quę est species, ⁊ in ppõnẽ, quę est loc', ppõ quę est spẽs, dr̃ pticularis ac pptia, p quãto est certi, ac cõstituti gñis. ppõ aũt, q̄ est locus, est orõ cõis, aut oib' facultatib' diuersorꝫ generuꝫ, aut oibus generibus dicendi in ipsa rhetorica facultate.

❡ Primuꝫ igit̃ dicamus de spẽbus, accipiẽtes tñ prius genera rhetoricę, vt diuidentes q̄t sit, õ his seorsuꝫ sumam' elẽta, ⁊ ppõnes.

❡ Cũ declarasset codẽ mõ esse distinguẽdaꝫ de ppõnibus ⁊ locis in rhetorica, quemadmodũ in topicis, nũc pponit cõiter ea, q̄ dicturus est, ⁊ dicit. [Primũ igit̃ dicam' de spẽb'] i. de ppõnib' spãlib', q̄bus vtit̃ rhetor, [accipientes tñ pus gñia rhetoricę] nõ eni dicere possumus speciales ppõnes cuiq̃ gñi proprias, nisi genera rhetoricę distinxerimus. ⁊ hoc subscribit, ⁊ dicit. [vt diuidentes genera rhetoricę quot sunt, de his seorsum sumam' elemẽta ⁊ ppõnes] s. spãles, cuiq̃ accõmodatas. Cõmẽta.

❡ Quo

¶ Quo vero ad verba attinet, ppones enthymematũ dicunt elẽnta, quia ex illis enthymemata pstãt, et ad illa resoluunt: vt libro prioꝝ satis est expositum.

℄ Sũt itaqȝ rhetoricę species tres numero. Tot eni et auditores orõnũ sunt. Cõponit eni ex tribus orõ, et ex dicẽte, et ex eo, de quo dicitur: et ex eo ad quez. Et finis penes hũc est. Dico autem auditorem.

Cõmẽta. ℄ Proposuit de ppõnib⁹ dicere, q̃ spẽs nũcupant, sȝ qa (vt dixit) nõ põt quispiã de his dicere, qn de rhetoricę gñib⁹ dicat, ideo de rhetoricę gñib⁹ aggreditur, et primo illa eẽ tria pbat, ex eo qa tres sunt auditoꝝ spẽs, cõsul siue contionator, iudex, et spectator. Ostendit autem genera rhetoricę potius distingui penes distictionẽ auditoꝝ, q̃ȝ cęteroꝝ, q̃ ad orõnẽ cõcurrũt. Cõstat enim orõ rhetorica trib⁹ eo. vȝ. qui dicit, re de qua dicit, et auditore, ad quem et gr̃a cui⁹ dr̃ oratio. ex distinctione eoꝝ, q dicũt, dicẽdi genera distinctionẽ nõ sortiunt. Est enim vnus orator, qui in omni dicẽdi gñe dicit. Ex distictione rerum, de quib⁹ oratio dr̃, minime. Naȝ res siue materię, de quibus dicit, distinctionẽ sortiunt ex fine. Finis autẽ (vt patebit) auditor est. igitur ex distõne auditorum principalr̃ dicendi genera distinctionez sibi vẽdicant, dicit. [Sũt igitur rhetoricę spẽs numero tres.] idest sunt itaqȝ dicẽdi gñã tria. Sumpsit eni rhetoricã pro ipso dicere. et spẽz p genere. Cuius causaz assignat, et dicit. [Tot eni et auditores orõnũ sunt,] ex quoꝝ. s. distinctione genus dicẽdi accipit distõnẽ. Qȝ autẽ ex distinctiõe auditoꝝ genus dicẽdi sortiat distõnez, declarat, ex eo qa auditor finis est, cuius gr̃a fit orõ. Nõ enim fit oratio, nisi pp auditorẽ, vt eius assensus capiat. et dicit. [Cõponit eni ex trib⁹ oratio] i. tria eni sunt necessaria ad orõnẽ. [Et ex dicẽte.] ex distinctiõe cuius nõ sumit distinctionẽ genus dicẽdi. [Et ex eo, de quo dr̃] ipsa oratio, et nec ex hui⁹ distõne gen⁹ dicẽdi distõnẽ sortit. [Et ex eo, ad quẽ] s. orõ ipa dicit, [et finis penes hũc ẽ,] naȝ in auditore est assensus, quẽ captare p orõnẽ enitit orator. et cũ finis sit penes auditorez, genus distinguet penes distinctionẽ auditoꝝ. ideo dicit. [Et finis penes hunc est, dico aũt] hũc penes, quẽ finis est, [auditorẽ.] igitur penes auditorem distinctio est.

℄ Sed auditorẽ necesse est aut spectatorem eẽ, aut decretatorẽ. Decretatorẽ vero, aut factoꝝ, aut futuroꝝ. Est aũt q de futuris decernit, vt contionator. q vero de factis, vt iudex. At qui de potestate vt spectator. Quare ex necessitate tria erũt gñã rhetoricarũ orõnũ, deliberatiuũ, iudiciale, demonstratiuum.

decretatorez
κριτην
iudicem
iudicatorem
contionator
ἐκκλησιαστής
δικαστής
consul
senator
capitaneus.
potestas
δυναμις
potentia
facultas.
spectator
θεωρος
amplectator
inspector.

℄ Ratio, qua pbatur esse tria dicendi genera, hęc, quot sunt auditores, tot sunt dicendi genera. tres sunt auditores. igitur tria sunt dicendi genera. Maior probata est in pręcedenti textu. quoniam in auditore finis habetur, per cuius distinctionem distinguũtur genera dicendi, quę ordinatur ad ipsum. Minor autem probat in pręsenti textu, quoniam auditor triplex est p distinctione temporum. Nam omne de quo dicitur, aut est pręteritum, aut est futurum, aut est pręsens. Si pręteritum, auditor erit iudex. Nam (vt diximus) de pręteritis semper alius accusat, alius defendit. De accusatiõe autem atqȝ defensione auditor, ad quem oratio ordinatur, iudex est qui recognoscit. Si autem est futurũ, sic est contionator. De futuris enim (vt postea patebit) consultationes et contiones fiunt perhortationez, et dehortationem. Sin autem de pręsenti, sic est, spectator. Spectator enim est, qui laudem vel vituperationẽ spectat, atqȝ contemplatur. at laus et vituperatio, pręcipue circa pręsens sunt. dicit. [Sed auditorez necesse est, aut spectatorẽ eẽ, aut decretatorem. ¶ Quo vero ad verba attinet, decretatorem gręce est κριτην, est autem decretator cõmunis ad eum, qui in causis iudicat, et ad euȝ, q iudicat in contionibus. ppterea subdiuidit decretatorem, et dicit. [Decretatorem vero, aut factorum] s. quę pterierunt, [aut futurorum,] quę nondum sunt, sed esse possunt. Tunc assignat nomina specifica, et dicit. [Est autem, qui de futuris decernit vt contionator. Qui vero de factis] hoc est pręteritis, est exẽpli causa, [vt iudex. At qui de potestate] idest de pręsenti, quod non habz actu esse, sed potestate, est verbi gratia [vt spectator.] q̃re triplex est auditor, de futuris contionator, de pręteritis iudex, de p̃senti spectator. et hęc erat minor. ¶ Quo vero ad verba attinet, iudex gręce est δικαστης, modo lȝ crites sm̃ suam cõmunem significationez dicatur de contionatore et iudice, dicastes tamen non dicitur, nisi de iudice: qui proprie iudicat de accusatiõe atqȝ defensione. Contionator autez gręce est, ἐκκλησιαστής, quẽ Georgius trapeζuntius de vtraqȝ lingua bene merit⁹ latine dixit Senatorem, barbarus translator dixit capitaneum. Nõnulli vero pretorẽ, placuit alijs tribunũ dicere. Mihi autem placet magis dicere contionatorem, vel consulem. Nam consul (qui pręest cõsilijs) dicitur. Fuerunt autẽ consules (exactis regibus) duo creati, penes quos (vt Pomponius inquit) sũmum ius vti esset lege rogatum est. dicti ab eo, quod plurimũ reipu. consulerent, hic proprie iudex est earum dictionum, quę de deliberandis rebus habentur, hac quoqȝ de causa contionator dicitur. et ad plebem tribunus, q ei maxima eẽt tradita potestas in dissentiõe plebis. Placuit vero Trapeζuntio dicere sanatorem, forte quia (vt Ulpianus inquit) senatores sunt, qui a patritijs, et consularibus vsqȝ ad omnes illustres viros descendunt, quia hi soli in senatu dicere possunt, ac iudicare, appellatiqȝ ab ętate prouecta, q tales a pncipio in senatu electi fuerunt. Apud Uenetos hodie rogati fortasse dicuntur, quia dictionibus rogantur: apud nos consiliarij, qui in publicis rebus authoritatem habent et consulendi, et dicendi. Qui autem aliter interp̃tati sunt, fortasse non ab ratione locuti sunt. Sed eorum rationes quęrat curiosus. Spectator vero gręce est θεωρος. hic apud veteres auditor est publicarũ orationũ, quę de laude atqȝ vituperatiõe agunt. Hic enim nõ est iudex, quia non est suũ iudicare, nec sniaz pferre, est tñ suũ ispicere, atqȝ q̃si speculatiue cognoscere, vtrũ res ita vel nõ se hẽat. Qui vero trãstulit amplectatorẽ, nõ bene trãstulit, nec Egidi⁹ debuit laborare exponere, qđ nõ est. Appellauit aũt tẽpus p̃sens potẽtiã, potestatem, vel facultatẽ, quia cũ tp̃s nõ sit, nisi in cõtinuo fluxu, videt solũ hic eẽ in potentia, et quia laus in actiõe cõsistit, q̃ nõ est nisi p̃sens, ideo spectator spectat laudes, vel vituperationes, quę sunt in p̃senti. Spectatores etiã sunt, q ad ludos spectãdi cã cõueniunt. Plautus, nunc spectatores iouis sũmi causa clare plaudite. vnde et generatim quicũqȝ aliqđ aspicit, ei⁹ rei spectator dici põt. Pȝ igit ex hisce tres eẽ auditores, aut q pręõib⁹ dliberatiuis p̃est: vt ptionator. aut qui pręest orationibus laudis, vel vituperatiõis, vt spectator, aut qui pręest iudicijs, vt iudex. ℄ Sed occurres primo, quia nõ videt auditor finis rhetoricaꝝ orõnũ, sed persuasio ipsa: vt superius dictũ est. Deinde potior

distinctio rhetoricarũ orõnũ eẽ videt̃ ex re, de qua dĩ, q̃ ex auditore, qui audit dictiones, ẽt si penes eum esset finis. Nã res de qua dĩ, est mã dictionis, q̃ est oroni lõge magis herẽs, q̃ auditor, ẽt si fuerit finis. ¶ Sed dissoluit̃ prima dubitatio, nã bene dicere est finis oratoris. persuasio vero finis ipsius benedicẽ orationis. Auditor demũ finis gratia cuius & oratio benedicitur, & persuasio fit ex ipso benedicere. Diluitur etiam scda, nã lꝫ potior distinctio sit ex re ipsa, de qua dicit̃, non tamẽ ita pspicua, sicuti est differẽtia, q̃ est ex ipso fine. Et hoc quęrit rhetor. etiã occurres. Fabius eni Quintilianus 3° oratoriarum institutionũ volumine auditores in tres dissecuit, sed aliter q̃ Arist. dixit enĩ aliũ eẽ, q ad delectationem conuenit, aliũ vero, qui consiliũ accipit. tertiũ deniq̃, qui de causis iudicat. Fortasse per eum, q ad delectationẽ cõuenit, spectatores itelligit, q laudes vel vituperationem spectat pp delectationẽ, p eum vero, q cõsiliũ accipit, cõtionatorẽ, & p eũ, qui de causis iudicat, iudicem. Quare hęc diuisio nõ differt ab illa Arist. Ex hac auditorum distinctione concludit distinctiones generum dicendi, & dicit. [Quare ex necessitate tria erunt genera rhetoricaꝝ orõnũ,] q̃ dicẽdi gñã Cicero vocat, [deliberatiuum] qđ contionatorẽ respicit, [iudiciale,] qđ iudicem, [& demonstratiuũ,] qđ spectatorem. Veꝝ de generibus dicendi non eadẽ rõne cũ Arist. sentiũt oẽs. Anaximenes eni duo dicendi genera tãtũ asserit, iudiciale, & deliberatiuũ, siue cõtionale. Plato in sophiste iudiciali, & deliberatiuo adiecit psomileticon, h̄ est sermocinale, quod a forensi ratiõe distinguit̃, estq̃ priuatis disputationib' accõmodatũ, cui' vis eadẽ pfecto est, quę dialecticę. Isocrates in oi genere inesse laudes ac vituperationẽ existimauit. Aristoteles vero, (q̃ auditores sunt tres, contionator in cõtionib', iudex in iudicijs, spectator in demr̃onibus,) tria gñã dicẽdi asseruit, deliberatiuũ, qđ symbuleuticon vocat, & nonnũq̃ demegoricon, quo militares plerũq̃ vtunt̃, ac ciues, q respub. gubernant. Nõ eniꝫ exercitus Imperatores ducerent, nec ciues respub. administrarent, nisi deliberatiuum dicendi genus percallerent. est & demõstratiuũ, quod epidicticon appellat, in quo laus ac vituperatio continentur. Hoc etiam encomiasticon, hoc est laudatiuum a potiore pro te appellant. In hoc phi & mathematici versantur, qui veritatẽ falsitatẽue demõstrant, itẽq̃ & poetę, quoꝝ poema oẽ aut in laude, aut in vituperatiõe cõsistit, vt Ari. in pncipio poeticę tradit. Dicit̃ eni epidicticon, h̄ est demõstratiuũ, nõ modo, q̃ verũ falsumue iudicat, sed vel q̃ laudes vituperationemue demõstrat. Est insuper & iudiciale, qđ dicanicon vocãt, hoc causidici acceperunt. & ideo. M. Tullius forẽse aliquãdo appellat: hęc pauca de gñibus dicẽdi. Nã plura diximus in epitomatib' nr̃is rhetoricis lib° 2°. Est eniꝫ bonum, q hęc nr̃a cõmẽtaria legerit, ea, quę illic scripsimus: nõ pretermittere. Nos eni supfluũ putamus, qđ semel dictum est, & q̃dem sufficiẽter, iterũ idẽ dicere.

enu' 3ꝫ.

exhortatio προτροπη suasio. dehortatio αποτροπη dissuasio. priuatim ἰδίᾳ publice κοινῇ cõmuniter.

¶ Deliberationis aũt, altera quidẽ exhortatio, altera vero dehortatio est. Nam semper, & qui priuatim consulunt, & qui publice cõtionantur, harum alteram faciunt.

¶ Egidius vir nõ spernendus Arist. autumat nũc ponere differẽtias inter hęc gñã dicẽdi, & pmo ex pte actuũ, deide ex pte tẽpoꝝ. & 3° deniq̃ ex parte finium. Et hęc expositio non est verbis Ari. dissona. Cicero vero & Fabius dicta genera in species vult his diuisiõib' diuidi. Et hęc expositio 9uenit verbis Ari. vt illa trãstulit Philelphus in alia rhetorica, quę ad Theodectem est, vbi postq̃ oẽ dicẽdi gen' in tria dissecuit, gñã in spẽs hasce diuisit. Verum si expositionẽ Egidij sectabimur, oportebit per deliberationẽ intelligere genus deliberatiuũ, quod Egidius negotium deliberatiuum barbarice vocat: & dicemus sic, [deliberationis autẽ] i. generis autẽ deliberatiui, duę sunt actiões, siue actus, duo quoq̃ act' eius, qui dicit in genere deliberatiuo. [altera quidẽ exhortatio,] quam protropen dicit, quęq̃ etiã latine suasio dici põt. [altera vero dehortatio est:] quã vocat apotropen, quę etiam dissuasio dici potest. Hanc diuisiõeꝫ probat, & dicit. [Nam semper & qui priuatiꝫ] i. s. vni psonę, vel paucis cõsulũt, [& qui publice] i. s. aduocato populo [cõtionant̃, harũ alterã faciunt] i. s. exhortationẽ, vel dehortatiõeꝫ, nec īueniri põt q cõsulit, vel cõtionatur, aliũ actũ exercere pter hosce. igit̃ si dicẽtis in deliberationib' duo tñ sũt act', hortatio, & dhortatio, gñis deliberatiui in quo dicit, duo erũt actus tñ. s. hortatio, & dehortatio. Arist. tñ in paruis rhetoricis dñiam fecit inter suasionem, & hortationẽ. Nam definit suasionem per hortationẽ, cũ dixit, suasio est ad aliqđ eligẽdũ, aut dicẽduꝫ, agẽdũue exhortatio. Silr̃ inter dissuasionẽ & dehortationẽ, cũ ibidẽ dixit, dissuasio vero ne qđ eligat̃: aut dicat̃, agaturue dehortatio. ¶ Quo vero ad verba attinet Arist. dixit. [Nã semp & qui priuatim consulũt, & q publice contionant̃,] vt annotaret nobis non solũ oratorem dicere in genere deliberatiuo cõtionatim aduocato populo pro publico bono vel malo. sed etiaꝫ priuatim vni, p illius dãno vel vtili. Sępe eni orator suadet populo ad bene beateq̃ viuẽdũ, sępe idem suadet vni priuatę personę. ergo vtroq̃ modo oratio erit in genere dicendi deliberatiuo.

¶ Iudicialis autem, hęc quidem accusatio, illa vero defensio est. Harum enim alterutrã facere necesse est litigantes.

¶ Eodem mõ exponere opꝫ, verbũ grecũ δίκης, si Egidium sectari voluerim', & dicere. [Iudicialis aũt] generis, & ei' etiã, q dicit in iudiciali genere, duę sũt actiões, [hęc q̃dẽ accusatio,] quę grece dĩ κατηγορία, quęq̃ pdicamẽtũ ẽt appellatur, nõ tñ in pposito. Estq̃ accusatio (vt Arist in paruis rhetoricis) iniuriarum, delictorumq̃ expositio, de qua postea. [Illa vero dfensio,] quę grece ἀπολογία dĩ, latine ẽt excusatio: quã Plato in excusatione Socratis scripsit. Est aũt defensio delictoꝝ & iniuriarũ, q̃ vel in accusationẽ, vel in suspitionẽ venerint, dissolo, de qua posteri'. Probat aũt Arist. has duas eẽ iudicialis gñis actiões, & dicit. [Harũ eniꝫ alterutrã facere necesse est litigãtes.] Semp enim litigantes necessario, aut accusant, vel defendunt. igit̃ iudicialis generis hę duę actiones sunt.

Cõmẽta°.

¶ Demonstratiui autẽ, alia quidẽ laus est, alia vero vituperatio.

¶ Eodẽ mõ ἐπιδεικτικοῦ exponẽ opꝫ, si Egidiũ sectari volueris. i. [Demr̃atiui] aut gñis, duę sunt ẽt actiones, [alia q̃dẽ laus,] q̃ grece ἔπαινος dĩ. Est autẽ laus (vt Ari. eodẽ loco) & voluntatũ, & reꝝ gestaꝝ, & verboꝝ illustriũ amplificatio, & eoꝝ, q̃ absũt, accõmodatio. [alia vero vitupatio,] q̃ grece dĩ ψόγος, Est aũt vitupatio h̄ illustrium hoꝝ extenuatio, obscuroꝝ vero exaggeratio. Eã aũt (q̃re dmr̃atiui gñis duę tñ sũt actiões) ẽ, q̃ oẽs qui demr̃ant, aut laudãt, aut vituperãt. Qui vero voluẽt diuisiões hasce eẽ generꝫ in spẽs, nõ actiones, sed duas eẽ spẽs dicere oportet deliberatiui generis, hortationẽ,

Cõmẽta°.

& dehortationem, iudicialis vero accusationē, & defensionem. Demōstratiui deniq; laudē & vituperatiōes. Que aūt sequunt̄, eē diīas, nō est alienū fortasse dicere, Ari. nō gña, sed orones, q̄ sunt in gñib⁹, vt Georgi⁹ demonstrat, diuisisse, & tūc op; dicere, [Deliberationis aūt].i. deliberatiue autē orōnis, altera qdē exortatio est, idest altera exhortatoria est, altera dehortatio, idest dehortatoria est, & cū dixerit iudicialis, ēt orōnis subintelligēdū est, & addēdū q̄ altera sit accusatio .i. accusatoria, altera defensio .i. defensoria. Silr cū dixisset [Demōstratiui aūt].i. demōstratiue orōnis exponēdus est, & p laudē, orōnē laudū expositiuā, & p vituperatiōnē, orōnē vitiorū ostēsiuā itelligēdū ē. Ea vero, q̄ in subsequētib⁹ dicet, ad diīas generū dicēdi, vel orōnū, q̄ dicūt̄ attinēt.

Cōmēta.

¶ Tpa aūt cuiq; horū sūt: deliberāti qdē futurū. De futuris eni deliberat: q hortat̄ aut dhortat̄. Litigāti aūt pteritū: qm̄ d pteritis semp vnus qdez accusat: alter aūt defendit. Demōstrāti deniq; principalissimū qdē p̄sens est: nā ſm ea, q̄ p̄sentia sunt: laudat / aut vituperant omnes. Coutuntur tamen sepe ceteris: & preterita cōmemorantes: & futura preconizantes.

Cōmēta. ¶ Cū assignasset spēs generū dicēdi, vel cum assignasset spēs orōnū, q̄ dicunt̄, vel cū assignasset p̄mā diīas generū, q̄ accipit̄ a diia actuū: nūc assignat scdaz, que sumit̄ ex pte tēporū, & dicit. [Tpa aūt cuiq; horū sūt].i. generū [sūt].i. accōmodata. & p ordinē ea exponit, & dic. [Deliberanti quidē futurū,]cuius rationem assignat ex ipso dicente in genere deliberatiuo, & dicit. [De futuris eni deliberat, qui hortatur, aut dehortatur.]vt vtrum sit p̄mittendus Darius inuadere Egyptū. [Litiganti autē, preteritū. qm̄ de preteritis semper vnus qdez accusat, alter autem defendit]. ¶ Sūt enim quatuor q̄ōnes (vt postea dicemus) de qb⁹ litigant causidici, vt si sit factū, & dato q̄ sit factū. 2ª est, si obfuit. 3ª dato q̄ obfuerit, si tātū (vt di) obfuerit. 4ª etsi tātuz, vtrū iure tātū obfuerit. Cōstant aūt oēs hae q̄stiones, de qbus accusant, aut defendūt, eē de pteritis, [dmōstrāti deniq;]oē tps, sed [principalissimum qdez presens est,]cui⁹ rōnē assignat, & dicit. [Nam ſm ea, que presentia sunt, oēs].i. demōstrātes [laudāt, aut vituperāt, coutūt̄ aūt sepe ceteris].i. tpib⁹, [& pterita cōmemorātes,]vt qm̄ Alexāder debellauit Dariū, vel tale aliqd fecit, & reducētes, q̄ preterierunt ad p̄sentaneam memoriam, vt fiant presentia. [& futura preconizantes]atq; prelaudantes saltem ſm spem. Laudamus enim aliquando puerum aliquē, sperantes eum ex hijs, que presentia sunt, in optimum virū euasurū. Sic igitur qui laudat, aut vituperat, precipue p̄ntia respicit. p̄terita autē ac futura nō p se, sz q̄ten⁹ ad p̄ntia accōmodāt̄, aut p p̄sentaneā memoriā, aut p p̄ntaneā spez. Nullus eniz pp preteritorū memoriam, vel futurorum spem, per se laudatur, sed solū quia pp hec nunc presentialiter melior existimatur.

¶ Finis etiā cuiq; horū alius est. & trib⁹ existētibus tres. Deliberāti qdē vtile: & dānosuz. Qui eni hortat̄: q̄si melius suadet. q vero dehortat̄: quasi peius dissuadet. Cetera vero aut iustuz, aut iniustū: aut honestū: aut turpe ad hec assumit. Litigātibus aūt iustuz & iniustum: cetera vero & hi ad hec assumunt. Laudantibus autem & vituperātibus: honestum: & turpe: cetera autem & hi ad hec referunt.

In genere deliberatiuo	Deliberāti	vtile / dānosū	Finis
In gn̄e iudiciali	Litiganti	iustum / iniustū	Finis
In gn̄e demōstratiuo	Demōstrāti	honestū / turpe	Finis

¶ Et de differentia, que sumitur penes tempora, hactenus: at penes fines differentia est, quia in genere deliberatiuo deliberantis finis est vtile, vel damnosum. nā qui suadet, quasi ad melius respiciens & per loca, que sumuntur a meliore, hortatur. Qui autez dissuadet, q̄si ad peius respiciens, & p loca, & argumenta que sumunt̄ a peiore, dehortatur, dicit. [Finis autem cuiq; horū].s. generum [alius est, & tribus].s. generibus [existētib⁹]fines sunt [tres.]Et exponit per ordinē eos, & dicit. [Deliberanti qdem vtile, & dānosum.]Cuius cām assignat, & dicit. [Qui eni hortatur, quasi meli⁹ suadet].i. suadet eē agēdū vel dicēdū ex eo, q̄ est melius, & vtili⁹. ergo suadet argumētis & locis, q̄ sumuntur a meliore, & vtiliore. [Qui vero dehortat̄ q̄si peius dissuadet].i. dissuadet eē agendum, vel dicenduz ex eo, quia est peius & damnosum magis. ergo suadet argumētis, & locis, que sumunt̄ a peiore, & magis damnoso. ¶ Sed queres vtrum deliberans aliquando per alia hortetur, vel dehortet̄: vt per argumenta & loca, que sumūtur a iusto, vel iniusto, ab honesto, vel turpi: dicit. [Cetera vero]que vident̄ fines deliberāti, & non sunt fines, nisi per accidēs, vt [aut iustum, aut iniustum, aut honestum, aut turpe]hortans & dehortans [assumit ad hec].s. non per se, sed annexa per se finibus. hec enim non per se fines sunt deliberāti, sz quasi eius per se fini annexa, & ppterea in orōnib⁹ deliberatiuis assumi solent. Dicūtur aūt fines p accñs, atq; fini deliberātis annexa, q̄ten⁹ accidit aliqñ vtili, vt sit honestū, & iustū, & dānoso, vt sit turpe, & iniustū. non tñ semp. nō eni oē vtile est honestū, aut iustū, sicuti nec oē dānosuz est turpe vel iniustū, imo nec 3, vt posteri⁹ dicemus. quare hortātes & dehortātes per se suadēt vel dissuadent locis atq; argumētis, que sumunt̄ ab vtili, vel dānoso, a ceteris aūt p accñs, quaten⁹ nō fines p se sunt eorū, sed finib⁹ interdū annexa. Deinde exponit finē litigantiū, & dicit. [Litigātib⁹ aūt]fines p se sunt [iustum & iniustuz].s. & quos intēdūt assequi, & a qb⁹ sumūt loca & argumēta, [cetera vero].s. vtile & damnosum, honestum & turpe [ad hec & hi assumunt].s. vt annexa finibus eorum per se, modo quo dictum est. Nam si litigātes aliqñ argumētantur per argumenta & loca, que sumuntur ab honesto, & vtili, hoc faciunt, q̄ hec aliquādo sunt iusta. Deinde exponit finē demōstrāti, & dicit. [Laudātib⁹ aūt & vituperātib⁹]fines p se sūt [honestū & turpe, cetera autē,]que sunt aliorum fines, [& hi].s. litigantes [ad hec referunt,]vt .s. annexa, non aūt vt per se fines. Laudantes eni si laudauerint a iusto, vel vtili, hoc faciūt, quo hec honesta aliqñ sūt. Silr si a dānoso

Cōmētū. ¶ Cum dixisset statū bifariā corrūpi posse, a proprijs, ⁊ ꝯtrarijs, exponit primo quis status, ⁊ dicit oēs alios status ꝓter regnuꝫ, qō est optimus principatus. ⁊ dicit. [Dico aūt a ꝓprijs] corrūpi statū, [qm̄ excepta optima ciuilitate] idest optimo statu, [alię oēs, ⁊ remissę] .i. ⁊ ꝑ remissioneꝫ, [⁊ intensę] .i. ⁊ intensione [corrūpunẗ.] in q̄bus induit tria, primū optimū statū esse regnuꝫ. vt enim .12° p̄mę ꝑhię tradit ex Homeri carmine pluralitas principatuū mala. Unus ergo ꝑnceps. vnde status quiscūqꝫ est, aliquo mō ab optimo est deficiens, si non vnus dñaẗ. saltē de possibili, qm̄ vbi plures dñanẗ, ēt si fuerint optimi, pōt accidere dissensus, qui licet esset ꝑꝑ bonū, qō ambo intēdunt, tn̄ posset esse cā sedictionis in ciuitate. At in statu vnius nō pōt accidere dissensus, igiẗ solus erit optimus. Ex hoc p̄mo seqtur scōꝫ vt hic status nō pōt corrūpi, nisi a causis exterioribus, vt ab inuasione externorꝫ regū, vel a rebellionibus popularibus, quę inducunẗ per malos subditos. vel ab ipsa multitudine occupāte, tertiū aūt est cęteros status, (qcūqꝫ fuerint siue boni, siue tyrānici, quatenus sunt ex pluribus) corrūpi posse bifariā, ab externis ꝯtrarijsqꝫ causis. nā plurib⁹ ꝯtrariaẗ vnū, ⁊ sic occupatione vni⁹, pñt corrūpi tanq̄ a ꝯtrario. ⁊ ab intēsione, ⁊ remissione pluralitatis, ⁊ hęc corruptio non erit ꝑ cōtrariū. qm̄ intēsum ⁊ remissum, maius, ⁊ minus nō variant spēm. At ꝯtraria differūt spē. qō aūt status, in quo plures pręsunt, quatenus plures, possit corrūpi intēsiōe, ac remissione pluralitatis, declarat Arist. vno exēplo, qō sumiẗ a statu paucorꝫ, ⁊ dicit, [vt status popularis,] i. quo populus dñaẗ. hic enim [status nō solum remissus] .s. ad pauciores reductus [imbecillior reddiẗ] in sua multitudine dñantiū, [atqꝫ] tandē [in paucorꝫ principatū desinit,] vbi potētiores soli dñanẗ, [sed ēt valde intensus] in sua multitudine. naꝫ tanta pōt esse multitudo dominātiū, vt nullus fere sit, qui subdaẗ, ⁊ sic intēsione multitudinis corrūpeẗ. Quare bifariā corrūpiẗ ab ꝓprijs, s. accretione multitudinis, ⁊ extenuatione. hoc per exēplū adhuc ostēdit, ⁊ dicit, [sicuti ⁊ aqlinitas, ⁊ simitas, non solū remissę veniūt in mediū,] in quo ꝯsistit optima nasi cōpositio, ⁊ sic veniendo in mediū, remissione corrūpunẗ. nō eniꝫ amplius nasus diceẗ aquilinus, vel simus. [sed ⁊] aquilinitas [valde aquila facta, aut] simitas valde [sima] facta, [sic disponunt] afficiūtqꝫ nasuꝫ, [vt neqꝫ nasus videaẗ esse] simus, vel aquilus amplius: ita quoqꝫ status, in quo plures dñaẗ, pōt corrūpi intēsione, ⁊ remissiōe multitudinis. tāta eniꝫ fieri pōt multitudo dñantiū, vt nullus fere sit, qui subdaẗ. ita ēt tanta pōt fieri paucitas, ac dominantiū extenuatio, vt nō populus, sed paucorum fiat status.

¶ Utile aūt ad legū lationes non solum attēdere, quę ciuilitas expediat ex pręteritis considerando, sed ēt eas, (quę apud alios sunt) scire quę quibus congruant.

¶ Nunc de ꝯsiliabili, (qō est circa legū lationes,) ⁊ assignat duas ꝯsiderationes, quarꝫ prima sumiẗ a iuuantibus ⁊ a nocētibus, quę fuerūt in ipsa ciuitate. scōa autem accipiẗ ab ijs gubernādi rōnibus, quę sunt ad pręsens in ciuitatibus, q̄ gubernanẗ in simili statu, quē hꝫ ciuitas ꝓpria. ⁊ q̄ fuerunt in ꝓterito. Dicit. [Utile autē ad legū lationes] est [non solꝫ attēdere, quę ciuilitas] idest q̄ rō gubernandi [expediat ex ꝓteritis] .s. iuuantibus ⁊ nocētibus, quę acciderūt in ꝓpria ciuitate [considerando,] ⁊ hic tetigit primū locū ex iuuantibus ⁊ nocentib⁹, quę in ꝓterito acciderūt in ꝓpria ciuitate. nam quēadmodū medicus pōt cōponere leges infirmo, quibus seruet in suo statu ex iuuātibus, ⁊ nocētibus, quę ꝓterierunt, sic cōtionator poterit cōponere atqꝫ cōsulere leges ciuitati ꝓprię cōsiderādo iuuātia, ⁊ nocentia, quę ꝓterierunt, vt enim sanitas est ꝓprius status corporis sani, ita gubernandi rō est optimus status ciuitatis. deinde assignat scōaꝫ ꝯsiderationē, ⁊ dicit, [sed etiam] est vtile [scire eas] .s. rōnes gubernādi, [quę apud alios sunt] .s. in alijs ciuitatibus, quę in simili statu viuūt. dico in simili statu, qr si status ꝓprię ciuitatis fuerit paucorꝫ, cōsiderandę sunt rōnes gubernandi aliarꝫ ciuitatū, quarꝫ status est paucorꝫ. ⁊ si fuerit populus, cōsiderādę sunt rōnes gubernandi aliarꝫ ciuitatū, quę sunt, ⁊ fuerūt populares. Cōsiderandę dico, ⁊ a q̄bus sunt seruatę, ⁊ a quibus sunt corruptę, lex enim est ꝯtraria ꝓhibens, ⁊ iubens vtilia statui. Cōsiderādę ēt sunt, [quę quibusqꝫ cōgruant,] non enim ois ciuitas patiẗ rōnem gubernādi oēm: sed quę ꝯuenit, aliquę enim ciuitates nō facile fuerūt grauamina. aliquę autē fuerunt, mō loco grauaminū honorib⁹ participet, ꝓpea dicit, q̄ quibusqꝫ cōgruāt, hęc aūt ꝯditio cōsideranda est si fuerit similis statui ꝓprię ciuitatis. naꝫ colligēdo ex quibus aliqn̄ est ꝯflictata, ex quibusue reꝑata, poterit contionator optime de legū latione cōsulere in ꝓpria ciuitate ꝓhibēdo ꝯtraria ⁊ iubēdo vtilia. Facile eniꝫ pōt ꝯsulere legū lationes in sua ciuitate, si esset status paucorꝫ, si voluerit cōnumerare oēs errores florētinorꝫ, quos habuerunt in legibus sui status. ⁊ oēs rōnes gubernādi quas hñt, ⁊ habuerunt Ueneti. ēt oppidolum illud ragusiensiuꝫ: quod in ratione gubernandi non est postergandum.

¶ Quare perspicuū est, qm̄ ad legū lationē quidem terrę circuitiones vtiles sunt. hunc eniꝫ est accipe gentiū leges. Ad ciuilia autē

cōsilia, historię eoꝝ, qui gesta scribūt. Verū hęc oīa non rhetoricę opus sunt, sed ciuilis. Quę igit̄ habere opʒ eum, qui dʒ consiliari, quę maxima sunt, tot sunt numero.

Cōmētū. ¶ Ex hijs, quę dixerat, deducit q̄si duo corollaria, quoꝝ primū est de legibus, quę sunt inter ciuē & ciuē. Scdm aūt de legibus, quibus status qualiscūq; fuerit, seruat̄. de p̄ dicit. [Quare pspicuū est, q̄m ad legū lationē quidem] quę vtiles sunt ciuibus, vt viuant inter se bene, atq; ſm virtutē, [vtiles sunt terrę circuitiones] i. ciuitatum peregrinationes. περιόδοι enī circuitiones, & peregrinationes dici p̄nt. p peregrinationes enim terraꝝ noscunt̄ mores hominū, & ꝯsequēter gentiū leges. & assignat cām, & dicit, [hinc enim] s. ex ea peregrinatione [est accipere gētiū] diuersaꝝ [leges.] cognoscunt̄ enī p peregrinationes ꝯsuetudines, & mores, & leges. Quibus cognitis, poterit cōcionator cōsulere de legū latione in ꝓpria ciuitate cōparando ꝓpriā ciuitatē ad illas. nam cognoscēdo quę leges cōgruant ciuitatibus, p q̄s peregrinatus est, facile poterit cognoscere, quę leges ꝓprię ciuitati expediāt. De scdo ṽo corollario dicit, [ad ciuilia aūt cōsilia,] quę s. sunt ad legū latione ꝑtinente ad ꝯseruationē status, [historię eoꝝ, q gesta scribunt.] vtiles sunt. p has enim sciri p̄nt vnde seditiones ortę, vndeue sedatę, quibus ēt legibus deletę. Sed q̄m politicus particulatim hęc pertractat: ideo dicit, [verū hęc oīa] s. exquisite, atq; particulatim [non rhetoricę opus sunt, ſʒ ciuilis] facultatis, quę dī politica. Hęc enī docet exquisite condere leges tam q̄bus ciues seruant̄, q̄ q̄bus status defendant̄. tunc epilogat, & dicit, [q̄ igitur hēe opʒ eum, qui dʒ consiliari, quę maxima sunt,] nā quę non sunt maxima, sunt longe plura, [tot sunt numero] scilicet quinque.

¶ Ex quibus aūt tā de his, q̄ʒ de alijs hortari atq; dehortari oporteat, rursuʒ dicamus.

Cōmētū. ¶ Cum dixisset de his, p quę ꝑsuademus vel dissuademus in genere deliberatiuo, q: ab vtilib⁹ vel dānosis, & de his, p quę laudamus & vituperamus in genere demōstratiuo, q: ab honesto & turpi & de his, p quę accusamus, & defendimus in genere iudiciali, q: a iusto, vel iniusto: & dixisset quot sunt ꝯsiliabilia, nunc ꝓponit dicere iteꝝ de his, p quę hortamur, & dehortamur de consiliabilibus, & de alijs, quę sunt in alijs generibus. & dicit. [Ex quibus aūt] tāq; ex medijs, [oporteat hortari atq; dehortari. tam de his] cōsiliabilibus, quę ꝑtinent ad alia dicēdi genera, [rursum] magis per spēm [dicamus,] nam prius diximus generatiʒ. & accepit hic hortari, & dehortari cōiter, vt in oī genere vtimur, q: a pro hortari vel dehortari, qd̄ est suadere vel dissuadere in genere deliberatiuo, & pro hortari vel dehortari, qd̄ est accusare, vel defendere in genere iudiciali, & pro hortari, vel dehortari, qd̄ est laudare vel vituperare in genere demōstratiuo, dicit enim [tam de his,] s. quę attinēt ad gen⁹ deliberatiuū, [q̄ʒ de alijs] s. quę attinēt ad alia genera. nec ab rōne sic est legendū. nam laudare est aliquo modo hortari ad laudē, & vituperare aliqua rōne est dehortari a laude. Silr accusare est aliquo mō hortari iudicē, & defendere aliquo mō dehortari iudicem.

σκοπός intentio. ¶ Fere autē & priuatiʒ vnicuiq;, & cōmuniter omnibus finis quidā est, quem coniectātes & ꝓsequūtur, & fugiunt. & hic est (vt sūmatim est dicere) fęlicitas, & partes ipsi⁹.

Quare exempli gratia sumamus quid est (vt simpliciter est dicere) fęlicitas, & partes eius, & ex quibus sunt.

¶ Pertractaturus Arist. de fine deliberantiū, quē intendūt ꝯsiliarij, qui dicūt in genere deliberatiuo, prio ꝓponit, qualis finis sit per quędaʒ generalia, & dicit. [Fere aūt & priuatim vnicuiq;,] s. deliberāti, [& cōiter oibus] s. deliberātibus est quidā finis, quē cōiectātes, & prosequūtur, & fugiūt,] deinde aliquo mō specificat hmōi finem, & dicit, [& hic est (vt summatiʒ est dicere) & fęlicitas, & partes ipsius.] partes enim fęlicitatis quodāmō fęlicitas est. deinde ꝯcludit intentionē, quā vult prosequi, & dicit. [Quare exēpli gratia sumamus quid est (vt simplr̄ est dicere) fęlicitas, &] quę sunt [eius partes, & ex q̄bus sunt] ipsa fęlicitas, & ipsi⁹ fęlicitatis partes. dixit [exēpli gratia sumamus,] q: de fęlicitate & partib⁹ eius loq̄tur, quasi exēplariter hic. 10. aūt ethicoꝝ loq̄tur diligētissime. & cū dixerit, [ex q̄bus sunt,] vult intelligere quę sunt illa, ex q̄bus fęlicitas & partes eius generātur in nobis. i. quę sunt media perueniēdi ad fęlicitatē. dixit insuper, [finis quidā, quē coniectātes & ꝓsequūtur, & fugiunt,] q: finis, de quo est dicturus, non est finis simplr̄, qualis est contēplatio, sed finis quidā, quoniā finis politicus, ſm quē hortamur, & dehortamur, hęc de intentione.

Cōmētū.

¶ De hac enim & de hijs, quę in hanc intendunt, & de contrarijs huic, & hortationes & dehortationes oibus sunt. Quę enī parāt ipsam, aut partium aliquā, aut maiorem ex minore reddūt, agere oportet. quę vero interimūt, aut prohibent, aut contraria faciūt, non agere.

intendunt συντείνοντων cōferētibus tēdentibus. parant παρασκευάζοντα. procurant efficiunt. reddunt ποιοῦντα faciunt. prohibent ἐμποδίζοντα. impediunt.

¶ Exponit nūc q̄uo hortationes, & dehortationes fiunt ꝑꝑ fęlicitatem, & asserit ꝑꝑ fęlicitatē hortationes fieri, quantū ad ea, quę ipsaʒ efficiunt, dehortationes vero, quo ad ꝯtraria, q̄ ipsaʒ ꝓhibent: & dicit. [De hac enim] nō simplr̄, sed [& de hijs, quę in hāc intēdunt] s. cōferētib⁹, [& de ꝯtrarijs huic,] quę hanc ꝓhibēt, [& hortationes, & dehortationes oibus] s. cōsiliaribus [sunt.] nam de cōferentibus sunt hortationes, de ꝓhibētibus aūt, dehortationes. deinde assignat cām, & dicit, [q̄ enī parāt ipsam] (vt s. nobis accidat) [aut partiū aliquā, aut maiorē ex minore reddūt, agere opʒ. Quę ṽo interimūt, aut ꝓhibent] fęlicitatē accidere, [aut ꝯtraria] fęlicitati [faciunt,] ac in nobis inducant, hęc opʒ [non agere.] p q̄ induit fęlicitatem vnam eandēq; contrarioꝝ cām esse, naʒ, vt nauta per pręsentiā est naui cā salutis, & per absentiā, causa naufragij, sic fęlicitas est cā hortandi, quo ad ea, quę ipsam inducant. Causa vero dehortandi, quo ad ea, quę ipsam prohibent.

¶ Sit itaq; felicitas bene agere cū virtute.

bene agere εὐπραξία fortuna scda.

Cōmētū.

¶ Nunc accedit ad declarationē fęlicitatis, & describit eam ſm cōeʒ hoīuʒ opinionē, q: in libris ethicoꝝ eaʒ describit ſm veritatē, Egidius frustra laborat, qui has definitiones enititur reducere ad eas, quę in libris ethicorum traditę sunt. hoc enim non est verū, q: omnino discordant. tamē de definitionibus, quas hic assignat, prima est valde ꝯsona opinioni Arist. vnde dicit. [Sit itaq; fęlicitas bn̄ agere] i. fortunate agere, vita sine aduersitate, [cū virtute.] Arist. enī fęlicitatē non in habitu, sed in actione, quę est ab habitu, cōstituit. ergo fęlicitas est actio: & q: actio pōt esse cū fortuna scda, & cū fortuna

fortuna aduersa: Peripatetici cōtra opinionē Stoicorū asseruūt esse actionē cum fortuna scḋa, ⁊ hanc vocant εὐπραξίαν, ⁊ qm̄ multi agūt cum fortuna scḋa absqȝ virtute, Ari. addit [cū virtute.] nō enim aliquis sine virtute fœlix esse potest. ergo fœlicitas est actio fortunata cum virtute, ⁊ a virtute ꝓficiscens. hoc modo hęc prīa definitio non est aliena ab opinione Peripateticorum.

Uel per se sufficientia vitę.

Cōmētū. Hęc est scḋa definitio fœlicitatis data fm̄ cōes hoīuȝ opinionē. ⁊ est Theocriti, dixit enim Theocritus epicureus nō eē aliud fœlicitatē ipsam, q̄ꝫ sufficere sibi ipsi in viuēdo. hoc est in viuendo nullis egere. Hęc definitio nō pōt reduci, nec ꝯcordare ei, q̄ est Peripateticoꝝ, qꝛ fœlicitas peripatetica est actio, hęc aūt non est actio, sed sufficiētia ad eā actionē, quę est viuere. Insuper illa peripatetica vult fœlicitatē eē cū virtute, hęc aūt nihil virtutis meminit. verū est tn̄ Arist. nō posuisse fœlicitatem sine bonorum sufficientia. At Theocritus principaliter fœlicitatē esse affirmat in ipsa bonorum sufficientia.

securitate ἀσφαλείας Stabilitate.

Uel vita cum securitate iocundissima.

Cōmētū. Hęc est tertia definitio data fm̄ cōes hoīuȝ opinionē, quę Epicureoꝝ est, nā si fœlicitas ponit̄ in voluptate (vt putāt Epicurei). [Fœlicitas erit vita iocūdissima] siue sit cū virtute, siue absqȝ virtute, mō sit [cū securitate,] ⁊ fortunę [mobilitate. ⁊ qm̄ fortuna semꝑ est variabilis, iō hęc definitio frustra datur. vel solū locum hꝫ (vt Solon dicebat) in fine vitę. vel (vt dicemus) intelligitur vt est possibile in humanis.

Uel abundantia possessionū, ⁊ corporum cum potentia seruandi, atqȝ faciendi hęc.

Cōmētū. Hęc est quarta definitio data fm̄ cōes opinionē hominū. vn̄ dicit [Uel] fœlicitas ē [abūdātia possessionū] s. agroꝝ, ⁊ alioꝝ similium. [⁊ corpoꝝ] s. bestiarum, ⁊ iumentoꝝ, [cum potētia seruandi, atqȝ faciendi hęc,] est autē potentia faciendi ꝯsistens in seruis ⁊ ministris, hi enim sunt, qui agros ⁊ possessiones colūt: ⁊ de nouo faciunt. Potētia vero seruādi cōsistit in amicis. sine enim amicis nulla possessio seruari pōt. Seruamus enim bona nostra per nos, sed potissimum per amicos. Qō autem hęc definitio non cōueniat cum ea, quę est peripateticorum, perspicuum est.

Fere enim horum vnum, aut plura fœlicitatem fatentur esse omnes.

Cōmētū. Quia has definitiones assignauit nō fm̄ ꝓpriā opinionē, sed fm̄ cōes hoīuȝ existimationē, iō eas ꝓbat ꝑ hmōi cōes hoīuȝ existimationē, ⁊ dicit. [Fere enim horū] s. quatuor, quę assignata sunt pro definitione fœlicitatis, [vnū] s. primū, [aut plura] s. oīa [fœlicitatē fatentur esse omnes] dixit autem fere, qꝛ adhuc possent esse alię opiniones, de quibus Aristo. nō curat. nam hę ꝓposito suo sufficiunt.

[a] multoꝝ gratiā πολυφιλίαν multoꝝ amicitiam. virtutes ἀρετάς cōmoda. vires ad certandum δύναμιν ἀγωνιστικήν potentiā certaminum. prosperitatē εὐτυχίαν bonam fortunam

Nō si felicitas sit huiusmodi, necesse est partes ipsius esse nobilitatē, [a] multoꝝ gratiā bonoꝝ amicitiam, diuitias. bonā prolē, multorū procreationē, bonam senectutē, ad hęc corporis virtutes, vt sanitatē, formā, robur, proceritatē, vires ad certandū, gloriam, honorem, prosperitatem, virtutem, siue partes eius, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam.

Cum descripsisset fœlicitatē fm̄ cōmunem hominum opinionē, nunc assignat partes. i. requisita ad fœlicitatē, sine quibus non est aliquis perfecte fœlix, ⁊ dicit. [Nō si fœlicitas sit hmōi,] vt diximus, [necesse est partes ipsius esse nobilitatē, multoꝝ gratiā] idest gratū esse multis, multoꝝ gratiā gręce est πολυφιλίαν, latine multoꝝ amorem vel beniuolentiā, vel multoꝝ gratias, nā gratia amor est. [bonoꝝ amicitiam,] hoc aūt gręce est χρηστοφιλίαν, ⁊ pōt intelligi vtilium amicitia: [bonā prolē, multoꝝ] s. liberorum [ꝓcreationē, bonā senectutem] ⁊ cōmodam. [ad hęc corporis virtutes] partes fœlicitatis necesse ē eē [vt sanitatē, formā,] quę ⁊ pulchritudo etiā dicitur. [robur, proceritatem,] quę magnitudo corporis est. [vires ad certandum] in quibus agonistica virtus cōtinetur. [gloriā, honorem, prosperitatē,] quę prospera fortuna est. [virtutem, siue partes eius,] quę animi sunt bona [prudētiā, fortitudinē, tēperātiā, iustitiā.] Hęc enim fœlicitatis partes vocat, qꝛ sine his nullus perfecte fœlix est. qa enim necessario requiruntur ad perfectā fœlicitatem, ideo partes vocat. ⁊ fortasse hęc dicunt̄ partes, qm̄ fœlicitas est aggregatio oium istorum in vita perfecta. Egidius non imperitus phūs hęc bona reducit primo in duo, qm̄ ad ea, quę aīę sunt, ⁊ ad ea, q̄ corporis sunt. deinde subdiuidit in quatuor, qm̄ animi bona, pōt esse externa, ⁊ interna, simil̄r corporis bona esse pōt interna, ⁊ externa. externa corporis bona fm̄ hāc opinionē, sunt nobilitas, multoꝝ grā, bonoꝝ amicitia, diuitię, bona proles, multoꝝ ꝓcreatio. interna vero, senectus cōmoda, sanitas, forma, robur, proceritas, vires ad certandū. externa animi bona sunt gloria, honor, ꝓsperitas, ⁊ fortasse amicitia (vt postea dicemus.) interna vero virtutes. vȝ. prudētia, fortitudo, tēperantia, iustitia. Arist. tn̄ diuisit bona in tria, in bona animi, corporis, ⁊ fortunę. bona animi virtutes sunt, bona corporis, sanitas, forma, robur, ꝓceritas, vires. Cętera aūt sunt bona fortunę, vt nobilitas, multoꝝ grā, bonorum amicitia, diuitię, bona proles, multoꝝ procreatio, bona senectus, gloria honor ⁊ prosperitas.

Naȝ sic vtiqȝ per se sufficientissimus erit: si ipsi insint, quę in ipso, ⁊ quę extra sunt bona. non enim pręter hęc alia sunt. sunt autem in ipso quidē, ⁊ quę in anima, ⁊ quę in corpore sunt. Extra vero, nobilitas ⁊ amici, ⁊ pecunię, ⁊ honor. Adhuc aūt conuenire putamus potentiam, ⁊ fortunam esse. hoc enim pacto vita erit tutissima.

Cum assignasset definitionē fœlicitatis, nunc ꝓbat eā, ⁊ dicit. [Nā sic vtiqȝ] intelligēdo fœlicitatē, ꝙ sit cōgregatio oium eoꝝ, q̄ enumerata sunt, aut aliter pōt textus induci, ꝙ cū assignasset ptes fœlicitatis, nūc probat eas eē ptes fœlicitatis. ⁊ dicit, [naȝ sic vtiqȝ] dicēdo. s. ꝙ partes fœlicitatis sint vt dictū est, fœlix, g eas oēs hȝ, [erit ꝑ se sufficiētissimus, si ipsi īsint] s. qꝛ ipsi fœlici īsunt, [bona] interna, [q̄ in ipso sunt,] ⁊ bona externa, [q̄ sunt extra, nō. n. pręter hęc] duo gn̄a bonoꝝ, [alia] bona [sunt.] exponit aūt bona, q̄ dicunt̄ eē in ipso, ⁊ dicit, [sunt autē in ipso quidē] bona, [⁊ q̄ in aīa, ⁊ q̄ in corꝑe sunt, extra vero] q̄ dicunt̄ bona fortunę, sunt [nobilitas, ⁊ amici, ⁊ pecunię, ⁊ honor. adhuc autem ꝯuenire putamus potentiam, ⁊ fortunā esse] s. enumerāda inter bona exteriora. [hoc enim pacto] aggregādo omnia hęc, vt partes fœlicitatis, [vita erit tutissima.] potētia enim cū fortuna in ipso fœlici reddit vitā tutissimā. Sed est qō nō pars, qm̄ non videt̄ fœlici necessaria prudentia, si ea insit homo.

Qō de prudētia ⁊ fortuna.

Cōmētū.

potentia cum fortune,nam(vt Aristo. inquit in lib° de
bona fortuna,)non expedit fortunatis cōsiliari, qa hꝫ
quid melius prudētia ꝛ cōsilio. igit̃ frustra fęlici inerit
prudentia,si ei inerit fortuna prospera cum potentia.
p° solutio. Nōnulli dixerūt prudētiā esse fęlici necessariā pro re-
cta rōne agendi ea,quę spectant ad animā. spectant au-
tem ad animaꝫ actiones,quę sunt ſm virtutē. has fęlix
2° solutio. aggredi nō posset,nisi esset prudens. Nos aūt dicimus
prudentiā esse fęlici necessariā , ꝛ ꝓpter hanc cām,ꝛ ꝓ-
pter fortunā.nam fortuna porrigit occasiones secūdas
aliqñ manifestas,ꝛ pro istis Aristo.dicit , non esse for-
tunatis expediens ꝯsiliari,qꝛ habēt quid melius prudē-
tia,cōsilio,ꝛ intellectu,vt puta deuꝫ , (vt ibi asserit)qui
porrigit fortunatis oportunitates prosperas,quarū fi-
nes sunt manifesti. aliqñ porrigit fortuna oportunita-
tes prosperas occultas,quarū fines non sunt facile co-
gnoscibiles,ꝛ tūc necessaria est prudētia,primo, vt per
eam fęlix pręcognoscat finem,quē induit oportunitas
fortuna.sine enim prudentia non poterit pręcognosci.
deinde,vt per prudētiaꝫ facile oportunitas ducatur ad
suum finē. Huius rei exēplo est nobis Hieron syracu-
sanus,qui parua oblata a fortuna oportunitate,ꝛ occul
tissima,eam sua prudētia adeo gubernauit,vt syracusa
norū rex euaserit. Quare licet in ipso fęlici sit fortuna
cum potentia,tamē prudentia necessaria est,tum ꝓpter
actiones attinentes ad animā,tum ꝓpter scientiā opor
tunitatū,quas ei porrigit fortuna in occulto. cum vero
Aristo.dixerit ꝑ fortunaꝫ cum potentia esse existiman-
dam vitam tutissimā,non intelligas simpl'r,quoniā ni-
hil sub sole tutissimū,sed quantū fieri pōt in humanis.
cum enim in humanis fęlici inerit potētia cuꝫ fortuna,
inerit vita tutissima,quantū capit humana natura.

¶ Sumamus igitur similiter, ꝛ horuꝫ vnū-
quodqꝫ quid est. Nobilitas itaqꝫ gēti,ac ci-
uitati est indigenas,aut antiquos esse , ꝛ du
ces primo illustres,multosqꝫ ex ipsis ꝓduxis-
se in his,quę expetuntur insignes.

Cōmētu°. ¶ Cum narrasset partes fęlicitatis , nunc exponit vnā-
quāqꝫ seorsuꝫ.Egidius Ro assignat aliā rōnē,nā ꝑ rhe-
toricā potentiā habemus hortādi , ꝛ dehortandi genti,
ꝛ alicui personę priuatę. Si itaqꝫ nobilitas ad fęlicita-
tem ꝑtinet,ꝛ per fęlicitatē hortamur,atqꝫ dehortamur,
vt sciamus hortari toti gēti alicuius ciuitatis , ꝛ vni pri
uatę personę,docet nobilitatē,quid sit,tam gentis vni-
uersę alicuius ciuitatis , ꝙ priuatę personę. melius au-
tem diximus Aristo.declarare nobilitatē , qꝛ cum enu-
merasset partes fęlicitatis , opus erat declarare vnam-
quāqꝫ eoꝝ , declarat ergo primo nobilitatem gentis.s.
vnius ciuitatis,verbi grā Romanoruꝫ, vel Athenien-
sium,nā est duplex nobilitas,publica , quę est gentis,ꝛ
ciuitatis,ꝛ priuata,quę est alicuius priuati ciuis.Decla-
rat ergo primo nobilitatē publicā , quoniā hęc cōtinet
nobilitatem priuatā,ꝛ ꝓponit suam intentionē,ꝛ dicit.
[Sumamus igit̃ similiter,ꝛ horum]idest ꝛ haruꝫ par-
tiuꝫ,quę sunt fęlicitatis,[vnūquodqꝫ,quid est.]deinde
ꝓsequitur de nobilitate publica , ꝛ declarat ipsam a qua-
tuor locis,quoꝝ primus sumitur ab antiquitate ciuiū,
ꝛ dicit,[nobilitas itaqꝫ]accōmodata[genti, ac ciuitati,
est]eos,qui in ea habitant,[esse indigenas,] ꝛ non in-
quilinos,[aut antiquos.] Ciues nāqꝫ esse antiquos fa-
cit ad nobilitateꝫ ciuitatis quoniā nobilitas importat
ortuꝫ naturalē,ꝛ non aduentitiū. Ignobilitas cōtra or-
tum non naturalē,sed aduentitiū. omne eniꝫ ſm natu-
raꝫ est nobile,qđ aūt est nō naturale,est ignobile Ima-
ginatur enim Aristo. primo politicoꝝ, ciuitatē habere
naturalē ortū,quoniā cuꝫ filij multiplicant̃ in vna do-
mo adeo,vt non possint in ea cohabitare,faciūt vicuꝫ.
iterum cum multiplicātur in vico,vt non possint in eo
cohabitare,plures vicos faciunt, sicqꝫ tandē ciuitateꝫ,
quę fit ex pluribus vicis. Qua ratione fit , vt ſm natu-
ralē originē domus crescat in vicum,vicus aūt in ciui-
tatē.non igit̃ videt̃ naturalis ordo, vt ex inquilinis cō-
stituatur ciuitas.Quia igit̃ domos crescere in ciuitateꝫ
nō est absqꝫ magna antiquitate,ꝛ antiquitas ciuiū facit
ad ciuitatis,naturaleꝫ originē ꝛ naturalis ciuitatis ori-
go facit ad nobilitatē.igitur antiqtas ciuiū facit ad ciui
tatis nobilitatē.Cōtra ortus nō naturalis,qualis est in-
quilinoꝝ,facit ad ignobilitatē ciuitatis. Potest ēt assi-
gnari alia cā ex Platone,qm̄ ex aduētu inquilinoꝝ du-
cūtur noui mores,ex quibus corrūpuntur priores , qui
puri erant.Corruptis aūt moribus antiquis, videt̃ ciui-
tas fieri ignobilis,vel saltē sic ab indigenis naturalib°
existimat̃. Potior tamē ratio est illa Aristo. quoniā ci-
uiū antiquitas mōstrat naturalē ciuitatis ortū , quę aut
ciuitatis nobilitas est,aut non absqꝫ nobilitate.Ciuiuꝫ
vero nouitas ostēdit nō naturalē ciuitatis originē,quę
ignobilitas est,aut nō sine ignobilitate.si quideꝫ omne
qđ est ſm naturā,est nobile,ꝛ perfectuꝫ , qđ vero cōtra
non ſm naturā,ignobile,ꝛ imꝑfectū. hęc de primo lo-
co.Deinde assignat scđm qui accipit̃ a qualitate ducuꝫ
ꝛ dicit,[ꝛ]esse etiā[duces primos illustres].s.ciues,qui
eam habitant, verbū autē duces , gręce est ηγεμονας,
qđ in veteribus trāslationibus interpretat̃ pręsides.nā
quicūqꝫ pręsunt exercitibus, vel gubernādis subditis,
duces,ꝛ pręsides dici possunt.Addit autēꝫ illustres, qđ
gręce est επιφανεις,latine tuꝫ insignes,tū pręclaros,
nam si duces fuerint obscuri,potius ad ignobilitatē ci-
uitatis facere videtur.addit ēt primos, qꝛ maior nobi-
litas est,quāto ducuꝫ maior fuerit gradus.Deinde assi-
gnat tertiū locū qui sumitur a multitudine ducuꝫ ꝛ di-
cit,[multosqꝫ ex ipsis]ciuibus[ꝓduxisse]duces.Demuꝫ
assignat quartū,qui a ꝑeminētia bonoꝝ ipsoꝝ ducuꝫ,
ꝛ dicit,[in his quę expetunt̃ ,insignes.] Que expetūtur
Ro sunt bona animi,ꝛ corporis,ꝛ fortunę,hęc enim ci-
ues oēs optant.nec ab rōne Ari.a ciuib° ciuitatis nobi-
litatē nactus est,nā cum ciuitas totuꝫ quoddā sit , ciues
Ro partes,tūc totū nobile existimādū est, qñ eius par-
tes nobiles existimātur.hinc fit, vt nō recte putent, qui
ciuitatis nobilitatē ēt ꝓficisci velint a regionis,atqꝫ lo
coꝝ excellentia. hęc enim nō nobilē, sed vtilem cōmo-
damqꝫ ciuitatē reddunt. Iccirco a locoꝝ pręstantia,re-
gionisqꝫ excellētia,laus potius,ꝙ nobilitas colligēda
est.patet insuper eaꝫ ciuitatē nobilissimā esse,cuius no
bilitas ab omnibus locis colligit̃ ,qui dicti sunt , cuius
Ro nobilitas colligit̃ ,ab aliquot horū,mediocriter no
bilis habēda est.Cuius aūt nobilitas ab vno horū pręs-
stat,nō abiecta penitus ciuitas ē. Inter loca Ro , a qui-
bus ciuitatis nobilitas ꝓdit,nō est vt mercatores , aut
artifices,aut qui hodie doctores dicūtur,cōtineantur.
non enim hmōi hoies illustres duces esse possunt , nec
in rebus,quę expetunt̃ ,pręclari.mercatores quidē nō,
cum nec magnifici,nec magnanimi , nec liberales esse
possint,quorū lucrum est finis.nec artifices , nam cum
mercēnarij sint , ꝛ suo iure non viuāt,serui sunt rei pu-
blicę.neqꝫ etiaꝫ doctores,qui lucri causa discunt , iura,
vel literas,vel doctrinā vendūt, vt.8°politico.li° demō
strat Ari.hęc nobilissima ciuitas fuit aliqñ Roma,cui°
gētes aliqñ,ꝛ res eoꝝ publica tot bona habuerūt,quot

rebus publicis, virisq; eorum accõmodare (vt Polibius inquit) phi potuerunt. hec de publica nobilitate.

¶ Priuata autem nobilitas / aut a viris, aut a mulieribus, et legitima procreatione ab vtrisq; est. et sicuti in ciuitate et primos claros esse, aut in virtute, aut in diuitijs, aut in alio eorum, que honorantur. et multos illustres ex genere et viros et mulieres, et iuuenes, et seniores.

Cõmẽtu. ¶ Nũc de priuata nobilitate, nã cũ dixisset de publica, nũc de priuata cõueniebat dicere. hãc aũt Ari. ex nobilitate progenitorum nanciscit. et primo proponit e quibus est priuata nobilitas et assignat primũ locũ a procreatione et dicit. Priuata aũt nobilitas aut a viris, aut a mulierib⁹, et pro aut ab vtrisq; legitima procreatione est. dixit, aut a viris, s. ex parte patris, aut a mulieribus s. ex parte mřis, aut ab vtrisq; s. ex parte vtriusq; legitia procreatione est, Hoc est antiqua prosapia est legitima eniz procreatiõe grece est, γνησιότητος, qđ sonat, vt nõ sit a parte matris, vel pris, vel vtriusq; ex inglutis, sed ex ingenuis, antiquisq; ciuitatis accolis. Antiqtas eniz facit ad nobilitatẽ priuate psone, quẽadmodũ etiã ad nobilitatẽ publicã, hec de primo loco: quẽ nõnulli intelligũt vt non sit spurius, deinde tangit scõm locũ a qualitate progenitorum, et dicit, et sicuti in ciuitate, s. et opz (vt dictũ est in nobilitate ciuitatis) pgenitores in nobilitate priuata esse et primos claros aut in virtute, aut in diuitijs, aut in alio eorum, que honorant. nam vt ciuitas nobilitat per primos claros ciues, sic priuata persona per primos claros pgenitores. Deinde tangit tertium locũ a multitudine illustrium, qui in suo genere preserũt, et dicit, et opz etiã esse ex suo genere multos illustres, et viros, et mulieres, et iuuenes, et seniores. nam vt ciuitas nobilitat pp multitudinẽ illustrium virorum, qui in ea fuerunt, et sunt, sic priuata psona per multos illustres sui generis, et qui fuerunt, et qui sunt. Addit p mulieres, quoniã sicuti per mulieres ignobilitatur genus, ita etiam nobilitatur.

¶ Liberorum aũt bonitas, ac multitudo que sit, non est obscurum. Est aũt publice quidẽ liberorum bonitas iuuentus, si sit multa, et bona. bona autẽ sm virtutẽ, corporis quidẽ, vt puta proceritatem, formam, robur, vires ad certandum. animi vero, temperantia, et fortitudo iuuenis virtutes sunt.

Cõmẽtu. ¶ Post hec quid sit liberorum bonitas, que dicit εὐτεκνία, et qđ sit liberorum multitudo, que di πολυτεκνία, pertractat, et dicit, Liberorum autẽ bonitas, ac liberorũ multitudo, que sit, non est obscurum, et qm liberorum probitas ac multitudo põt esse publica, et priuata, de publica primo dicit, est autẽ publice quidẽ dictal liberorum bonitas, iuuentus si sit multa, et bona. bona autẽ si sit sm virtutẽ, qđ est dupl͛r corporis, et animi. corporis quidẽ, vtputa proceritatẽ, formã, robur, vires ad certandũ. animi vero, tẽperãtia et fortitudo iuuenis virtutes sunt. vires aũt ad certandũ robori superaddunt, agilitatẽ, et promptitudinẽ membrorum ad motũ. posuit autem iuuenis virtutes signãter tẽperantiã, et fortitudinẽ, quoniã a vitijs, que his virtutibus aduersant, iuuenes cõsueuerunt appellari praui. non igit hoc dicit, vt per virtutes has solas iuuenes censeant boni. Sed qm cõmunis opinio prauos iuuenes vocat, cum fuerint timidi, atq; intẽperati. nec curauit exponere liberorum multitudinẽ, nec quid sit multa iuuentus, quoniam hec perspicua omnibus sunt.

¶ Priuata autẽ liberorum bonitas, ac multitudo est, si proprij liberi tam mares q̃ femine et multi, et tales sint.

¶ Nũc de priuata liberorum bonitate ac multitudine, dicit. Priuata autem liberorum bonitas, ac multitudo est, si proprij liberi tam mares q̃ femine et multi, et tales s. probi sint atq; excellentes: quibus similes non fuerint in ciuitate. Cõmẽtu.

¶ Est aũt feminarum virtus, corporis quidez forma, et proceritas. animi vero tẽperantia, et operãdi amor sine illiberalitate. Similiter aũt priuatim et publice et quantũ ad viros, et quantũ ad mulieres oportet querere vnum qđ talium in esse, nam quibuscũq; ea, que sm mulieres sunt, praua sunt, (quẽadmodum lacedemonijs) sm dimidium non sunt felices. temperãtia σωφροσύνη vt pudicitia. amor operandi φιλεργία operãdi studium.

¶ Cum dixisset de probitate mariũ, nunc de feminarum probitate dicit. Est aũt feminarũ virtus, in qua s. consistit bonitas, corporis quidẽ forma, et proceritas. et de forma, et proceritate diximus in libro de pulchro. animi vero, tẽperãtia sive pudicitia, et operãdi amor sine illiberalitate. ex pplo sequit scõz. nam si mulieres essent otiose, cũ otiũ moueat ad intẽperãtiã, facile fierẽt intẽperate, sunt eniz molles, ac faciles. ppea vult scõo loco, vt mulieres sint opatiue. addit tñ sine illiberalitate. nã si operãdi mulierum studiũ esset cũ illiberalitate, esset mercẽnariũ, et ita seruile. ob qđ nobilis esse non posset, nec ingenua. nec plura bona Arist. prebet mulierib⁹ in pñti loco. In politicis 2o plura, cũ dicit, quãq̃ mulierib⁹ et viris aliqua cões virtutes sunt. vt prudentia, et tẽperantia: aliqua tamẽ mulieribus magis proprie sunt, vt pudicitia, taciturnitas, et pudor. deinde Aristo. ostendit hec, que dicta sunt, debere inesse tam viris q̃ mulieribus, si felices esse volũt. et p̃ proponit hoc, et dicit, similiter aũt priuatim et publice et quantũ ad viros, et quantũ ad mulieres. opz querere vnũquodq; talium, que dicta sunt in esse. deinde pbat, et dicit, nam a qbuscunq; ea, q̃ sm mulieres sunt, praua sunt, i. nã qbuscũq; mulieres sunt praue: qbuscunq; dico tam ciuitatibus, q̃ priuato generi, quẽadmodũ lacedemonijs apud quos mulieres praue sunt, qr intẽperate, et otiose, inuerecũde, et loquaces, sm dimidiũ nõ sunt felices. sunt enim mulieres dimidiũ ciuitatis: vt Arist. scribit in politicis. Cõmẽtu.

¶ Diuitiarum aũt partes sunt nũmi, multitudo terre, villarum possessio, adhuc autẽ possessio supellectilium, et mancipiorum, et pecudum, que multitudine, et magnitudine, et pulchritudine excellant.

¶ Post hec de diuitijs, et diuitiarum partib⁹, ita dicit. Diuitiarum aũt ptes, sunt nũmi, multitudo terre, q̃s ruri colim⁹. villarum possessio, qđ grece est χωρίων κτήσεις, et pt interpretari prediorum possessio. sunt aũt pdia (q̃ ante vrbana dicebant) propinqua vrbi. adhuc aũt possessio supellectilium, sunt supellectilia domestica prĩs familias instrumẽta, vt iurisconsulti tradũt et possessio Cõmẽtu.

mancipiorum. et possessio pecudum: et armentariorum et gregalium et stabulariorum, que multitudine, et magnitudine, et pulchritudine excellant. nisi enim excelluerint in his, non poterunt dici diuitie.

¶ Hec aūt oia firma, et liberalia, et vtilia esse debere, manifestū est. Sūt aūt vtilia quidē magis fructifera, liberalia autē ea, q̄ ad fruitionē sunt. Fructifera aūt dico, a quibus redditus. At que ad fruitionem, ea, a quibus nihil qd̄ et dignum sit preter vsum sit,

Cōmēta^m. ¶ Nūc exponit qualia debēt esse hec, vt debeāt eē ptes diuitiarum, et p̄ pponit, et dicit. Hec aūt oia si diuitiarū ptes eē debeāt, firma, et liberalia, et vtilia esse debere, manifestū est. ¶ Quo vero ad verba attinet, firma grece est ασφαλη, qd̄ apud veterē interp̄tem est, nō fallacia, melius aūt pōt interp̄tari, tuta, vel secura, aut (dixit Georgius) firma verbū liberalia grece est ελευθερια, qd̄ Georgius nescio, q̄ rōne amena iterp̄tatus est. deinde exponit p ordinē hec, et p̄mo ipsa vtilia, et dicit, sunt aūt vtilia qdē magis fructifera. liberalia aūt ea, que ad fruitionē i. delectationē sunt. fruitionē eniz pro delectatione accepit. nā απολαυσις grece ēt pro voluptate accipi pōt. deinde exponit fructifera, et dicit, fructifera aūt dico, a quibus redditus, pventusq; capimus at que ad fruitionē sunt, ea sunt, a quibus nihil qd̄ et dignum sit, preter vsum sit

¶ Terminus aūt firmitatis qdē est possidisse hic et sic, vt in ipso sit vsus ipsorum, atq; vt sit pprium, vel non. cum in ipso, vel ab ipso sit alienare. dico autem alienationem, donationem et venditionem.

Cōmēta^m. ¶ Egidius putat Arist. hic definire ipz possidere, et errauit pp errorē trāslatoris, nā v̄bū vere possessionis grece est ασφαλειας, latine tum tutele, tū securitatis, vel firmitatis. q̄re cū definierit liberale, et vtile, nūc definit firmū. et dicit. Termin^9 aūt firmitatis qdē i. definitio ipsi^9 firmi est possidisse hic s. in his bonis stabilib^9 vel mobilib^9, et sic vt in ipso s. possidēte sit vsus ipsorum s. bonorum. i. vt i ptāte sua sit vti ipsis, qn̄ voluerit, atq; nec sit solū h, sz ēt, vt sit pprium, vel nō, sit pprium, sz qn̄ voluerit sit alienū. cui^9 rōnē assignat, et dicit, cū i ipso vel ab ipso possidēte sit alienare, qn̄ voluerit. et ne sit obscuritas in definitione, exponit ipz alienare, et dicit, dico āt alienationē bifariā donationē, et vēditionē. Qui enim donat, alienat a sua ptāte id, qd̄ donat, quēadmodū q vēdit. et p vēditionē vult ēt itelligere cōmutationē. Est igit firmū possessio aliquorum bonorum, q̄ in ptāte nr̄a ē ipa alienare, atq; ipsis vti cū voluerim^9.

¶ Omnino aūt diuitē esse est in vtendo magis q̄ in possidendo. nam et actus talium, et possessio sunt diuitie.

Cōmēta^m. ¶ Cū dixisset diuitē ↄsistere in duob^9 in vtēdis, et possidēdis bonis, nūc demōstrat i quorum istorum duorum magis ↄsistit diues, et dicit, oino āt diuitē eē est in vtēdo magis q̄ in possidēdo. cāz vero assignat, et dicit, nā diuitie sunt et actus taliū s. bonorum, q̄ possident, et possessio. imō pfectio cuiusq; magis i actu habet, q̄ in habitu. Vn̄ quēadmodū liberalis est magis, q donat, q̄ qui donare pōt, ita quoq; diues est magis, q bonis vtitur, fruiturq;, q̄ q ppietatē eorum hз, vt vti possit. pz aūt ex his, q̄ dcā sunt, nō q̄cūq; bona eē diuitias, sz q̄cūq; multitudine, varietate, magnitudine, pulchritudine, firmitate, vtilitate excelluerit, vt Ari. demōstrauit. Insup pz auaros minus eē diuites his, q possidēt, et vtunt, nā qui possidēt, et vtunt, magis diuitijs ↄiūgunt, quēadmodū magis ↄiūgimur cibis, cū eis fruimur, q̄ cū eos tenem^9 in arca. At auari tenēt diuitias in arca, ipsis nō fruētes. ¶ Quo v̄o attinet ad bona corporis, q̄ exteriora sunt, aiaduertēdus est ordo, quē inter ea Egidi^9 ↄstituit. Sūt eniz numero tria nobilitas, bona proles, et diuitie, cui itaq; q̄ ad corpus ipz hec tria insunt ordine quodā, nā p̄ inest nobilitas, scdo bona ples, tertio diuitie. Cū aūt, qm̄ nobilitas inest ipsi ciui pp parētes, mō parētes sūt ciui lōge magis interni, q̄ bona ples, et diuitie. nā parētes (vt Arist. scribit. 8° ethicorum) sunt longe magis filijs interni q̄ ↄ filij parētib^9. descēdit eniz semp gen^9. Signo aūt nobis sunt liberi ipsi, q lōge magis amāt suos filios, q̄ suos p̄res, atq; parētes. Insup ciuis est longe magis internus suis filijs, q̄ diuitijs, ergo recte Aristo. agēdo de bonis externis corporis, p̄ egit de nobilitate, tāq̄ de re magis interna. scdo loco de bona ple, tanq̄ de re, q̄ est minus interna q̄ nobilitas, et magis q̄ diuitie. vltio de diuitijs tanq̄ de re minime interna. Eo igitur ordine egit Aristote. de his, quo ordine magis, minusue interna ciui esse videntur.

¶ Gloria v̄o est ab oib^9 studiosuz existimari, aut tale aliqd hr̄e, qd̄ oēs, aut plures, aut probi, aut prudentes expetunt. — gloria ευδοξια bona opin.

Cōmēta^m. ¶ Cū determinasset de externis bonis, q̄ ciuē respiciūt fz corp^9, nūc agit de bonis externis, q̄ ciuē respiciūt fz animū, disputa de glia et honore. Cōicam^9 aūt cū substātijs sepatis in his bonis, q̄ sunt glia et honor, ipm enim deū, atq; sepatas ipsas subas honoram^9, atq; glorificamus, ēt viros pbos: q3 possit bn̄facere, aut q3 bn̄fecerūt. alr tn̄ et alr, nā deū honoram^9, atq; glorificam^9, q3 ipse solus est simplr bonus, solusq; bn̄facit, cū ab eo cūcta pcedāt. viros autē bonos, q̄ten^9 sunt boni fm qd, atq; silitudinē q̄dā ad deū in bn̄faciēdo. q3 ergo in gloria et honore cōicamus cū dijs fm animuz, et nō fm corpus, iō hec dicunt externa animi bona. definit itaq; gloriā, et dicit. Gloria v̄o est ab oib^9 existimari studiosum i. q sit virtute p̄ditus. deinde corrigēdo hāc definitionē, definit alio mō, et dicit aut subaudi glia est existimari ciuez tale aliqd hr̄e, qd̄ oēs s. ciues, aut p̄les s. ciues, aut pbi ciues, aut prudentes i. sapiētes ciues expetūt. Que āt bona sint hec, dicta sunt. hinc greci doxā, vel eudoxiā appellāt, q sit opio q̄dā bona, q̄ d aliquo habet, q sit bon^9 ea virtute, quā oēs, vel p̄les, vel pbi, vel sapiētes expetūt. hāc vulgus famā, vel celebritatē, vel nomē appellāt, q sepius ob bonaz, q̄ de eo habet, opinionē, in vocē et p̄dicationē veniat. hec de gloria.

¶ Honor v̄o est benefactiue opinionis indiciū. honorant aūt et qdē merito, et maxime, qui beneficia ↄtulerūt. nec solū, sed honoratur etiam, qui beneficia conferre potest.

Cōmēta^m. ¶ Nūc definit honorē, et dicit. Honor v̄o est bn̄factiue opinionis indiciū sine signū. deīn pbat h, argumēto sūpto ab his, q ↄsueuerūt honorari, et dicit, honorātur aūt et qdē merito et maxie, q bn̄ficia ↄtulerūt. nec solū hi, q bn̄ficia cōtulerūt, sz honorant ēt, q bn̄ficia conferre p̄t, sz q bn̄ficia ↄtulit p̄, merito, et maxie, q v̄o cōferre pōt, deinceps. In ethicis aūt alr definit honorē, dicit enim honorez esse exhibitionē reuerētie in testimoniū virtutis, vel excellētie, Verū hec ē dicta, qm̄ honor

(vt hic

(vt hic describit̃)ops, ꝛ hoībus exhibet̃, inquātum nobis benefici, atq; vtiles sunt. vt aūt honor describit̃ in ethicis, exhibet̃ dijs, ꝛ hoīb⁹, quatenus sunt boni, ꝛ pfecti in sc. honorē. B pacto exhibemus pħis, lz nec bñfecerint, nec bñfacere possint, qꝛ sunt boni, ꝛ perfecti. pp hāc cām sciaz de aīa Arī. esse tū honorabilē tū in pmis ponēdam asseruit. lz nec bñfecerit, nec bñfacere possit, qm̄ est bona, ꝛ cęteras alias scias excellit in bonitate.

¶ Beneficentia autē est, quę ad salutē, ꝛ ad essendi cās, quęcūq; fuerit: aut ad diuitias, aut ad aliqd aliorū bonoꝝ: quoꝝ nō est facilis possessio, aut oīno, aut hic, aut nūc. multa eniꝫ pp illa q̄ vident̃ parua, honorē cōsecuti sunt. sed modi, ꝛ tempora sunt causę.

tunc vbi aliquando tunc.

Cōmētū. ¶ Cū dixisset eos honorari, q bñficia ꝯtulerunt, hic exponit in qb⁹ intelligit̃ bñficētia, ꝛ dicit. [Bñficētia aūt est, q̄ ad salutē] est, [ꝛ ad essendi cās, q̄cūq; fuerint.] id ē honoramus, qui bñficia ꝯtulerūt ad salutē, ꝛ q sciaz attulerūt, nā illi cēndi. Vi aūt bene essendi cāę fuerūt, vel sunt. [aut ad diuitias, aut ad aliqd alioꝝ bonoꝝ, quoꝝ nō est facilis possessio.] dico nō ē facilis possessio, [aut oīno, aut hic] s. in pñti loco nō ē facilis possessio, [aut nūc] i. in pñti tpe nō est facilis possessio. ꝛ B probat ab expiētia quotidiā, ꝛ dicit, [multi eniꝫ] s. benefaciētes, [pp illa] bona, [q̄ vident̃ parua] s. se, magna vo pro loco, vel tpe, cū hoībus cōtulissent, [honorē ꝯsecuti sunt. sed modi] s. bñfaciēdi ꝛ tpa, qb⁹ bñfecerūt, [sunt cāę,] vt honorē ꝯsequerent̃. nō aūt magnitudo bonoꝝ i. c.

¶ Partes vero honoris, sunt sacrificia.

Cōmētū. ¶ Cū descripsissz honorē, nūc enumerat ptes honoris, ꝛ dicit. [Partes vo honoris] prio [sunt sacrificia.] sacrificia gręce sunt θυσίαι, latine tum hostię, tū victimę. dicunt̃ aūt hostię (vt Hieroñ. scribit) hę quę in ptes diuidunt̃, ꝛ sanguis circa altare effundit̃, hostię vo ipsę foris ꝯburunt̃. Sacrificia vo vinū ꝛ oleū, atq; medulla aīal. holocaustū aūt totū cōbustū. At victimę aīalia, anteq̄ occidant̃. apud enim gentiles viris excellentibus, (qui de re publica bene meriti sunt,) huiusmodi sacrificia offerebantur in honorem.

¶ Memorationes in carminibus, ꝛ sine carminibus.

Cōmētū. ¶ Deinde assignat secūdā partē honoris: ꝛ dicit. [Memoratiōes in carminib⁹, ꝛ sine carminib⁹] veluti cū viroꝝ illustriū, (q bñficia ꝯtulerunt ciuibus) natalia, vel mortes, vel res gestę, vel aliq̄ id gen⁹ in āno celebrant̃. Sed qm̄ verbū carminib⁹ gręce est μέτροις, Egidius sm̄ vnā expōnē exposuit in metris. i. in debitis mensuris, ꝛ sine metris. i. sine debitis mensuris. cū autē, qꝛ aliquis pōt honorari n ēsurate sm̄ modū hominū, ꝛ imēsurate, ac si esset deus. Melius aūt intellige in metris. i. in carminibus, vt Orpheus, ꝛ Museus, ꝛ alij poetę fecerunt. ꝛ sine metris, idest sine carminibus, quoniā aliquis potest memorari prosaice.

cultus ¶ Cultus.

γέρας premium. ¶ Tertia honoris pars est cultus, q gręce γέρας dī. est aūt cultus ornatus, q. vz. fit in tēplis, ꝛ domibus, cū viros honorare voluerimus. Ciues eniꝫ (cum reges suscipiūt) ornant ciuitatē vniuersam pānis, floribus, folijs, cęterisq;, quę fieri solent ad ornatum.

Cōmētū.

templa τέμενη ¶ Templa.

Cōmētū. ¶ Quarta honoris pars, sunt [Templa,] quę a gentilibus fieri solebant in honorē principū, ac regū, qui beneficia contulerunt. quia eos (vt numina) colebant.

πρoεδρίαι primę sedes præsidentię. peminentię. ¶ Primę sedes.

Cōmētū. ¶ Quarta honoris ps sunt. [Primę sedes,] quę gręce προεδρίαι dicunt̃, latine pmi cōsessus, vel psidentię, vel peminentię: quę ijs dabant̃, qui pręclari aliquid ciuitati effecerūt. inter proedrias, intellige triūphos, qui victoribus concedebātur, ꝛ locuꝫ aut dextrum, aut medium pro vsu gentis.

sepulchra τάφοι monumenta. ¶ Sepulchra.

Cōmētū. ¶ Quinta honoris ps sunt sepulchra: q̄ gręce τάφοι dicunt̃. Sūt aūt taphi monumēta ampla, eleuata, barbaris pyramidib⁹ ornata cū insignib⁹ atq; trophęis decorata: q̄ ijs fieri solebāt, q bñ d̄ re pub. erāt meriti. differt aūt monumētū a sepulchro, qm̄ monumētū gñaliꝫ est res memorię cā in posteruꝫ pdita, inquā si corpus, vel reliquię inferant̃, fiet sepulchrū, si vo nihil horuꝫ, erit monumētū memorię cā factū, qd̄ gręci cenotaphiū appellāt. ꝛ appellatione verbi τάφοι, ēt exeqas intelligere poterimus publicę eniꝫ exequię fieri solēt a ciuibus ijs viris, qui in vita pręclari aliqd gesserūt. Hoc pacto Neapolitani oliꝫ viri oluꝫ virtutū amātissimi luciliuꝫ arūcanū publicis exequijs honestarunt. Simili modo Romani Fabricium, ꝛ alię res publicę alios illustres suos ciuitatis patritios honorarunt.

imagines εἰκόνες effinctiones. ¶ Imagines.

Cōmētū. ¶ Sexta honoris pars, sunt imagines, q̄ εἰκόνες gręce dicunt̃: vt picturę, statuę, exēplaria, q̄ in defunctoꝝ memoriā seruant̃, quęq; i vita aliqb⁹ strenuijs viris, atq; in aliq̄ re pclarissimis honoris cā erigi solēt. Est autēꝫ imago pprie illa, cuius generatio est per imitationeꝫ, ꝛ per omnia similis ei, cuius est imago.

¶ Victus publici.

Cōmētū. ¶ Septima honoris ps, sunt vict⁹ publici, solebāt eniꝫ gētiles suos reges, ac cęsares de publicis bonis alimentare, veluti tpib⁹ nr̄is regib⁹ tributa damus, qb⁹ viuant. nā ad honorē pertinere vī, vt aliqs de publicis bonis viuat. fieri ēt solebāt ad honorē viroꝝ illustriū post mortē ꝛ in vita anniuersaria, in qbus fiebāt publici vict⁹.

¶ Barbarica, vt adoratiōes, ꝛ admiratiōes, munera, q̄ apud singulos sunt honorabilia.

Cōmētū. ¶ In octauo loco ptes honoris ponit honores barbaricos quos barbari exhibere solēt suis regib⁹. id ō dicit. [Barbarica] indicia, q̄ fiebāt honoris cā, iter honoris ptes collocanda sunt. ꝛ exponit illa indicia p exēpla, ꝛ dicit [vt adorationes,] q̄ gręce προσκυνήσεις dicunt̃. Georgius inclinationes trāstulit: q̄ fieri solēt regib⁹ genua, ꝛ caput flectēdo, corpusq; pnuꝫ pstrādo. Ad B genus honoris reducunt̃ birretum attollere assurgere p, ꝛ deinde iclinari, atq; pstrari, [ꝛ admiratiōes,] q̄ gręce ἐκστάσεις dicunt̃, Georgi⁹ loco cedere trāstulit, nōnulli assurrectiones, veꝝ ἐκστάσεις gręce, latine stupor, vl̄ admiratio, vl̄ attonitio dī. cū eni barbaroꝝ reges multo tpe ꝯdebant̃, gentes q̄ pmū eos videbāt, admirabant̃, ac si viderēt numen quoddā. hac rōne admiratio apud eos in honorē habebat̃ deīde assignat q̄rtuꝫ ꝛ dicit, [munera,] nō tn̄ oīa, qꝛ nō vilia, sed ea, [q̄ apud singulos sunt honorabilia.] parthoꝝ eniꝫ reges nemo visitare, aut salutare poterat sine munere. non quidem vili, sed honorabili: ꝛ pcioso.

¶ Est eniꝫ munus, ꝛ rei possessę datio, ꝛ honoris signū, quapp taꝫ auari, q̄ ambitiosi id expetūt. ambo enim hñt, qbus indigēt. nā ꝛ

res possessa est, qua indigent auari, & honorez, quo indigent ambitiosi.

Cōmētu. ¶ Cum dixisset donū attinere ad honorē, & posset obijci, quod non, quia videt pertinere ad auaros, ostendit munus pertinere ad honorē vno modo, & alio modo ad auaros & dicit. Est enim munus & rei possessę datio, & honoris signū. i. significatiuū honoris, propterea dicit, quā propter tā auari, quā ambitiosi id expetūt, sed alia, atq3 alia rōne. ambo enim hñt in ipso munere, ea, quibus indigēt. nā & res possessa est, quā indigēt auari. ergo hñt auari in munere, qđ expetūt. expetūt enim rem possessam ab alijs, & hāc hñt in munere. & ambitiosi, qui dicunt honoris cupidi, hñt in munere honorē, quo indigēt in eo quod ambitiosi igit auari expetūt munus, & ambitiosi, sz aliter, & aliter. Auari quidē, quatenus est possessa res alterius. Ambitiosi aūt, quatenus in munere ē signū reuerētię hñfactiuę. ¶ Sz dices pp quid in munere est signū reuerētię, dicēdū hoc esse, quia munus significat eum, qui donat inferiorē esse eo, qui recipit. denotat enim donū quādam (vt ita dixeris) submissionē psonę donātis, & quādā excellētiam in psona recipiēte. ¶ Sz adhuc dices, qđ si psona supior donauerit psonis inferioribus dicēdū, quod si psona supior, vt princeps, donauerit subditis, si donauerit eis pp indigentiam, honor erit pncipis, quia est signū liberalitatis. & subditus in recipiēdo honorat principē. Si vero pnceps donauerit subditis pp excellētiā virtutis, quā est i subditis, sic honor erit subditorum, & pnceps donās hac rōne erit inferior subditis. nec sequitur, princeps in hoc actu subit rōnē psonę iferioris, igit pnceps est inferior subditis. argumētū enim peccat ea deceptiōe, quā ē ab ipso scđm qd ad simplr. Quicūq3 enim donat p signo reuerētię, semp subit rōnē psonę iferioris in hmōi actu. simplr tñ pt eē psona supior.

¶ Sanitas vero corporis virtus est, hęc autē hoc pacto fit, vt vtentes corporibus sint sine ęgritudine. multi enim sani sunt (quēadmodū Herodicus fertur) quē nullus sanitatis gratia fęlicem putabit. ppterea quod ab humanis omnibus, vel plurimis abstineret.

Cōmētu. ¶ Nūc de sanitate aggredit, & dic. Sanitas vero corporis virtus est. i. virtus corporalis est, ad dñā earum virtutū, quę animi sunt, quę nō corpales, sz aiales sunt: de qb postea. deiñ addit alias dñas, p quas sanitas differt a cęteris corporalib virtutib, & dicit, hęc aūt. s. sanitas hoc pacto fit, vt vtētes corpib sint sine ęgritudine. igit sanitas ē virtus corpalis, p quā hō vti pōt suo corpe ad labores pene inęgrotabili. p hāc aūt particulam differt sanitas a robore, a virib, & a forma. nā forma nō vtit hō ad labores, & nec virib & robore, sz ad pugnam. differt ēt ab ęgritudie, quā si vteremur ad labores, nō nisi corpore lāguēte vteremur. dixit vero, vt vtētes corporib sint sine ęgritudie, pp illos, q nō pnt vti corpib libere, sed cum magna victus rōne, & regula. & hoc exponit p exēplū, & dicit, multi enim sani sunt, quēadmodū Herodic fert. s. fuisse sanus, quē nullus sanitatis grā felicem putabit, ppea quod. s. vt sanus esset, ab humanis oībus, vel plurimis abstineret. & p humana, itellexit ea, qb hoies in victu cōiter vtunt. nō enim pōt dici aliqs pprie sanus, si nō pōt stare in sanitate, nisi fuerit semp in regula victus, abstineretq3 ab ijs oībus, vel plurimis, quibus homines cōiter vtuntur vnde & in puerbio est, seruare semper victus rationē est infirmū esse. hęc pauca de sanitate, nam plura de ea dicere, medici est.

¶ Pulchritudo autē diuisa est p vnāquāq3 ętatem. Iuuenis itaq3 pulchritudo est hēre corpus vtile ad eos labores, qui ad cursum, & ad violentiā sunt. visuq3 iocūdū ad fruitionē. Hac rōne quinquertiones pulcherrimi sunt, quoniam ad vim & ad celeritatem simul parati sunt. visu ἰδεῖν aspectu visione. quinquertiōes πεντάθλοι pentathli.

¶ Et supponere ac exaggerare, vt apō Epicharmum, partim eade3 de causa, qua diuisio (exaggeratio enim magnum ostendit excessum) partim quonia3 principiū atq3 causa rerum magnarum videtur.

Cōmētaᵐ. ¶ Nunc assignat 49ᵐ locu3 ab exaggeratione, quā hic vocat συντιθεναι, και εποικοδομειν .i. superapponere, & accumulare, est autē exaggeratio magna coacervatio, exaggerationes ħo oratores facere dicunť, quādo pluribus verbis vnam, eandemq3 re3 vehementer dicunt, vt apud Catonem. Succidias humanas facis, dece3 funera facis, decem capita libera interficis, decē hominibus vita3 eripis. Quę res maxime orationē venustat. Hui⁹ loci ppōnē affert, & dicit. [Et superponere & exaggerare] subaudi maius est, q̄3 vno ħbo dicere, [vt apud Epicharmum,] cuius rationes duas assignat, quarum primam tangit, cum dicit, [partim eadem de causa, qua diuisio] in partes videtur maior. Videtur enim exaggeratio diuisio quędam vocum, idem tamē significāiu. [exaggeratio eni] pp diuisionē multarum vocū, [magnū ostēdit excessu3.] Deide assignat scdā3, & dicit. [ptī3 qm̄ pncipiū atq3 cā rerū magnaꝝ vi.] multa eni3 verba ex multis conceptionibus, conceptiones multę ex rerum magnitudine oriuntur.

¶ Qm̄ autē id maius est, qđ rarius est, atq3 difficilius, & occasiōes, & ętates, & loca, & tēpora, & vires maiores res reddūt. Nā si vltra vires, & vltra ętatem, & vltra cęteros, & si sic, vel hoc loco, vel tunc, pulchrorum, & bonorum, & iustorum, & oppositoru3 magnitudinem habebit. maiores res μεγαλα magna

Cōmētaᵐ. ¶ Assignat 50ᵐ locu3 ab eo, qđ pro cōditione est rari⁹, ac difficilius, cui⁹ ppōnē affert, & dicit. [Qm̄ aūt id maius est, quod] p cōditione [rarius est, atq3 difficilius,] ideo [occasiōes] & opportunitates, q̄ iteruenire solent, & [ętates, & loca, & tēpora, & vires, maiores res reddūt,] q̄3 ipsę simpliciter sint. cuius rōnem assignat, & dicit. [Nā si vltra vires,] q̄3 q̄bus aliquis possit, [& vltra ętates] q̄3 qua possit, [& vltra cęteros] .s. suę ętatis, [& sic] .i. hoc pacto, quo alij non potuerunt facere, [vel hoc loco,] in q̄ alij non fecerūt, [vel tunc] quando .s. alij non fecerunt, hoc profecto [pulchroru3 & bonoꝝ, & iustoꝝ, & oppositoꝝ, magnitudinē] .i. maioritatē [habebit,] & accipit [&] p vel, vt sit sensus, h̄ habebit magnitudinē pulchri, vel boni, vel iusti, vel oppositi alicui horu3 .i. h̄ erit vel pulchrius, vel melius, vel iustius, vel opposito magis participans vt turpius, vel peius, vel iniustius. vt quonia3 Cęsar in vincendis gallis superauit pprias vires, ideo victoria illa fuit grandior cęteris. q̄a Scipio agens decimum nonum ętatis annum subiecit populo Romano Carthaginem, qui cum ęgisset vltra ętatem, egit bonu3 cęteris maius. eodem modo exempla afferri possunt in alijs conditionibus.

¶ Unde & epigrāma olympionico victori, antea quidem sup vtrūq3 humerum habēs sacculum, pisces ex argis ad tegeam ferebā. Et Iphicrates ipsum laudabat dicens, ex quibus hęc fuerunt.

Cōmētaᵐ. ¶ Qđ dixerat, p exēplū iducit ex q̄dā epigrāmate habitum, & dicit. [Unde & epigrāma olympionico victori.] idest factū in laudē cuiusdā, q̄ vicit olympia est hoc. πρόσθεν μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἀσίλλην ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον. idest [antea q̄dē sup vtrūq3 humeꝝ hńs sacculū, vł callā pisces ex argis ad tegeā ferebā.] laudat igiť poeta victorē, qm̄ cū antea eēt opari⁹, humilisq3 gdīe oři⁹ ferens sacculū supra vtrūq3 humerū, vt ferret pisces, & alia, ferebat pisces ex argis ad tegeā, q̄re cū vicisset olympia, egit vltra vires. Nō eni oparij viri vires tātę eē pnt, vt vincat olympia. Egit et vltra ꝯditionē, & officiū, cū suū officiū erat seruire, & opari in seruitia alteri⁹, nō aūt vincere, nec certare [olympiacis, vł fortasse laudant victores, q̄a tulit pisces natādo, nō eni3 quia tulit pisces, fuit magnū, s3 q̄a tulit natādo. [&] pp h̄ [Iphicrates] poeta [laudabat ip̄3] victorē, [dicēs ex q̄b⁹ h̄ fuerūt] .i.q.d. ex ijs, quorū nulla spes erat, vt vincerent, & sic egit pręter spem

spem multorum. Uel fortasse hec dixit Iphicrates in sui laudem. Iphicrates enim seipsum laudans [dixit ex quibus hec fuerunt] et non ob aliud, nisi quia fecit, que eo modo, quo ipse fecit, alii non fecerunt. Tu vero aduerte hec, que Aristo. dicit esse monstra, quoniam mutilata carmina poetarum refert, quorum nec libros, nec fere nomina habentur, ideo sunt obscurissima.

p se naturale αὐτοφυὴς p se natum. epictetus poeta.

¶ Et per se naturale acquisititio. Nam difficilius est. vnde et poeta ait, per me edoctus sum.

¶ Assignat locum 51m ab ipsa comparatione eius, quod est a se ipso ad id, quod est ab alio, cuius propositionem affert, et dicit. [Et per se naturale] quasi a se factum, [acquisititio,] quod est factum ab alio, maius bonum est. probat hoc ex laude, per quam poeta seipsum laudauit, et dicit. [Unde et poeta ait αὐτοδίδακτος. i. per me edoctus sum] et non ab alio didici: et hoc dixit in laudem sui.

¶ Et rei magne maxima pars. vt Pericles epithaphium dicens, iuuentutem ex ciuitate ablatam esse, veluti (si auferatur ex anno) ver.

Cómēta^m. ¶ Assignat locum 52m ab eo, quod est pars maxima rei magne: cuius propositionem affert, et dicit. [Et quod est] rei magne maxima pars, [hoc subaudi est maius eo, quod est pars maxima rei parue. Ubi causa. maxima pars naturalis philosophie, que est res magna, est diuina scientia pars maxima moralis philosophie est monastica, ideo tanto maior est diuina scientia monastica: quanto naturalis philosophia est maior morali. probat tamen propositionem per Epithaphium Periclis, et dicit. [vt Pericles Epithaphium dicens, iuuentutem ex ciuitate ablatam esse, veluti si auferatur ex anno ver,] Quare sicuti annus (si ab eo ver auferatur) est deformis, ita erit deformis ciuitas, si ab ea auferatur iuuentus, significans per hec partem maximam ciuitatis esse iuuentutem.

necessitate χρεία indigentia inopia.

¶ Et que maiore in necessitate vtilia: maiora, vt que in senectute, et morbis.

Cómēta^m. ¶ Assignat locum 53m ab ipsa necessitate, cuius propositionem affert, et dicit [Et que maiore in necessitate vtilia] maiora bona sunt, quam ea, que sunt vtilia in minore necessitate, [vt que in senectute, ac morbis] vtilia sunt, maiora bona sunt, quam que vtilia sunt in iuuentute, et sanitate.

¶ Et ex duobus. quod fini est propinquius.

Cómēta^m. ¶ Assignat locum 54m ex ipsa propinquitate ad finem, cuius propositionem affert, et dicit. [Et ex duobus, quod fini est propinquius,] hoc subaudi est maius bonum. vt philosophari magis bonum quam philosophiam discere.

¶ Et quod ipsum.

Cómēta^m. ¶ Assignat locum 55m ex ipsa puritate, cuius propositionem affert, [Et quod ipsum] est maius bonum est, quam illud, quod participat ipso, nam virtus maius bonum est, quam studiosum, quoniam virtus est bona per essentiam, studiosus autem participatione virtutis, appellat autem quod ipsum, τὸ αὐτό, more Platonis, qui abstractum, et ideam τὸ αὐτό. i. quod ipsum vocat.

¶ Et quod simpliciter.

Cómēta^m. ¶ Assignat locum 56m a plenitudine rei: cuius propositionem affert, et dicit. [Et quod simpliciter] est, maius bonum est eo, quod est secundum quid. vt scytha magis albus est, quam ethiops. quoniam ille simpliciter, hic secundum dentes albus est.

¶ Et quod possibile impossibili. Nam illud quidem ipsi, hoc vero non.

Cómēta^m. ¶ Assignat locum 57m ab ipsa possibilitate, cuius propositionem affert, et dicit. [Et quod possibile] melius est [impossibili.] Deinde assignat causam, et dicit, nam [illud quidem] i. s. possibile [ipsi, hoc vero non] vna expositio est, nam possibile quidem est in ipso. i. in potestate hominis. et sic exponunt Egidius, et Georgius. Alia expositio est, quia possibile est ipsi. i. puro enim propinquius, impossibile nullo modo. non enim videtur rationi consentaneum, vt Aristo. in verbis tam propinquis equiuocet circa illud verbum αὐτῷ.

¶ Et que in fine vite, fines enim magis, quam que ad finem.

¶ Assignat locum 58m a bono, quod est in fine vite: cuius propositionem assignat, et dicit. [Et que in fine vite] subaudi bona sunt, maiora bona sunt, quam ea, que sunt procul a vite fine. vt prudentia maius bonum est, quam fortitudo: et robur, assignat causam, et dicit. [Nam ea, que sunt in fine vite sunt magis fines,] quam que procul a fine sunt, quoniam omnia alia, que sunt in aliis etatibus, ordinantur, vt in finem ad ea, que sunt prope finem. propterea dicit. [Fines enim magis, quam que ad finem.] Cómēta^m.

¶ Et que ad veritatem, quam, que ad opinionem. Definitio enim eius, quod ad opinionem, est quod latere debens, non vtique eligeret. propter quod bene pati quam benefacere videbitur vtique eligibilius. Illud enim (etsi latuerit) eligetur. benefacere vero (si latuerit) non videbitur eligi.

¶ Assignat locum 59m ab iis, que sunt secundum veritatem ad ea, que sunt secundum opinionem: cuius propositionem affert, et dicit. [Et que ad veritatem] maiora bona sunt, [iis que sunt ad opinionem.] Melius enim (inquit Seneca) est viuere ad naturam, quam ad opinionem. nam viuentibus ad naturam pauca sufficiunt, viuenti autem ad opinionem infinita non sufficiunt. probat autem Arist. propositionem ex definitione eius, quod est ad opinionem, et dicit. [Definitio enim eius, quod est ad opinionem est, quod latere debens, non vtique eligeret.] quare illud est ad opinionem, quod ab eo non eligeretur, qui id occultum fore putaret, hoc pacto liberalis ad opinionem erit, qui non daret, si donationem occultam esse putaret. Similiter iustus ad opinionem erit, qui non commutaret, si commutationes occultam esse putaret. Ex his patet quid sit illud, quod est ad veritatem. est enim quod eligeretur etiam ab eo, qui id occultum fore putaret. et sic liberalis ad veritatem erit, qui eligeret donare, etsi donationes occultas fore putaret. et iustus similiter, qui eligeret commutationes, etsi commutationes occultas esse putaret. Tunc dat exemplum, et dicit. [propter quod bene pati] i. beneficium accipere [eligibilius vtique videbitur quam benefacere] i. quam beneficium facere. Cuius causam dat, et dicit. [Illud enim] i. s. beneficium accipere [etsi latuerit eligeretur.] vnusquisque enim eliget beneficium accipere, etsi nemo scierit eum accepisse. [benefacere vero (si latuerit) non videbitur eligi.] Qui enim beneficium facit ad opinionem, non faceret, si occultum futurum esset. Cómēta^m.

Quid id quod est ad opinionem

Studiosi ad opinionem.

¶ Et quecunque esse magis quam videri volunt: ad veritatem enim magis. Hac ratione et iustitiam aiunt parum esse, quia videri quam esse eligibilius. Sanum autem non.

¶ Assignat locum 60m ab eo, quod magis esse quam videri quis vult: cuius propositionem affert, et dicit. [Et quecunque esse magis quam videri volunt,] hec sunt maiora bona. et assignat causam, et dicit. [ad veritatem enim magis] hec s. attinent. [hac ratione et iustitiam autem parum] bonum [esse,] et sanitatem magis quam iustitiam bonum esse aiunt, cuius rationem assignat, [quia videri] i. s. iustum [magis quam esse, eligibilius] est hominibus. [sanum autem non] videri, sed esse magis eligunt. igitur quantum ad hanc preeminentiam sanitas est maius bonum quam iustitia. quoniam homines volunt magis esse quam videri sani. Iusti autem, magis videri quam esse. dixi quantum ad hanc preeminentiam, quoniam quantum ad aliam preeminentiam fortasse iustitia est melior sanitate, eo quia iustitia est bonum animi, sanitas autem corporis, et quantum ad hanc preeminentiam iustitia est maius bonum sanitate. tamen rhetor qui persuadet ad oppositum, vtitur locis oppositis, et diuersis. Cómēta^m.

vtile χρησιμώτερον vtilius. honesta καλά bona.

¶ Et qđ ad plura est vtile. veluti quod ad viuendū, ⁊ beneuiuendū, ⁊ ad voluptatem, ⁊ ad agēdū honesta. Hac rōne diuitię, ac bona valitudo maxia eē vr̄r: cū oīa h̄ hēant.

Cōmētu^m. ¶ Assignat locū 61^m ab vtilitate multimoda, cui⁹ ppositioné affert, ⁊ dicit. Et qđ ad plura est vtile, s. est maius bonum eo, quod est vtile ad pauciora. veluti quod ad viuendum, ⁊ beneuiuēdū, ⁊ ad voluptatē, ⁊ ad agendū honesta, ⁊ bona, maius bonū est, q̄ illđ, qđ non est ad hęc vtile. Et assignat exēplū, ⁊ dicit. Hac rōne diuitię, ac bona valitudo maxima bona esse videnť, cum omnia hęc habeant, ⁊ sint ad hęc omnia vtilea.

absq; dolore ἀλυπότερον minus doloro sum.

¶ Et qđ (cum sit absq; dolore) cū voluptate etiā est. Uno eni plura. Quare cū sit ⁊ voluptas: ⁊ indolentia bonū, duorum rursum compositio totum quoq; maius efficit.

Cōmētu^m. ¶ Assignat locū 62^m ab ipsa bonoꝝ cōpōne: vel ab eē absq; dolore cū voluptate, cui⁹ ppōnē affert, ⁊ dic. Et qđ (cū sit absq; dolore) cū voluptate etiā est, s. est maius bonū q̄ si esset absq; dolore, nō tamē cū voluptate. hac rōne phari melius est ditari, qm̄ illud est sine dolore, cum voluptate. ditari aūt est cum voluptate, ⁊ dolore. Arist. tamen pbat ppositionem, ⁊ dicit. Uno eni s. bono plura s. bona sunt meliora ppea ꝯcludit. Quare cū sit ⁊ voluptas, ⁊ indolētia bonū, duoꝝ s. bonoꝝ rursū cōpositio, s. atq; accumulatio totū quoq; bonū maius efficit. igiť bonū voluptificū, qđ est absq; dolore, maius bonū est bono voluptifico, qđ est cū dolore, vel indolēs, qđ est cū voluptate, mai⁹ bonū est eo, qđ est indolens sine voluptate. hoc pacto ꝯtēplari melius est q̄ dormire. nā illud absq; dolore existēs cū voluptate est. hoc aūt idolēs, non est cū voluptate.

¶ Et quę cum p̄sentia fuerint, nō latent. Ad veritatem eni quādā sunt hęc. Hac rōne ditari videbiť vtiq; maius bonū, q̄ opinari.

Cōmētu^m. ¶ Assignat locū 63^m ab eo (qđ cū est) nō latet. cui⁹ ppōnē affert, ⁊ dicit. Et quę cū p̄ntia fuerint, nō latēt, s. maiora bona sūt ijs, q̄ latent, cū affuerint: cui⁹ rōnē affert, ⁊ dicit. ad veritatē eni quandam sunt hęc, s. quatenus ad veritatem attinēt, sunt maiora bona. Deide assignat exēplū, ⁊ dicit. Hac rōne ditari vtiq; mai⁹ bonū ē q̄ opinari. Georgius Ꝟbū δοκεῖν, latine dixit videri. ⁊ nō placet, nā cū est ipm videri diuitē, appet eē diuitē. Melius δοκεῖν, opinari trāsferendū puto. ⁊ p opinari, itelligit dialectice aliqđ scire, sūt itaq; diuitię mai⁹ bonū q̄ scire dialecticū, qm̄ illę cū affuerint, oīb⁹ patent. Scire aūt ipm, lꝫ fuerit in animo, tamē latet ⁊ ad hunc sensum potest trahi expositio Egidij, qui p opinari intelligit scire. Accepit enim scire fuso verbo (vt mihi videtur) pro dialectico intelligere.

carum ἀγαπητὸν dilectum.

¶ Et quod carū est tam soluꝫ q̄ cum alijs. Quapp nō pari iactura erit, si qs altero oculo carētē excecauerit: ⁊ duos hn̄tē. nā ablatuꝫ est: qđ singulr̄ carum erat. Ex qb⁹ igitur oportet persuasiōes ferre hortando atq; dehortando fere dictum est.

Cōmētu^m. ¶ Assignat locū 64^m ab eo qđ p se, ⁊ cū alijs ęq̄lr̄ ē diligibile: cui⁹ ppōnē affert, ⁊ dic. Et qđ carū est s. subaudi ęq̄lr̄ tā solū q̄ cū alijs ē mai⁹ bonū q̄ illđ qđ solū ē carū. h pacto mēs mai⁹ bonū est oculo, qm̄ mēs tā sola, q̄ cū alijs s. sensib⁹ est ęq̄lr̄ cara. At oculus nō ęq̄lr̄ solus, ⁊ cum alijs est carus. Qđ aūt nō ęqualr̄ oculus solus sit carus, ⁊ cū alijs, demōstrat, ⁊ dicit. Quapp nō pari iactura erit, si qs altero oculo carentē excecauerit, ⁊ duos hn̄tē. nā in altero oculo carente ablatū est, qđ singulariter carū erat, in habēte duos oculos, lꝫ alterū excecauerit, tn̄ nō erit tanta iactura. At q extingueret mentem quouis mō eā extingueret, siue solā, siue cum alijs existētē, ęq̄lē iacturam inferret. igiť mens maius bonū est q̄ oculus. ¶ Quo Ꝟo ad verba attinet, textus gręc⁹, quem nos legimus, caret hoc verbo singulariter, ⁊ illo Ꝟbo ęqualr̄, tamē supplēda sunt. Demū epilogat, ⁊ dicit. Ex qbus igiť s. locis opꝫ persuasiones ferre hortādo, atq; dehortando, fere dictum est. Dixit autem fere quia possent adhuc alia loca assignari, ex quib⁹ psuasiones fieri possent.

vitas ciuiles πολιτείας respublicas ciuilitates. ꝯsuetudines ἔθη mores. legalia νόμιμα leges legitima.

¶ Maximū aūt oium atq; principalissimū ad posse psuadere, beneq; cōsulere est vitas ciuiles oēs accipe, ⁊ q̄ ꝯsuetudines: ⁊ q̄ legalia, quęue vtilia vnicuiq; sint distiguere.

¶ Cū dixisset de bono, de q; ipso vtili, ⁊ de eo annexo bonis, qđ mai⁹, ⁊ min⁹ bonū est, assignasseq; ad cognoscēdū hęc loca, atq; ppōnes, nūc Aristo. assignare autumat Egidius de altero annexo, qđ est posē, atq; ipoē. Motus ex Ꝟbis Arist. q dicit ad posse psuadere. Sed hoc qđ Egidius putat nō videtur bn̄ dictū, nam poē ⁊ impoē non psuasionibus, sed bonis, ex quibus, ⁊ ad q̄ psuademus videnť annexa, vt Arist. supius mōstrauit. Et ppea Georgius nō de annexo qđ est poē ⁊ ipoē autumat Arist. nūc ptractare, sꝫ de alio p̄ncipio psuadēdi maximo atq; firmissimo, per quod in genere deliberatiuo vnus qs poterit dicere, cum oportuerit, ⁊ ideo nō ad posse persuadere trāstulit, sed ad persuadēdum: beneq; ꝯsulēdum, putās Arist. nō de eo annexo agere, qđ est poē ⁊ impoē. Nā hęc poti⁹ bonis, p q̄, ⁊ ad q̄ psuademus annectunť. Et fortasse poē ⁊ ipoē p̄rie annecti persuasiōib⁹, ⁊ bonis, p q̄, ⁊ ad q̄ psuadem⁹, p̄us egit de possibili, atq; ipoī, vt annectunť bonis, ad q̄, ⁊ p q̄ persuademus, nūc agit de poē ⁊ ipoī, vt annectūtur ipsis persuasionib⁹. ⁊ ideo ppōnēs suā intētionē dic. Maximus aūt oium s. p̄ncipioꝝ, ⁊ p̄ncipalissimus s. p̄n^m ad posse psuadere, ⁊ ad posse bn̄ cōsulere, est πολιτείας. i. ciuiles vitas, qb⁹ ciues viuūt sub regimine ciuili: oēs accipere, ⁊ quę ἔθη. i. cōsuetudines, s. atq; mores, ⁊ q̄ legalia, vel leges, quęue vtilia vnicuiq; s. vitę ciuili sint distinguere. Dixit vitas ciuiles oēs, s. tāq̄ fines, quęcūq; eni agunt ciues, agunt gr̄a viuendi ciuiliter. Cum eni finis imponat necessitatē ijs, quę sunt ad finem, contionator si voluerit scire vtrū per huiusmodi possit persuadere huic ciuitati, vel non, oportet eum scire finem eius, quia Ꝟo s̄m diuersas species vitę ciuilis sunt diuersi fines, ideo eum oportet accipere vnamquāq; vitam ciuilem, nam sic p̄cognoscet fines. Quare duo erunt necessaria contionatori ad hoc, vt persuadere possit ciuibus pro conseruatione vitę suę ciuilis, primū est ex pte finis, ⁊ est cognoscere, qua specie ciuilis vitę viuāt, scđm ex parte eoꝝ, quę sunt ad finē, ⁊ est cognoscere, atq; distinguere cōsuetudines, quę sunt velut non scriptę leges, ⁊ legalia, quę sunt scriptę leges: ⁊ vtilia, quę de nouo possunt emergere ad melius ꝯseruādā vitam ciuilem, qua viuunt ciues. primum quidē est necessarium, q2 imponit necessitatē ijs, quę sunt ad finē, ali⁹ eni ⁊ ali⁹ finis, vt seruet, exposcit alia, atq; alia media ad finē. 2^m Ꝟo est necāium, q2 non eadē media sunt

ad oēm

ad oēm finē, quę vita ciuilis est. nam alijs ꝯsuetudinibus, ꝛ legibus, ꝛ vtilibus seruatꝰ vna ciuilis vita, ꝛ alijs alia. igitꝰ vt contionator possit ꝑsuadere pro ꝯseruatione alicuius vitę ciuilis, opꝫ scire, quę spēs vitę ciuilis ipsa sit, ꝛ quibus moribus, legibus, ꝛ vtilibus seruetur. Quare ꝑncipium maximū atqꝫ principalissimū ad huiusmodi persuasiones consistit in his duobus.

¶ Nam omnes ab vtili ꝑsuadentur, qm̄ vtile est, quod seruat ciuitatem.

Cōmētūm. ¶ Cum dixisset duo esse necessaria cōtionatori ad h, vt possit ꝑsuadere in deliberationibꝰ ciuitatis, ꝛ scire vtilia, qbus seruatꝰ vita ciuilis, ꝯsequēterqꝫ dānosa, qbus destruitꝰ, ꝛ scire spēm vitę, qua ciuitas viuit: nunc declarat hęc duo esse necessaria, ꝛ p̊ declarat necessitatē vtilium, ꝛ dicit. [Nam oēs ab vtili ꝑsuadentꝰ, qm̄ vtile est, qd̄ seruat ciuitatē,] ꝛ vitā ciuilē. igitꝰ opꝫ cōtionatorē, q vult ꝯsulere in deliberationibꝰ ciuilibꝰ scire vtilia oia, quibus seruatꝰ vita ciuilis, ꝛ dānosa, quibus destruitꝰ, sic enim poterit docere fugibilia, ꝛ ꝑsequibilia. hęc de primo. ꝛ per vtilia intellexit omnia. s. consuetudines, ꝛ leges, ꝛ vtilia, quę possent de nouo emergere. vno eniꝫ nomine appellauit omnia.

¶ Insuper principalis quidēꝫ enuntiatio est de principatu. principatus vero diuiduntur ēt ꝑm vitas ciuiles. quot enim vitę ciuiles, tot ꝛ principatus sunt.

Cōmētūm. ¶ Nunc ostendit necessitatē scdi. s. q sit ꝯtionatori necessarium scire quot sint vitę ciuiles, atqꝫ spēm vitę ciuilis, ad hoc, vt possit dicere in deliberationibꝰ ciuilibus. cū aūt qꝛ ꝑncipalis sermo semꝑ est de ꝯseruatione ꝑncipatus. i. ciuis, qui principatꝰ. accepit eniꝫ principatū pro principe. At principatus seruari nō pōt, nisi sciatur quot sint, naꝫ sic scitꝰ spēs principatus seruāda. At quot sint ꝑncipatus sciri nō pōt, nisi vitę ciuiles sciantꝰ, quot sint. igitꝰ necessariū est scire vitas ciuiles per gēa ꝛ spēs quot sint: dicit. [Insuꝑ ꝑncipalis quidē enūtiatio] i. sermo [semꝑ] in ciuilibꝰ deliberationibus est [de ꝑncipatu] sub quo viuūt ciues. [principatus ꝟo diuiduntꝰ ꝑm vitas ciuiles.] nā si vita ciuilis est tyrānica, principatus est tyrānis. si vita ciuilis est regia, ꝑncipatus est regnū. ꝛ assignat cām, ꝛ dicit, [quot enim vitę ciuiles, tot ꝛ ꝑncipatus sunt.] igitꝰ cōtionatori vt possit dicere in deliberationibꝰ ciuilibꝰ, necessariū est scire, quot sunt vitę ciuiles, sic eniꝫ ꝑcognoscet spēm principatus, ꝛ ciuilis vitę, ad cuius ꝯseruationem cōtionatꝰ. pꝫ igitꝰ hęc duo. s. ꝛ vtilia, ꝛ quot sint vitę ciuiles, esse necessariū ꝯtionatori ꝑcognoscere: vt possit dicē in ciuilibꝰ deliberatiōibꝰ.

¶ At vitę ciuiles sunt q̄tuor popularis status, paucoꝝ potentia, optimatum status, ꝛ vnius principatus. Quare qđ principatur, ac indicat has, erit vtiqꝫ vel pars aliqua harum, vel ipsa tota.

Cōmētūm. ¶ Cum accepisset tot esse ꝑncipatus, quot sunt vitę ciuiles, nūc accipit, ꝛ exponit numerꝝ vitaꝝ ciuiliū, vt concludatꝰ numerꝰ ꝑncipatuū, ꝛ dicit. [At vitę ciuiles sunt q̄tuor,] δημοκρατια idest [popularis statꝰ,] ολιγαρχια, idest [paucoꝝ potētia,] αριστοκρατια idest [optimatū status, ꝛ] μοναρχια idest [vnius principatus.] igitꝰ principatus, ꝛ principes q̄tuor sunt. Supius enim ꝑncipatū pro principe, hic pro ciuili vita accepit. Tūc obiter, atqꝫ ꝑter ꝯclusionē principalē cōcludit: [quare qđ principatꝰ, ac indicat has] i. quattuor ciuiles vitas, [erit vtiqꝫ vel pars aliqua haꝝ, vel erit ipsa tota] vita ciuilis virtute, ꝛ perfectione. ꝛ vtrūqꝫ est verū. nā princeps est pars suę ciuilis vitę, qm̄ ipse est vna persona ciuilis, quę viuit ꝑm illam, ꝛ est tota vita ciuilis virtute, ꝛ ordine.

¶ Est autem popularis status in quo sortes magistratus distribuunt. — magistratus αρχας principatus.

Cōmētūm. ¶ Cum accepisset quattuor esse ciuiles vitas. vꝫ. popularem statū, paucoꝝ potentiā, optimatū statū, ꝛ vnꝰ ꝑncipatū, nunc ꝑ ordinē exponit vnāquāqꝫ ciuilē vitam, naꝫ ex declaratione hmōi patebit ꝑnceps in vnaquaqꝫ harū. ꝛ p̊ exponit popularē statum, ꝛ dicit. [Est aūt popularis status,] (q est vna spēs ciuilis vitę,) [i quo sortes magistratus distribuūt.] Cum enim in hmōi ciuilē vita vniuersus populus dñetur, ꝛ generatim vnusquis vult eē liber atqꝫ quodāmodo alteri ęqualis, ideo inea honores, atqꝫ magistratus pariter diuidūtur: ꝛ hoc faciunt sortes.

¶ Paucorum ꝟo potentia, in qua, qui a censu pręualent.

Cōmētūm. ¶ Nunc exponit paucoꝝ potentiā, ꝛ dicit. [Paucorum ꝟo potētia,] q̄ est vna alia spēs vitę ciuilis, est, [in qua ꝑualēt, qui a censu,] ꝛ diuitijs, ꝛ honoribꝰ sunt alijs maiores. textus aūt gręcus caret hoc verbo [pręualent,] sꝫ supplendū est nam in hmōi vita ciuili dominātur diuites, quibus potissimum exhibetur honor.

¶ Optimatuꝫ aūt status, in quo, qui ꝑm eruditionē. Eruditionē auteꝫ dico eam, quę in lege posita est. nam qui permāserint in legibus, in optimatum statu principantꝰ. necesse est autē hos videri optimos, vnde ꝛ nomē hoc acceperunt.

Cōmētūm. ¶ Nunc exponit optimatū statū, qui est tertia ciuilis vitę spēs, ꝛ dicit. [Optimatū aūt status] est, [in quo] principantꝰ, [qui ꝑm eruditionē sunt,] ꝛ qm̄ eruditio pōt eē multiplex in speculatiuis, ꝛ in alijs, exponit qd ipse intelligat ꝑ eruditionē, ꝛ dicit, [eruditioneꝫ aūt dico,] nō in speculabilibus, nec in mechanicis, sed [eaꝫ, q̄ in lege posita est.] ꝛ sic eruditi in legibus principantꝰ in hmōi statu. nō tñ sic eruditi, vt sciant solū leges, ꝛ non viuant ꝑm leges, sed eruditione, ꝛ vita legales, [nā qui] sic eruditione ꝛ vita [ꝑmāserint in legibus, in optimatū statu principantꝰ.] nō aūt qui hodie legulei sunt, qui nec eruditione, nec vita sunt legales, sed legū cōfusione, ꝛ rapinis, sunt legales. ꝛ tñ dominantꝰ. ꝓbat aūt hos esse optimos a nominis interpretatione, ꝛ dicit, [necesse est aūt hos videri,] ꝛ esse optimos, videri eniꝫ pro eē accepit. [vnde] s. ab esse optimo, [ꝛ nomē h] s. αριστοκρατια, [acceperunt.] dicti enim sunt status optimoꝝ, qꝛ optimi sunt: qui pręsunt. sunt enim in legibus eruditi, ꝛ viuentes ꝑm leges.

¶ Unius autē principatus ꝑm nomen est, in qua vnus omniū princeps est, harum autē, quę quidē ꝑm ordinē quendaꝫ est, regnum. inordinata autem, dominatio est. — inordinata αοριστος indeterminata. dominatio τυραννις tyrannis.

¶ Nunc exponit vnius ꝑncipatū, quę dī μοναρχια, ꝛ illius diuisionē affert, ꝛ dicit [Unius aūt ꝑncipatꝰ ꝑm nomē est, in qua vnus oīuꝫ princeps est, haꝝ aūt] vitarū ciuiliū, in qua vnus est princeps, [quę qdē ꝑm ordinē quēdā est, regnū. inordinata aūt, dñatio est.] regnū enim est ꝑm debitū ordinē. Tyrannis aūt. i. dñatio ca-

ret tali ordine debito. nam, qui dn̄ant, pro appetitu dn̄ant. nec putaueris has quatuor solas esse ciuiles vitas, q̄m (vt Plato asserit) sunt alię plurimę, quę resultant ex mixtione harū. Arist. enim enumerauit quatuor simplices, attamē si has cōposueris, longe plures facies ciuiles vitas: vt postea dicemus.

Finē vtiq; vniuscuiusq; vitę ciuilis non op; latere. nam ea eligunt, quę sunt ad finē. popularis ergo status quidē finis, libertas. paucorum vero potentię, diuitię. optimatum autē status, quę ad eruditionem, & legalia. dominatio vero custodia.

Cōmētū. Cum dixisset eos, qui volunt bene cōsulere, oportere fines vitarū ciuiliū pcognoscere nūc assignat finem cuiusq; ciuilis vitę, & p̄ repetit qd̄ superius dixit, & causam eius, qd̄ dixit, & dicit. [Finē vtiq; vniuscuiusq; vitę ciuilis, nō op; latere. nam] pp̄ finē [es eligūt, quę sunt ad finem.] queadmodū enim nāle agēs disponit māz sm̄ exigentiā finis, sic cōtionator in ciuilibus deliberationibus ꝯsiliat sm̄ exigentiā finis. igit̄ op; pcognoscere finē. Tunc p ordinē exponit fines, & dicit, [popularis ergo status finis, libertas est.] nam in hm̄oi ciuili vita vnusquis vult esse par alteri. Quare libertas erit finis in hm̄oi ciuili vita. [paucorū vero potentię,] finis sunt [diuitię.] nā in h̄ statu dominant̄ diuites pp̄ diuitias & potētiā. igit̄ finis ponēdus est in diuitijs, per quas permanēt in statu nihil eniz aliud intēdūt principātes, nisi id p qd̄ se seruēt in dn̄io. & q̄a diuitię sunt, p quas diuites se seruant in statu, id diuitię sunt finis. [optimatū autē status] finis sunt ea, [quę] spectant [ad eruditionē, & ad legalia] i. vt ipsi & ciues sint in legibus eruditi, & vt eruditi in legibus, ita viuāt sm̄ legalia. hoc pacto finis horū optimus est. nā viuere sm̄ legū eruditionē optimus est. [dn̄atio vero] finis est [custodia] s. corporis, & suorū cōmodorū. Tyrānus enim q dn̄s dr̄ non expetit subditorū bonū, sed ꝓpriū. ideo finis est salus corpis, & oīuz suorū cōmodorū, q̄bus ipse, & sui seruient.

Dubitatio. Sz duplex dubitabis p̄, q: Arist. in ethicis, & politicis enumerauit sex vitas ciuiles, tres quidē ordīatas atq; rectas. vz. regnū, optimatū statū, & honorabiliū populariū principatū, quę thimocratiā appellat. tres vero inordinatas, atq; indeterminatas. vz. tyrānē, quę dn̄atio dici pōt, paucorū potentiā, & popularē pncipatū: & sic sunt sex. 2° dubitabis q: Plato ꝯponēdo has inter se adhuc plures his enumerauit. Dicendū Ari. voluisse esse q̄tuor, non simplr, sed in ordine ad fines. nam popularis status, in quo oēs forte dn̄ant̄, & popularis status honorabilium, in quo forte honorabiles populares dn̄ant̄, ad vnum finē tendūt. vz. ad libertatē seruandam. & ꝓpterea has duas dn̄ationes pro vna enumerauit, regnū aūt enumerauit, finē vero regni nō ꝓsecutus est, q̄m finis regni, & status optimatus est vnus. s. vt hoīes erudiant̄ in legib⁹, & viuant sm̄ illas. Quare q̄tuor fines enumerans, q̄tuor ꝓsecutus est ciuiles vitas. Plato aūt enumerauit plures non attēdēs simplices fines, sed mixtos. Est eniz aliq̄s princeps, qui est partiz tyrānus, partiz vero rex: id vita subditorū ciuilis mixta est. Insuper est aliq̄s principatus, in quo ciues viuūt partiz thimocratice, ptīz democratice, vt Veneti. pnt et alię cōpositiones fieri, s; Ari. q̄tuor pro numero finiū enumerauit in p̄senti loco.

Patet igitur ea esse diuidēdū, quę ad finē cuiusq; sunt. vz. cōsuetudines, legalia, & vtilia. siquidem ad hunc referentes eligunt.

Cōmētū. Ex his, q̄ dixit colligit locū vnum vl'ez, p. quē poterit cōtionator dicere in ciuilib⁹ deliberationis, cuius ꝓpōnē affert, & dicit. [Patet igit̄ ea esse diuidendū,] i. seorsus pcognoscēdā, [q̄ ad finē cuiusq;] vitę ciuilis [sunt, vz. ꝯsuetudines, legalia, & vtilia,] cuius rōnē affert, & dicit, [siq̄dē ad hūc] s. finē [referentes eligunt] hęc q̄ dicta sunt. Quare loca & elemēta oīa colligēda sunt in ordine ad fines. nam & oīa necessariū est pcognoscere ei, qui vult in ciuilib⁹ deliberationib⁹, q̄ seruāt fines. sic enim vita ciuilis seruabit̄. seruant̄ autē vel destruunt̄ hm̄oi fines a morib⁹, a cōmodis, quę sunt cuiq; fini, a legib⁹. destruunt̄ vero a dānosis, quę sunt his contraria.

Qm̄ autē non solum ꝑsuasiones fiunt per demonstratiuā orationē, sed et per moralem (eo eniz quo apparet qualis quidā hic, q dicit) credimus. hoc autē est, si bonus videat̄, aut beneuolus, aut vterq;.

Cōmētū. Nunc specializ tāgit loca ꝑsuadendi, quorū primum sumit a morib⁹ dicētis, & dicit. [Qm̄ aūt non solū ꝑsuasiones fiunt p demōstratiuā orōnē,] quę accipitur a locis, & ꝓpositionib⁹ formādo enthymemata, & alias rhetoricas rōnes, [s; et per moralē] h est, sed et per moratā orationē, qd̄ ꝓbat & dicit, [eteniz quo apparet qualis quidā, qui dicit credimus.] exponit verbū qualis q̄daz, & dicit [hoc aūt] s. q̄lis quidaz [est, si bonus videat̄, aut beneuolus aut vterq;.] verba sunt suspēsiua, & est supplendum, ideo scire op; mores, quibus orator dz videri bonus, vel beneuolus, vel vterq;: de quibus posterius dicemus. Quid vero sit morata oratio, quidue affecta, & quid sit accōmodata, 2° huius declarabitur.

Oportebit etiā cuiusq; vitę ciuilis mores nos habere. mores enim cuiusq; necessario maxime persuadebunt, si ad vnāquāq; fuerint. Hi aūt ex eisdem accipient̄. ex electione enim mores perspicui sunt. electio autez ad finem refertur.

Cōmētū. Nūc assignat scdm̄ locū, qui accipit̄ a cognitione morum ciuitatis, & docet nos ꝑsuadere in deliberationib⁹ ciuilibus p accōmodatā orōnē. Tunc enim p accōmodatā orationē ꝑsuadet orator (vt dicet̄ 2° huius) cū sumit argumentū ab ijs, q̄ accōmodant̄ moribus ꝑsonę, cui ꝑsuadet. vt si volum⁹ ꝑsuadere seni, vt aliq̄d faciat, accipimus argumētū ab vtili. naz senes sunt auari, atq; vtilitatis amatores. & dicit [Oportebit et cuiusq; vitę ciuilis mores nos hr̄e,] atq; pcognoscere si volumus ciuibus ꝑsuadere in deliberationibus ciuilib⁹. cuius rōnē assignat, & dicit. [mores enim cuiusq; maxime ꝑsuadebūt, si ad vnāquāq;] ciuilē vitā [fuerint] accōmodati. i. si orator acceperit argumentū ab ijs morib⁹, q sunt vitę ciuili accōmodati. Sumpsit eniz mores pro argumētis, q̄ accipiunt̄ a moribus, q̄si dicat argumēta eniz cuiusq; oratoris maxime ꝑsuadebūt, si sument̄ a moribus, q accōmodant̄ cuiq; ciuili vitę. ex quo vult hr̄e q̄ necessarium orator ciuili pcognoscere mores vitę ciuilis. deinde docet accipe mores ciuitatis, vl' vitę ciuilis: & dicit, [hi aūt] s. mores cuiq; vitę ciuili ꝓprij, [ex eisdē accipient̄,] subaudi ex q̄bus, finis seruat̄, seruat̄ aūt ex ꝯsuetudinib⁹, & legibus, & ex vtilibus. igit̄ ex eis cognoscunt̄ mores. & assignat cām & dicit, [ex electione eniz] ciuiū, q̄ eligunt agere sua ciuilia, [mores ꝑspicui sunt.] non enim est actio moralis, nisi sit ab electione, & habita. [electio aūt] est eorū, q̄ [ad finē referunt̄.] igit̄ ex his

mores colligunt, q̄ sunt ad finē. Aut clarius docet mores cognoscere ex cognitione finis, & h dicit, [hi autē] [.mores] [ex eisdē] .s. finibus [accipient:] ex qbus distinguunt vite ciuiles. deinde probat, qz ex cognitione electionū, qbus agere eligunt, cognoscunt mores. sed electiones cognoscunt ex cognitione finiū. igit ex cognitione finiū, mores cognoscunt. dicit, [ex electione enī] idest ex cognitiōe electionū [mores pspicui sunt.] Qui enim cognoscit electionē in agēdis alicuius, cognoscit mores illius. vt qm̄ phidia eligebat pro maiore parte vite pingere, iō cognoscit eius mos q̄ sit in pingēdo. [electio aūt] .i. cognitio electionis [ad finē refert.] igit cognito fini vite ciuilis, cognoscentur mores vite ciuilis. Quare mores vite ciuilis cognoscunt ex eisdē .s. finibus, ex qbus cognoscunt atqz distinguunt vite ciuiles.

Que igitur opz expetere eos, qui hortant quasi futura, aut pñtia, & ex quibus de vtili psuasiones sumere, ad hec de moribus & institutis ciuilibus, quibus, & quo pacto poterimus, quantū presenti oportunitati idoneū erat, diximus. nam diligentius de his in politicis dictum est.

Cōmētū. Epilogat, & dicit. [Que igit opz expetere eos, qui hortant quasi futura, aut psentia.] dixit q̄si futura, qm̄ non semp futura ad q̄ orator hortat, veniunt, sed sunt psuasiones ad futura, quasi essent futura & ventura. [aut presentia, & ex quibus de vtili] subaudi & de bono simplr [opz psuasiones sumere] subaudi dictum est antea, [ad hec] postea in primo capite est dictū [de moribus & institutis ciuilibus, qbus & quo pacto poterimus] .s. psuasiones accipe ad dicendū in ciuilibus deliberationibus: [quātū pñti oportunitati idoneū erat, diximus, nā diligentius de his i politicis dcm̄ est.] ¶ Quo ad verba attinet, verbū [poterimus,] grece ē ευπορησομεν, & si transfertur abūdabimus, subaudiendū persuasionibus. si aūt transferat poterimus, subaudiendū .s. psuasiones accipere. hec de genere deliberatiuo.

DE HIS, DE QVIBVS DEMONSTRATIONES FIVNT, ET DE GENERE DEMONSTRATIVO: DEQVE HONESTO, AC LAVDABILI.

Fines ... intentionis.

Post hec aūt de virtute, & vitio, deqz honesto & turpi dicamus. hi enīz fines sunt ei, qui laudat, atqz vituperat.

Cōmētū. Cum egisset de his, de quibus fiunt deliberationes, & de locis, & ppōnibus, e qbus sumunt argumēta ad dicēdum in deliberationibus, nā dixit de felicitate, & fine deliberantiū, insup de bono, & vtili, de maiore ac minore bono, vel malo, & de possibili de numero ciuilius vitarū, & de finibus eaz, nūc de honesto & turpi, de laudabili, ac vituperabili, ex qbus loca, & ppōnes sumunt, que ad genus demōstratiuū ptinent, vult dicere. & p̄ pamādo se ad ea, q̄ di[...] ponit ea, q̄ vult pertractare, & dicit. [Post hec aūt,] q. diximus de his, que spectāt ad genus deliberatiuū, [de virtute, & vitio deqz honesto, & turpi,] ex qbus sumunt loca, & ppōnes, q̄ spectāt ad genus demōstratiuū, [dicamus. hi enim] σκοποι .i. [fines,] fine intentiones [sunt ei, q laudat atqz vituperat.] nā ex his accipiunt loca & ppōnes ad dicendū de laude, & vituperatione. hec de intentione, & causa intentionis.

Cōtinget ēt, si de his dixerimus, illa simul aperire, ex quibus quales quidā ḟm mores putabimur, qd quidem erat secūda fides. ex eisdem enim & nos & alium fide dignuz ad virtutem facere poterimus.

Cōmētū. Cum ppossuisset pertractare de virtute & vitio, & de honesto & turpi, nūc ostēdit vtilitatē ppositę intentionis, & dicit. [Cōtinget ēt si de his] .s. virtute & vitio, & de honesto, & turpi [dixerimus, illa] .s. loca [simul aperire,] atqz manifestare, [ex qbus quales quidā ḟm mores] .i. ex qbus moribus ac virtutibus affecti [putabimur] .s. ab audiētibus, [qd quidē erat scda fides] .i. scds modus faciēdi fidē in audiētibus. nā orator psuadere pōt ex parte rei p argumēta, ex parte dicētis pp mores, qbus orator se ostēdit virū bonū. ex parte audiētis, aut inducēdo ipsuz ad effectus, qbus pturbet mens. aut accōmodādo verba ad gradū, atqz ɔditionē audiētis, vt ēt mēs occupata nesciat aliter iudicare q̄ audierit. recte igit Arist. dixit, [qd quidē erat scda fides.] qz scds modus psuadēdi est p orōnē moratā. & assignat cām, & dicit, [ex eisdez enim] .s. locis morū, [& nos, & aliū fide dignū ad virtutem] .i. ad opinionē virtutis [facere poterimus.] erit igitur vtilitas hec nō parua. qm̄ ex his, que ptractaturi sumus nō mō sciemus laudare, atqz vituperare alios (qd ptinet ad genus demōstratiuū) verū etiā poterimus de nobis & de alijs virtutis opinionē facere. naz viris studiosis, bonis, atqz morigeratis summa fides adhibet.

Qm̄ aūt accidit & sine studio, & cum studio laudare sępe non soluz hoiem, aut deū, sed ēt inaīata, aliorūqz aīalium qdlibet, de his quoqz ppositiones eodē modo accipiē dę sunt. Quare aliquantulū exempli gratia dicamus, & de his.

Cōmētū. Cum assignasset vtilitatē supradictę intētionis, nunc vult assignare necessitatē, & dicit. [Qm̄ āt accidit & sine studio] .s. temere quasi ioco, [& cū studio,] .i. attentione, q̄ fit a pposito quasi serio, vel aliter. [Qm̄ aūt accidit & sine studio] .s. dicēdo, vt venerit in buccā, sicuti plerīqz faciūt [& cū studio] .s. meditādo p nos, & vidēdo auctores, q de silibus dixerūt, eos. vz. imitādo [laudare sępe nō solū hoiez, aut deū, sed ēt inanimata, aliorūqz aīalū qdlibet,] iō subaudi necessaria erit ars, per quā [de his quoqz ppōnes eodē mō accipiēdę sunt,] vt sumpsimus in deliberationibus. est eniz ars recta rō agendoz, iō cū dicere possit orator de laude & vituperatione bene, & nō bene. temere, & a pposito, erit necessaria ars, qua dirigatur ad bene dicēduz. & sic opz accipe artē, p quā formemus ppōnez eodē mō in h dicēdi gñe, vt formate sunt in genere deliberatiuo. Hec de necessitate ppositę intētionis. Tūc cōcludit quō de his vult dicere, & ait, [Qre aliquātulū exēpli grā dicamus, & de his,] e quibus accipiunt elemēta, & ppōnes ad dicendū in gñe demōstratiuo, dixit [aliquantuluz exēpli grā,] qz diligēter de his dixit in libris ethicoz. hic autem aliquantulū per modum exēpli dicet, & tantuz, quantum sufficit pro locis, & propositionibus sumendis.

Honestuz igitur est quod cum bonum sit vtiqz iocundū est, quia bonum.

Cōmētū. Cū accepisset intētione, & vtilitatē, & necessitatē intentionis, nūc psequēdo more boni mathematici pacaccepit definitionē honesti. Cā aūt, qm̄, vt diximus, qui laudat, ab honesto laudat, & q vitupat, ab turpi vituperat. & dicit. [Honestū igit est, qd (cū bonum sit vtiqz) iocū-

dom est, qr bonũ,]cur vero addidit, qr bonũ exponamus. Nã malũ aliqñ iocũdũ est, non tñ qr malũ, nec qr est bonũ, sed qr hñs appetitũ corruptũ, malũ bonũ esse putat. At honestũ iocundũ est, non nisi qr bonũ est, nõ aũt pp appetitus corruptionẽ. ¶ Quo vero ad verba attinet, in trãslationibus veterib⁹ inueniẽ vna alia definitio, que est, [honestũ est qðcũq3 pp se eligibile existẽs, laudabile est,]q̃ non inueniẽ in codicibus grecis nr̃is, nec ẽt in illis, quos habebat Georgius. puto ẽt supfluaȝ esse. qm̃ satis describitur per illam, quaȝ nos habemus. Egidius tamen eam exponit satis dilucide.

¶ Qr si hoc est honestũ, necesse est virtutẽ eẽ honestũ. nam cũ sit bonum, est laudabile.

Cõmẽta. ¶ Ex definitione ꝯcludit, τ facit postulationeȝ, τ dicit. [Qr si h̄ est honestũ].s. iocundũ, qr bonũ, [necesse ẽ virtutẽ esse honestũ,]cuius cãȝ dicit, [nã cum]virtus ipsa [sit bonũ,]est subaudi iocundũ quippiaȝ ac laudabile. Quare cũ virtutes sint iocũdę, qr bonę, iõ pro postulatione accipiaẽ virtutes eẽ quędã honesta, bona, ac laudabilia. alia aũt q̃ sunt iocũda, nõ qr bona, sed pp alias cãs, nõ sunt p se honesta, nec p se laudabilia. vt diuitię, diuitię eniȝ nõ sunt iocundę, qr bonę, sed qr vtiles sunt ad vitã, vel ad actiones bonas, iõ nõ sunt p se honestę. pñt ẽt esse male, si eis male vtamur, iõ nec sunt p se expetibiles, nec p se honestę, nec per se laudabiles. At virtus cũ sit iocũda, qr bonũ, ideo est per se honestuȝ, laudabile, atq3 expetibile.

¶ Est autem virtus (vt videẽ) vis quędam ꝓductiua τ conseruatiua rerum bonarum, est etiã vis benefaciendi multa, τ magna, τ omnia in omnibus.

Cõmẽta. ¶ Cum deduxerit virtutẽ esse honestũ, τ qð laudabile, nũc exponit qð sit virtus, τ dicit. [Est aũt virtus (vt videẽ)].s. quasi oĩbus manifestũ, [vis q̃dã ꝓductiua, τ cõseruatiua reꝝ bonaꝝ.]dixit vis quędã, non quidẽ a natura nobis insita, vt visiua facultas, sed ex laudabilib⁹ actibus ꝓducta. [reꝝ bonaꝝ,]qm̃ p virtutẽ acqrimus honorẽ, τ gloriã, diuitias, τ amicos, τ alia plurima. deinde assignat secũdã definitionẽ, τ dicit. [Est ẽt vis benefaciẽdi multa τ magna, τ oĩa in oĩbus,]cũ dicit multa τ magna, intelligit de pticulari virtute. naȝ hęc virt⁹, vel illa est vis faciendi multa τ magna bona, cũ vero dicit, τ oĩa in oĩbus, loqtur gñatiȝ de vniuersa virtute. nã hęc vel illa virtus est vis faciẽdi multa τ magna bona. Uniuersa virtus est vis faciendi oĩa bona in oĩbus, in q̄bus fieri pñt. Vbi cã, iustitia est vis ꝓducendi atq3 cõseruãdi bonũ publicũ, τ priuatũ, qð est valde bonum. Fortitudo vero est vis ꝓductiua libertatis, atq3 illi⁹ conseruatiua, eodẽ mõ dici põt de vnaquaq3 aliaꝝ. At vniuersa virtus (q̃ est aggregatum ex oĩbus virtutibus) est productiua τ conseruatiua omnium bonoꝝ in omnibus, vt fieri potest: atq3 vt decet.

¶ Partes autẽ virtutis sunt iustitia, fortitudo, tẽperantia, magnificẽtia, magnanimitas, liberalitas, mãsuetudo, prudẽtia, τ sapiẽtia.

Cõmẽta. ¶ Cuȝ definisset virtutẽ, enumerat ptes virtutis, q̃ sunt spẽs (accepit eniȝ ptes pro spẽbus.) τ dicit. [Partes autẽ virtutis sunt iustitia, fortitudo, tẽperãtia, magnificẽtia, magnanimitas, liberalitas, mãsuetudo, prudentia, τ sapientia.]tacuit hic aliq̃s, vt modestiam, qr est iustitię comes. Affabilitatẽ, quã est mansuetudinis assecla. Tacuit vrbanitatẽ, vel qr non est virtus pclara, vel qr ipsa ẽt est mansuetudinis assecla. Ueritatẽ etiam qr est iustitię sodalis. insuper pretermisit continentiam, qr est pars temperãtię: vel qr non est simpliciter virtus.

¶ Necesse est aũt (siquidẽ virtus benefaciendi vis est) maximas eas esse virtutes, q̃ plurimum alijs vtiles sunt. Hac rõne iustos ac fortes maxime honorant, cũ hi quidẽ in bello, illi autẽ ẽt in pace vtiles ipsis sint. deinde liberales, non eniȝ ꝯtendũt de pecunijs, sed largiunẽ eas, quas sũmopere cęteri cupiũt. plurimũ vtiles χρησιμωτατοι honorabilit sunt. honorant τιμωσιν laudant.

Cõmẽta. ¶ Cũ enumerasset virtutes, nũc facit cõparationẽ inter eas, τ dicit. [Necesse est aũt (si quidẽ virtus bñfaciendi vis est) maximas eas eẽ virtutes, q̃ plurimuȝ alijs]hominibus ab eis, q eas hñt, [vtiles sunt,] χρησιμωτατοι enim, nõ honoratissime est trãsferendũ, vt in veterib⁹ trãslationib⁹ habeẽ, sed vtilissimę, vel plurimũ vtiles. ideo q̃ Egidius dicit, frustra sunt. [hac rõne iustos, ac fortes maxime]τιμωσιν .i. honorãt, vel laudant, homines, [cũ hi qdẽ].s. fortes [in bello, illi autẽ ẽt in pace vtiles ipsis].s. hoĩbus [sint.]τ cũ dixit ẽt in pace, innuit iustitiã esse vtilẽ, tũ in bello, tũ in pace. nã iustitia etiaȝ in bello nõ nihil cõfert. facit enim saltẽ vt iusti in bello iusto libẽtius adeãt bellũ, fortitudo ẽt in pace vtilis ẽ, facit eniȝ vt iustitia seruẽ pncipalr̃ tñ est vtilis in bello. [deinde]laudãt [liberales]ac honorãt [nõ enim cõtendũt de pecunijs, sed largiunẽ eas, q̃s sũmopere cęteri cupiũt.]a liberalib⁹ non excludunẽ magnifici, qr magnificus maximas pecunias emittit. nec magnanimus, qui magna .s. circa singulas virtutes operatur. hęc de cõparatione virtutum.

¶ Est aũt iustitia quideȝ virtus, qua singuli (quę sua sunt) possident, τ vt lex. Iniustitia autẽ per quã aliena, nõ, vt lex. Fortitudo est per quã bonoꝝ operũ actiui in pĩculis sunt, τ vt lex pręcipit. τ legi obsequens. Timor aũt contrariũ. Tẽperantia est virtus, p quã ad voluptates corporis ita se hñt, vt lex iubet. Intẽperantia vero cõtrariũ. Liberalitas est in pecunijs bñfactiua. Illiberalitas vero ꝯriũ. Magnanimitas est virtus magnoruȝ beneficioꝝ effectiua. Pusillanimitas auteȝ ꝯriũ. Magnificẽtia ẽ virtus magnitudinis sumptuũ effectiua. Modicitas autẽ cõtrariũ. Prudẽtia deniq3 virtus mẽtis est, qua de malis, ac bonis (quę ad fęlicitatẽ narrantur) bene cõsulere pñt. τ de virtute igiẽ τ vitio vlr, τ p partes, quantũ attinet ad pñtem oportunitatem, sufficienter dictum est.

Cõmẽta. ¶ Cũ egisset de cõparatione virtutuȝ, nũc qð vnaqueq3 sit, exponit, τ dicit. [Est aũt iustitia quidẽ virtus, q̃ singuli, q̃ sua].s. bona [sunt,]hñt, τ [possidene. τ vt lex].s. pcipit. [Iniustitia aũt, p quã aliena, non, vt lex] pcipit, sed ꝯ legem, possidẽt. Intelligit aũt hęc nõ de distributiua iustitia, sed de cõmutatiua. deinde de fortitudie dicit, [fortitudo est per quã bonoꝝ operuȝ actiui in periculis sunt, τ vt lex pcipit.]τ addit fortitudinẽ non solũ esse h̄, sed [τ legib⁹ obsequẽs est]atq3 amministratiua, seruanẽ eniȝ leges pp fortitudinẽ. [Timor autẽ ꝯrũ.]

deinde de tēperantia dicit. Tēperantia est virtus, per quā homines ad voluptates corporis, ita se hñt, vt lex iubet, intēperātia vero 9traria. deinde de liberalitate dicit, liberalitas est in pecunijs bñfactiua, illiberalitas vero 9triū. deinde de magnanimitate dicit, magnanimitas est magnorū bñficiorū effectiua. qm̄ magnanimus est, q magna circa singulas virtutes operatur. Pusillanimitas aūt 9triū. deinde de magnificētia dicit, magnificētia est virtus magnitudīs sumptuū effectiua. Modicitas aūt 9triū. demū de prudentia dicit. Prudentia deniq3 virtus est δ·ιανοιας, idest mentis, qua de malis ac bonis, (q̄ ad fęlicitatē narrantur) homines bene 9sulere pñt. Immo prudētia est nexus oīu3 virtutū. nā cu3 sit recta rō oīu3 eorū, q̄ agimus, ⁊ virtutes oēs recte rōnes sint, fit, vt p prudentiā oēs virtutes connectant in ipsa recta rōne p quę p3 9triū. s. imprudentia. tūc epilogat, ⁊ dicit, ⁊ de virtute igit, ⁊ vitio vlr pmo, ⁊ deinde de p partes, quātū attinet ad pñtem opportunitatē, sufficiēter dcm̄ est. nā de his in libro ethicorū, quātū dici potuit, est expositū. sed de sapiētia nō posuit definitionē Ari. qm̄ p sapientiā prudentiā voluit intelligere. In pposito, aūt aduerte tm̄ iustitiā, fortitudinē, tēperātiā definitas eē, qz hoies p illas agūt, vt lex pręcipit. cęteras aūt, nō, nō enim liberalitas definita est, q sit virtus bñfactiua in pecunijs, vt lex iubet. nec magnanimitas, nec cęterę id genus, ppea aliquas hoc pacto, aliās illo mō definit Ari. at in libris ethicorū, oēs descripsit p mediocritates recta rōne regulatas. qm̄ hic nō vult ita diligēter de his dicere, s3 solū quantū facit (vt dixit) ad nīm ppositum.

De cęteris autē nō est difficile perspicere. perspicuu3 enim est q ⁊ effectiua virtutis, quoniam ad virtutez, ⁊ quę a virtute fiunt, necesse sit laudabilia esse. Huiusmodi autez sunt inditia virtutis, ⁊ opera.

laudabilia καλα bona honesta.

Cōmētū. Cū dixisset de virtute ⁊ partibus eius, hic determinat de eis, q̄ hñt aliquo mō ordinē ad virtutē. Hęc aūt, (vt innuit Arist.) ad tria gña reducunt, qm̄ alia sunt causę effectrices virtutis, vt actus, q virtutez pcedūt. alia sunt effectus virtutis, vt actus studiosi, q a virtute pficiscuntur. Alia vero sunt signa virtutis, vt voluptas, ⁊ dolor, nā signū q virtus sit in nobis facta, est voluptas, q̄ pcipit in agēdis. oē eni3 qd̄ pficiscit a virtute, cū voluptate sentit pficisci. qd̄ aūt non pficiscit a virtute, iam facta, cū dolore sentit. dicit igit Ari. de cęteris aūt, quę nō sunt virtus, sed ad virtutē ordinata, non est difficile pspicere q ipsa ēē sint laudabilia. ⁊ h exponit, ⁊ dicit, pspicuu3 enim est, q ⁊ effectiua virtutis, q̄ sunt actus pcedētes gñationē virtutis. qm̄ ad virtutē ordinant, vt cāę effectrices. ⁊ quę a virtute fiūt, vt actus, q pficiscunt a virtute, ⁊ vt signa pfectę gñationis virtutis, oia hęc necesse sit laudabilia esse: honesta, ac bona. exponit aūt ea, q̄ fiunt a virtute, ⁊ dicit, hmōi aūt, q̄ fiunt a virtute, sunt inditia virtutis, vt voluptas, ⁊ idolētia, ⁊ opa. s. actus studiosi. oia eni3 hęc eē laudabilia non est difficile pspicere. qm̄ oia hicūt aliquo mō ordinē ad virtutē. verū virtus est p se laudabilis, hęc vero laudabilia sunt, inquantū dicūt ordinē aliquo mō ad virtutez.

Qm̄ aūt inditia, ⁊ hmōi quęcūq3 sunt boni viri opera, vel passiones, laudabilia sunt, necesse ē ⁊ quęcūq3 fortitudinis opera, vel inditia, vel fortiter gesta sunt, laudabilia eē. ⁊ quę iusta, atq3 iuste facta. Sed passiones nequaquā. Nā in hac vna virtute, non semper qd̄ iuste, laudabile est. quin potius cum dānant, turpe magis sit qd̄ iuste, q̄3 qd̄ iniuste. eodē quoq3 modo in cęteris virtutib9.

laudabilia καλα honesta bona. laudabilia καλα honesta bona.

vna μονη sola. laudabile καλον honestum.

Cõmẽta. ¶ Assignat quartũ locũ a magnitudine emolumẽti, que est sine cõparatione ad dãnũ,ꝛ dicit.[Aut cui nõ est supplicũ par emolumẽto,]qrñ sine cõparatione longe maius est emolumẽtuz q̃ dãnum.ꝛ ꝑ hoc differt hic locus a ꝑrimo,q2 ꝑrimus erat inter emolumẽtũ ꝛ dãnũ cõparabilia, presens locus est inter illa sine cõparatione, cuius exẽpluz affert , ꝛ dicit,[vt videt̃ se hẽe tyrannis.] suppliciũ eniz eoꝝ,qui occupant rempubli. magnũ est, verũ emolumentũ,qd̃ sequitur ex tyrãnide sine cõparatione maius est. Ideo vnusquisq3 cũ3 potest,occupat rẽpublicã,q2 ꝯsiderat emolumentũ sine cõparatione esse maius supplitio,qd̃ inde tyrãn9 pateret̃. Egidius ãt nõ intellexit hũc locũ. sepe eniz exponit 3 sensuz verboꝝ.

¶ Et quibuscũq3 iniurie quidẽ sunt lucra,cõdẽnationes autem opprobria solum.

¶ Assignat quintũ locuz a dissimilitudine lucri ꝛ pene,ꝛ dicit.[Et quibuscũq3 iniurie quidẽ sunt lucra,condẽnationes aũt opprobria sunt.]verbũ quibuscũq3 distributiuũ est,non ad oẽs simpl'r quidẽ,sed(vt recte dicit Egidius)ad eos,qui lucra ꝓponunt opprobrijs. Cõmẽta.

¶ Et quibus cõtra iniurie quidez laudi cuidam sunt. vt si alicui simul cõtigerit patrem vel matrez vlcisci,veluti Zenoni Condẽnationes aũt pecunie aut exilij,aut alterius huiusmodi. Iniuriãtur enim vtriq3 hi sine hoc sine illo se habeant mõ,sed morib9 oppositi.

¶ Assignat 6m locũ ecõtraria dissimilitudine, ꝛ dicit [Et qbus 3 iniurie quidẽ laudi cuidã sunt, vt si alicui simul cõtigerit patrẽ vel matrẽ vlcisci,veluti Zenoni,]qui parentez vlcius,ꝓposuit honorẽ exilijs atq3 pecunijs,[cõdẽnationes autẽ pecunie,aut exilij,aut alterius hmõi,] ostẽdit vtrosq3 hos iniuriasse , sed alio atq3 alio more, ꝛ dicit,[iniuriant̃ enim vtriq3 hi sine hoc sine illo se habeant modo,sed moribus oppositi.]naz primoꝝ mos erat ꝑponere lucrum opprobrijs,secũdorũ ꝟo contra, laudem lucris, ꝛ alqs eiusmodi. Cõmẽta.

¶ Et qui sepe aut celarunt , aut condemnati non sunt.

¶ Assignat 7m locũ ab euẽtu, ꝛ dicit. [Et qui sepe aut celarũt,aut condẽnati non sunt].i. aut sepe iniuriati sunt, ꝛ nõ sunt condẽnati.hi enim iniuriant̃ ,q2 non timẽt cõdẽnari,cum putent habere secum fortunam fauentẽ.credẽtes eniz qd̃ sepe cõtingit,semꝑ fore,audẽt iniuriari. Cõmẽta.

¶ Et quibus sepius aggressis , paruz successit. sunt enim nonnulli in talibus,sicuti in rebus bellicis, vt qui iterato ad pugnã redeũt.

¶ Assignat 8m locũ ab euentu,sed cuz successione parue pene, ꝛ dicit.[Et quib9 sepius aggressis,parũ successit,] dãni.ꝛ in hoc differt hic locus a priore,q2 in eo nihil,in hoc dãni quicq̃ sequit̃. verbũ illud[aggressis parũ successit,]non est ad verbũ sic in greco, Arist. enim vtitur verbo ꝯposito,cuius significationẽ sic explicauit Georgius,ꝛ mihi placet,qrñ non põt aliter intelligi. exponit hoc ꝑ exẽplum, ꝛ dicit, [sunt eniz nõnulli in talibus].s. iniurijs inferẽdis,[sicuti in rebus bellicis]milites, [vel illi milites,[qui iterato ad pugnaz redeunt,] qrñ sepius aggressis parum periculi successit. Cõmẽta.

¶ Et quibus vtiq3 voluptas statiz inest, dolor aũt postea. aut lucrum,posterius ꝟo dãnũ. sunt aũt hmõi ipsi intẽperãtes. est aũt intẽperantia circa omnia,quecunq3 appetunt.

¶ Assignat 9m locuz a celeritate voluptatis , ꝛ postpõne dãni, ꝛ dicit. [Et quibus vtiq3 voluptas statiz inest]iniurianti ex iniurijs illatis,[dolor aũt]inest[posterius.] Cõmẽta.

hi sunt apti iniuriari. [aut lucrũ] statiꝫ inest, [posterius vero dãnuꝫ,] hi etiã sunt apti iniuriari. deinde exponit quĩ sunt isti, ⁊ dicit, [sunt autẽ hmõi] ipsi intẽperantes, [verũ qꝛ in ethicis non sic accepit intẽperantes, ideo ostẽdit, quo mõ accipit nunc, ⁊ dicit, [est autẽ intẽperantia de q̃ hic loquimur, circa oĩa, queq̃ꝫ appetunt] hoĩes, naꝫ intẽperantia pprie est solũ circa voluptates tactiles, ⁊ gustus: les cõmuniter autem (de qua hic loquimur) est circa omnia, quę homines appetunt.

¶ Et quibus contra dolor quidẽ aut dãnum iamiam, voluptas autẽ ⁊ emolumentuꝫ posterius atq̃ꝫ diutius. temperãtes eniꝫ ⁊ prudentiores hęc prosecuntur.

Cõmẽtaꝰ. ¶ Assignat locũ 10ᵐ ex cõtraria rõne, ⁊ dicit. [Et] iniuriãtur etiã [quibus cõtra dolor quidẽ aut dãnum, iamiaꝫ] .s. statim inest, [voluptas autẽ ⁊ emolumentũ, posterius atq̃ꝫ diutius.] exponit aũt Aristo. hos, ⁊ dicit, [tẽperantes enim ⁊ prudẽtiores hęc prosecuntur.] nam hi futuꝫ bonum pñtaneo malo pręponũt. nec loqtur Arist. de tẽperantibus, ⁊ prudentibꝰ moralibus, quoniã studiosi non iniuriant, sed loqtur de talibus, qui sunt a natura.

¶ Et quibus vtiq̃ꝫ cõtigerit opinari fortuna, vel necessitate, vel natura, vel cõsuetudine fecisse, ⁊ in sũma erraſſe, sed nõ iniuriatos eẽ.

Cõmẽtaꝰ. ¶ Assignat locũ 11ᵐ ab opinione excusabili, ⁊ dicit. [Et] illi iniuriant, [quibus vtiq̃ꝫ cõtigerit opinari fortuna, vel necessitate, vel natura, vel consuetudine fecisse] iniurias, [⁊ in summa] hi cõfitent [erraſſe sed nõ iniuriatos esse,] qa nõ sponte, sed coacte iniuriati sunt, cõpulsi aut fortuna, aut necessitate, aut natura, aut cõsuetudine. cum enim putant sic se a peccato excusare, iniuriantur.

¶ Et quibus vtiq̃ꝫ contigerit id, qđ est equũ adipisci.

Cõmẽtaꝰ. ¶ Egidius intelligit hunc locũ 12ᵐ accipi ab acqsitione optimi. ⁊ scdm hoc dicit. [Et quibus vtiq̃ꝫ ptingerit id, qđ est] optimũ, honestũ, ⁊ pulchruꝫ [adipisci,] videntur enim (vt dicit) hoies excusari, qñ ex iniuria, quam inferũt, aliquẽ honoris statum acquirunt. errant aũt, qꝛ verbum grecũ est ἐπιεικοῦς τυχεῖν, idest equum sortiri, vel adipisci. ⁊ pterea intẽdit eos iniuriari, [quibus cõtigerit id qđ est equũ sortiri.] nam cũ viderit aliter non posse ius suum obtinere, nisi iniuriã fecerit aduersario, cõpellit ad iniuriandũ. sępius enim vidimus alterũ litigantium alterum interemisse, quia aliter ius suum arbitrabatur obtinere non posse.

¶ Et quicunq̃ꝫ vtiq̃ꝫ egerint. Sunt aũt egentes dupl'r, naꝫ aut qñ necessarijs egentes vt inopes. aut qñ superuacaneis, vt diuites.

Cõmẽtaꝰ. ¶ Assignat locũ 13ᵐ ab indigentia, ⁊ dicit. [Et] iniuriantur etiã [quicũq̃ꝫ vtiq̃ꝫ egerint.] ⁊ exponit eos, qui egent, ⁊ dicit, [sunt aũt egẽtes dupl'r, nam aut] simpl'r, [quoniã] ἀναγκαίου, idest [necessarijs] sunt [egentes,] (accepit enim singularẽ numeꝶ pro plurali,) [vt] sunt [inopes,] qui simpl'r egent necessarijs ad vitaꝫ, [aut qñ] egentes sunt, ὑπερβολῆς, idest [excessu, vt diuites,] qui egẽt [superuacaneis] vtriq̃ꝫ enim accipiendo bona aliena iniuriant, qꝛ vtriq̃ꝫ indigent, licet non eodem modo.

¶ Et qui nimis pręclari, ⁊ qui nimium infames. hi quidem qñ non videbuntur, illi vero quoniam non magis videbuntur.

Cõmẽtaꝰ. ¶ 14ᵐ locũ accipit a cõditionibus hoium, ⁊ dicit. [Et q] nimis pręclari] vt reges ⁊ pręclares, ⁊ potentes, [⁊ qui nimiũ infames] sunt, hi iniuriant, sed aliter, ⁊ aliter, [hi quidem] .s. valde infames, [qñ] si omiserint iniuriari, [nõ videbunt] maiores dignitate q̃ sunt, sunt eniꝫ adeo infames, vt pp nõ iniurias inferendas, nunq̃ habebũtur melio. es. [illi vero] .s. potẽtes [qñ] si dimiserint iniuriari, [non magis videnẽ] .s. honorabiliores q̃ arbitrãtur se esse Egidius vero (vt mihi videt) hũc locũ nõ sane exposuit, pp verba corrupta trãslationis, quaꝫ habebant. nos vero aliter exposuimus olim ⁊ fortẽ non minus ad ppositũ, vt dicamus valde infames iniuriari, [qñ] pp iniurias, quas inferũt, [nunq̃ videbunt] .s. infamiores, valde pręclaros vero, qñ si pręterierint facere iniurias, [non magis videbũtur] pclari, qñ sunt in apice honoris. ⁊ hęc expõ placet eĩ. demũ eligas tibi gratiorem.

¶ Ipsi igitur sic se habẽtes, aggrediuntur.

¶ Nũc epilogat, ⁊ dicit. [Ipsi igit sic se habẽtes] (vt dictum est) ἐπιχειροῦσιν, idest [aggrediuntur,] vel conantur iniuriari.

¶ DE IIS, IN QVOS INIVRIE FIVNT.

¶ Iniurias vero faciunt in eos, ⁊ ea habentes, quibus ipsi egẽt vel ad necessaria, vel ad excessum vel ad voluptatem.

Cõmẽtaꝰ. ¶ Cum dixisset de psonis, qui sunt apti iniuriari, ⁊ de q̃litatibus eoꝶ, nũc de psonis loqtur, quę sunt aptę iniurias perpeti, ⁊ de qualitatibus harum, quaruꝫ ppõnit vnũ locuꝫ generalẽ, ⁊ dicit, [Iniurias vero faciũt in eos, ⁊ ea habẽtes, quibus ipsi] iniuriantes [egent.] Quare hi hoies iniurias pati apti sunt, quicũq̃ꝫ ea hñt, qbus iniuriãtes egent, ⁊ exponit quõ egẽt, ⁊ dicit, egent dico [aut] simpl'r .i. [ad necessaria] vt .s. necessitatẽ expleant, veluti inopes, [aut ad excessum,] vt .s. abundẽt, veluti diuites. [vel ad] ἀπόλαυσιν .i. ad voluptatẽ, vel fruitioneꝫ, vt vꝫ. fruant, ceu intẽperãtes. Quare oẽs, qui iniuriaꝫ perpetiunt, ideo perpetiunt, qꝛ iniuriãtes indigẽt, ⁊ cuꝫ indigere nõ fit absq̃ꝫ cupiditate, igit patiunt iniurias pp ea iocũda, quoꝶ in nobis pręcedit cupiditas, siue rõnalis, siue pter rõnẽ sit cupiditas. nam cũ ea, quoꝶ pręcedit cupiditas, sint iocunda, psonę aptę pati iniurias sunt, q̃ habẽt ea iocũda, quoꝶ pcedit cupiditas. Hęc aũt, vt dicit, sunt ad tria, vel ad necessitateꝫ viuendi, vel ad excessum, vel ad fruitionẽ. hęc generatim de pmo loco.

¶ Et in remotos, ⁊ propinquos. nam horuꝫ quidẽ deprehẽsio difficilis, illoꝶ vero punitio tarda. veluti qui Carthaginẽsibus furant.

Cõmẽtaꝰ. ¶ per spẽs vero loci plures numero sunt, quoꝶ primuꝫ accipit a ppinquitate, ⁊ remotio locoꝶ, ⁊ dicit. [Et in remotos, ⁊ ppinquos] scdm locũ, iniuriãtes sunt apti inferre iniurias. igit scdo loco psonę aptę pati iniurias, sunt, aut quę longe absunt, aut quę prope sunt, ⁊ assignat cãꝫ vtriusq̃ꝫ partis, ⁊ dicit, [naꝫ hoꝶ] .s. qui prope sunt, [deprehẽsio difficilis,] ppinquitate loci facile celari potest iniuria, ⁊ ita cũ difficultate dephendit iniuriãs. [illoꝶ vero] .s. qui lõge absunt, [punitio tarda, veluti q Carthaginẽsibus furant,] qui lõge absunt. ab eis eniꝫ tarde fures puniunt pp locoꝶ distantiam. ¶ Quo vero ad verba attinet, verba illa [dephensio difficilis,] grece sunt ἡ λῆψις ταχεῖα, Georgius exposuit, horũ quidẽ ab ablatio cito, vnde verba sua sunt, ab alijs nãq̃ꝫ cito auferũt, quare per illud verbũ λῆψις ablationẽ, p illud vero verbum ταχεῖα cito, vel celerẽ intellexit, quę expositio non mihi placet, qꝛ verbũ λῆψις, captio siue dephensio est sane, melius ergo est exponere, vt diximus.

¶ Et in eos, qui nō cauent, nec obseruāt, sed creduli sunt. facile eni3 est hos oēs latere.

Cōmēta. ¶ Scdm locū accipit ab scuria, ⁊ credulitate, ⁊ dicit. [Et in eos, qui non cauent] se nec sua, [nec obseruāt, sed creduli sunt] ad bonū, incauti eni3 hoīes, qui sua non obseruāt ꝓp bonā credulitatē, apti sunt pati iniurias. probat Ari. ⁊ dicit, [facile eni3 est hos omnes latere] s. propter incuriam, ⁊ bonę fidei possessionem.

¶ Et in ipsos negligētes. diligentis enim est vlcisci.

Cōmēta. ¶ Tertiū locū accipit a negligentia, ⁊ dicit. [Et in ipsos negligētes] apte fiunt iniurię, [diligētis enim est] ἐπεξελθεῖν, idest [vlcisci,] vel resistere iniurijs, vel non curauerunt de vltione.

¶ Et in ipsos verecūdos, nō enim pugnaces sunt pro lucro,

Cōmēta. ¶ Quartum locū accipit a verecūdia, ⁊ dicit. [Et] facile inferunt iniurias [in ipsos verecundos,] cuius cām assignat, ⁊ dicit [non enim pro lucro pugnaces sunt,] prę nimio pudore, atq3 modestia.

¶ Et i eos q a multis iniuria affecti, ⁊ nō vlti sunt qm̄ sunt i ꝓuerbio: mysoꝝ hi p̄da sunt.

Cōmēta. ¶ Quintum locū assignat a consuetudine patiendi iniurias, ⁊ dicit. [Et] facile iniurias inferunt [in eos, q a multis iniuria affecti] sunt, [⁊ non] ἐπεξελθόντας, idest vlti, vel non curarunt de vltione [qm̄ sunt in prouerbio] τούτους μυσῶν λείαν, idest [hi mysoꝝ pręda sunt.] Est aūt μυσὸς grece latine abominandus, vel exosus, vel sceleratus. quasi dicat prouerbiū, hos qui soliti sunt perpeti iniurias, ⁊ non vlti sunt, esse prędas oīu3 viliū.

¶ Et in quos nunq̄3, ⁊ in quos sępius. vtriq3 enim incauti, illi quidem, ꝙ nunq̄3. hi vo ꝙ non amplius.

Cōmēta. ¶ Sextum locū accipit a carentia, atq3 frequentia iniuriaꝝ, ⁊ dicit. [Et in quos nunq̄3] s. sunt illatę iniurię, [⁊ in quos sępius] s. sunt illatę, facile inferunt iniurię. cām assignat, ⁊ dicit, [vtriq3 enim incauti] sunt, [illi quide3] q nunq̄3 passi sunt iniurias, [ꝙ nunc,] ⁊ q nunq̄3, credunt vt sic sit semper, [hi vo] s. qui sępius passi sunt, ꝙ fastiditi atq3 desperati non amplius] curant.

¶ Et in calūniantes, facileq3 calūniatores. nā hi neq3 volunt, cu3 timeant iudices, neq3 ꝑsuadere possunt, e quibus odium, ⁊ inuidiā substinent.

Cōmēta. ¶ Septimu3 locū accipit a calūniatoribus, ⁊ dicit. [Et] iniuriātes facile inferunt iniurias, [in calūniantes, facileq3 calūniatores,] quales sunt peruersi hoīes, qui a grecis διάβολοι dicuntur, ⁊ assignat cām, ⁊ dicit, [nam hi neq3 volūt] s. ꝑsuadere iudicib⁹ iniurias, quas ꝑpetiuntur, [cum timeāt iudices] ꝓp sua scelera, [neq3 pñt ꝑsuadere] iudicibus, [e quibus odiū, ⁊ inuidias substinent,] ꝓpter enim odium ⁊ maliuolentiam, iudices potius putant oppositum eius, quod dicunt.

¶ Et in quos causam habent, aut ex parentibus, aut ex ipsis, aut ex amicis, qui male aut fecerunt, aut facturi erant, aut in ipsos, aut in parentes, vel in eos, qui curę sunt ipsis. nam (vt ꝓuerbiu3 est,) cā indiget solū iꝓbitas.

Cōmēta. ¶ Assignat 8m locū a cā, quę est in patiēte iniuriam, ⁊ dicit. [Et] facile iniuriant [in quos cā3 habēt, aut ex parētibus, aut ex ipsis] met iniuriātibus, [aut ex amicis.] habēt dico cām 3 hos, [qui male aut fecerunt, aut] nō fecerūt, sed [facturi erant,] idest cōspirauerūt facere, [aut in ipsos] iniuriantes, [aut in] suos [parētes aut in eos, qui curę sunt ipsis,] quales sunt amici, ⁊ filij, ⁊ fratres, ⁊ sorores, ⁊ vxores, [nam (vt prouerbiu3 est) causa indiget solū improbitas,] est aūt grece sic προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία.

¶ Et in ipsos inimicos, atq3 amicos, nam in hos quidē facile, in illos aūt iucundū est.

Cōmēta. ¶ Nonum accipit ab inimicitija, ⁊ amicitia, ⁊ dicit. [Et] facile iniurias inferunt [in ipsos inimicos, atq3 amicos] aliter tñ ⁊ aliter, [nam in hos quidē] s. amicos [facile.] q2 nō putant, [in illos aūt] s. inimicos [iucūdum est,] q2 iucūdu3 est nocere inimicis. sed dices omnis iniuria fit ꝓpter voluptatē, vt dictū est, igitur ta3 amicos q̄3 inimicos ꝓpter voluptatē iniuria afficimus. verum est, tamē iniuria facta inimicis per excellentia3 dicit̃ ꝓpter voluptatē facta, eo q2 iucūdu3 est ꝑ se nocere inimicis, inimicis vo per accidens, inquantū hñt aliqd quo egemus.

¶ Et in eos, qui sunt sine amicis.

Cōmēta. ¶ Decimu3 locū accipit a carentia amicoꝝ, ⁊ dicit. [Et in eos] facile iniurię inferūtur, qui sunt sine amicis,] ⁊ quanto magis sine cōsanguineis, atq3 affinibus. hi enī3 propter solitudinem non curant vlcisci.

¶ Et in eos, qui nec ad dicendu3, nec ad agendum sunt idonei. hi enim aut negligunt vlcisci, aut recōciliant̃, aut nihil perficiunt.

Cōmēta. ¶ Undecimū locū accipit ab ineptitudine dicēdi ⁊ agēdi, ⁊ dicit. [Et in eos] facile fiunt iniurię, [qui nec ad dicendū, nec ad agēdū sunt idonei.] q2 eni3 sunt inepti ad dicēdū, nō adeūt iudices, q2 vo nō sunt apti ad agēdū, [hi aut negligūt vlcisci, aut reconciliantur, aut nihil ꝑficiunt,] idest, aut non ad finem vsq3 prosecuntur.

¶ Et in eos, quibus non cōmodu3 est morari, vt obtineāt aut iudiciū, aut vltionē, vt aduenę, ⁊ opifices paruis enim dissoluūtur, ⁊ tales facile sedantur.

Cōmēta. ¶ Duodecimū accipit a tedio, ⁊ incōmodo patiētis iniuriā, ⁊ dicit. [Et in eos] s. facile iniurias inferūt, qb⁹ nō cōmodū est morari, vt] idest donec [obtineant aut iudicium] s. a iudicib⁹, [aut] obtineant virib⁹ ꝓprijs [vltionem] facere, ⁊ exponit hos, ⁊ dicit, [vt aduenę, ⁊ opifices] qui grece αὐτουργοί dicunt̃: nam hi sunt, q manu operant̃. deinde dat cām, quare isti nō possunt expectare finē, ⁊ dicit, [paruis enim dissoluūtur,] hoc est tedio magno afficiunt̃, vt nō possint illud pati, deinde dat secundā cām, ⁊ dicit, ⁊ tales aduenę, atq3 operarij [facile sedātur] in sua ira. volunt eni3 magis operari, q̄3 vlcisci.

¶ Et in eos, qui ipsi alijs plurimas iniurias intulerūt, aut tales, quales patiunt̃ iniurias. videt̃ eni3 esse aliqd ei propinquū, qđ nō est iniuriari, quando ſm aliqd huiusmodi quispiam iniuriabitur ei, vt consueuit etiam ipse iniuriari. dico autē, vt si quis cōtumeliari solitum contumeliose verberauerit.

Cōmēta. ¶ Decimūtertiū locū accipit ab ijs, qui ipsi sunt iniuriāti alijs, ⁊ dicit. [Et in eos] facile est iniuriari, [q ipsi alijs plurimas iniurias intulerūt, aut tales, quales patiuntur iniurias,] probat ⁊ dicit, q2 hoc est reddere malum pro malo, ⁊ ideo videt̃ [esse propinquum ei, qđ non est iniuriari,

riari, quando] vz. [Pro aliquid huiusmodi quispiã iniu riabit ei, vt pmeruit ẽt ipse] aliqs [iniuriari,] vnde cũ hoc sit reddere tale pro tali, videt̃ fere iustũ. exponit autem hoc exẽplo, ꝛ dicit, [Dico autez, vt si quis contumeliari solitum contumeliose verberauerit.]

¶ Et in eos, qui aut fecerunt male, aut voluerunt, aut volũt, aut facturi sunt. nam ꝛ voluptatẽ id, ꝛ laudem habz. estqꝫ hoc ei propinquum, qđ est non videri iniuriari.

¶ Hic locus 14ᵘˢ nõ differt a loco pximo, nisi qꝛ iste est vlior, tã ad eos, qui fecerũt, q̃ ad eos, qui facere voluerunt, ẽt ad eos q volunt nũc facere, ꝛ ad eos, qui sunt facturi. proximus aũt solũ ad eos, q fecerũt, ꝛ dicit. [Et in eos] facile iniurias iferũt, [qui aut fecerũt male, aut voluerũt] s. facere male, [aut volũt] nũc facere male, [aut futuri sunt] male facere. ꝛ assignat rõnẽ, ꝛ dicit, [nãz voluptatẽ id, ꝛ laudẽ hz, estqꝫ hoc ei propinquũ, qđ est nõ videri iniuriari.] qm̃ est propinquum ei, qđ dicitur malum pro malo reddendum est.

¶ Et in eos, qbus grati sunt, aut amicis, aut hjs, quibus admirationi sunt, aut amãtibus, aut dominis, aut vir quibus ipsi viuunt.

¶ Assignat 15ᵐ locũ ab hjs, quibus iniuriãtes sunt grati, ꝛ dicit. [Et in eos,] facile est iniuriari, [qbꝰ grati sunt,] ꝛ exponit eos, quibus grati sunt, ꝛ dicit, [aut amicis, aut hjs, qbꝰ admirationi sunt, aut amãtibꝰ, aut dñis, aut vir qbus ipsi viuũt.] est aũt facile his facere iniurias, qꝛ nõ est credibile nos talibus iniuriari. ideo quicqd ageat contra iniuriãtem, videbit̃ iniustũ esse. ꝛ nõ intelligit p amicos in considerationibus hisce, vt legit̃ 6ᵒ ꝛ 9ᵒ ethicorũ, accipit enim amicos hic pro beneuolis.

¶ Et in eos, a quibus est veniam habere.

¶ Assignat 16ᵐ locũ a spe veniẽ, ꝛ dicit. [Et in eos] s. facile iniurias faciũt, [a qbus est veniã hẽre] i. a quibus sperant veniam consequi. spe enim veniẽ audent.

¶ Et in eos quos accusauerint, ꝛ cito ab incẽpto destiterint, velut quẽ Calippus fecit in Dionem. nam etiã huiusmodi videnť ppinqua ei qđ est non videri iniuriari.

¶ 17ᵐ locũ affert, sed põt dupliciter exponi, vno mõ (vt cõtra eos sit facile iniuriari,) a qbꝰ quẽsiuimus, vt iustitiã facerẽt, ꝛ nõ fecerũt, ꝛ tunc dicit, ꝛ in eos facile est iniuriari. [Quos] idest apđ quos [accusauerint, ꝛ cito ab incẽpto destiterint,] qꝛ ab eis nõ receperũt iustitiã, [velut quẽ Calippus fecit in Dionẽ] iudicẽ, cui accusauit iniuriantẽ, ꝛ nõ inuenit iustitiã. ꝛ assignat cãm, ꝛ dicit, [nã ẽt hmõi videntur ppinqua ei, qđ est non videri iniuriari,] cum eniz quẽsierit iustitiã, ꝛ non fecerit, visus est dignus iniuria. Aliter ꝛ melius, vt velle in eos facile fieri posse iniurias, quos accusauerint de iniurijs, ꝛ nõ inuenerunt apud iudices iustitiã, nam sic videt̃ quasi iustũ, vt proprijs manibus iniuriã fecerint eis, de quibus nõ inuenerunt iustitiã. dicit, [ꝛ in eos] facile est iniuriaz inferre, [quos accusauerint, ꝛ] non inuenientes iustitiaz a iudicibus [cito ab incepto destiterint,] velut quẽ Calippus fecit in Dionẽ,] quem accusauerat, ꝛ non habuit iustitiã de eo: [nam] (vt inquit) [ẽt hmõi videnť propinqua ei, qđ est non videri iniuriari] Calippus eniz cum non inuenerit iustitiam, Dionem proprijs manibus vltus est, quod fere iustum videtur.

¶ Et in eos, qui ab alijs futuri, si non ipsi, tã quã non amplius sit possibile cõsiliari. sicut dicit̃ ęnesidemus Geloni scripsisse catabia depopulato qm̃ pṽenit, tanq̃ ꝛ ipse futurꝰ.

¶ Assignat 18ᵐ locũ a preuẽtione iniuriẽ, ꝛ dicit. [Et in eos] facile iniuriẽ inferunt, [qui ab alijs futuri] subaudi sunt pati iniurias, [si nõ ipsi] inferemus, [tanq̃ non amplius sit possibile ɔsiliari,] de euasione ab iniurijs, qm̃ si nõ ipsi inferimus, oĩno alij inferent. vñ apud Esopũ, cũ lupus inuenisset agnũ solũ p syluam, dixit cur solus incederet, rñdit, qꝛ mater me dereliqt solũ. Misertus ho lupus, dixit vade, nec amplius solus incedas, ꝛ cũ agnus p aliquot passus, pgressus esset, lupus secũ cõsiliando, dixit oĩno alij lupi comedẽt, melius igit̃ est, vt eum nos voremus, ꝛ hac rõne ductus agnum comedit. Adducit tñ exemplũ, ꝛ dicit [sicut dĩ,] cuius exẽpli verba grẽca sunt, αινεσιδημος γελωνι πεμψαι κατα βια ανδραποδισαμενα οτι εφθασεν, ως και αυτος μελλων, hẽc verba sic legit Georgius, Enesidemus Geloni scripsisse catabia oppidũ depopulato q. s. eum vrbem illaz depopulaturũ paulo pṽenisset, per q̃ dedit intelligere excusabilẽ esse Gelonẽ qui depopulauit oppidũ, qđ erat sine dubio in depopulationẽ futurum. Aliter legi potest, Enesidemus Geloni misisse ęreas phialas captiuos ducenti, qm̃ pṽenit, quasi esset ipse quoqꝫ futurus ducere. p q̃ declarauit nõ male fecisse Gelonem ducentẽ captiuos, qm̃ nõ poterãt nõ captiuari, misit autẽ ęreas phialas in munus simul cũ enũciatione in signum honoris Gelonis, vel qꝛ sic consuetum erat.

¶ Et in eos, quibus iniurias cuz fecerint, poterunt iuste facere multa, quasi facile sarcituri, vt Jason Thessalus dixit, opus esse in quibusdam iniuriari, vt iure quoqꝫ multa facere possint.

¶ Assignat 19ᵐ locũ a recõpẽsatione, ꝛ dicit. [Et in eos] facile est iniuriari, [quibus iniurias cuz fecerimus,] vel fecerit, [poterunt,] vel poterimus [iuste facere multa, quasi facile sarcituri] iniurias, ꝛ assignat dictũ Jasonis, ꝛ dicit, [vt Jason thessalus dixit,] δεῖν ἀδικεῖν ἔνια, idest [opus esse in quibusdam iniuriari, vt iure] inquit Aristo. [multa facere possint,] vel possis.

¶ Et quẽ omnes aut multi iniusta facere cõsueuerunt. Veniam enim in his se consecuturos putant.

¶ Dixit de hjs, q apti sunt iniurias pati, sꝫ in qbꝰ rebus nũc exponit, ꝛ assignat pmũ locũ a multitudine eorũ q̃ hũt iniuste, ꝛ dicit. [Et q̃ oẽs aut multi facere iniusta ɔsueuerũt.] cuius rõnẽ affert, ꝛ dicit, [Veniã eniz in his se cõsecuturos putant] quasi illos nũs defendat.

¶ Et q̃ celare facile est, huiusmodi autẽ sunt, quẽ vel cito cõsumunt̃ vt edulia, aut facile figuris vel coloribꝰ, vel ɔplexionibꝰ imutant̃.

¶ Assignat secũdũ dicens, [ꝛ quẽ celare facile possunt,] exponit quẽ, ꝛ dicit, [huiusmodi aũt sunt, q̃ vel cito consumuntur, vt edulia, aut facile figuris immutantur,] vt argẽtea, aureaqꝫ, ꝛ id genus, [vel coloribus,] vt vestes, [vel complexionibus,] ꝛ mixturis, vt semina tritici, milij, fabarum, ꝛ alia.

¶ Aut quẽ celari pluribus in locis possunt, huiusmodi aũt sunt, quẽ facile deferũtur, ꝛ paruis in locis reconduntur.

¶ Assignat tertiū ⁊ dicit. [Aut q̄ celari pluribus in locis possunt, hmōi autē sunt, quę facile deferunt̄, ⁊ paruis in locis recōdunt̄,] vt lapidea, p̄ciosi margaritę, ⁊ id gen⁹.

¶ Et ea, quorū similia, ⁊ non diuersa, multa pręexistebant iniurianti.

¶ Assignat quartū locum, ⁊ dicit. [Et ea, quoꝝ similia, ⁊ nō diuersa, multa pręexistebāt iniurianti,] vt nūmi, nā nūmi cum nummis misti non discernuntur.

¶ Et q̄ ꝑpessos iniuriā pudet dicere. vt vxoꝝ ꝓpriarum, aut sui, aut filioꝝ contumelias.

¶ Assignat 5ᵐ locū, ⁊ dicit. [Et quę perpessos iniuriā pudet dicere, vt vxoꝝ ꝓpriaꝝ, aut sui, aut filiorum contumelias] stuprum, adulteria, ⁊ id genus.

¶ Et ea in quibus aduersarius vtiq̄ litiū studiosus videbit̄, sunt aūt hmōi ⁊ parua, ⁊ in quibus statim venia est. Quo igit̄ modo se habentes iniurientur, ⁊ quibus, ⁊ quos, ⁊ cur, hęc fere sunt.

¶ Assignat 6ᵐ locū, ⁊ dicit. [Et ea, in q̄bus aduersarius] qui accusat [vtiq̄ litium studiosus videbit̄, sunt autem huiusmodi ⁊ parua, ⁊] ea, [in quibus statim venia est,] in his enī iniurię facile fiunt, q: qui accusat de talibus, videbit̄ litiū amator. demum epilogat, ⁊ dicit, [quo mō igit̄ se habētes iniurient̄, ⁊ in quibus] rebus, [⁊ quos,] vel in quos, [⁊ cur,] q: ꝓꝑ res iucūdas, [hęc fere sunt.]

¶ DE INIVRIIS IVREQVE FACTIS. HOC EST. DE INIVSTITIIS ATQVE IVSTIS.

¶ Iniurias autem, iureq̄ facta omnia distinguamus, hinc primum incipientes.

¶ Cum dixisset, de reb⁹, quaꝝ gratia fiunt iniurię, ⁊ quomō se hn̄tes iniurias inferant, ⁊ q̄bus personis, ⁊ in q̄b⁹ rebus, nunc de iniurijs ipsis, iureq̄ factis, hoc est de iniustitijs atq̄ iustis vult disserere, ⁊ primo ꝓponit intentionē, ⁊ modū ꝓcedendi, ⁊ ordinē, ⁊ dicit, [iniurias autē, iureq̄ facta,] hoc est iniustitias, atq̄ iusta omnia [distinguamus,] hęc de intentione ⁊ modo ꝓcedendi, deinde assignat ordinē, ⁊ dicit, [hinc] .s. a diuisione legum, ⁊ a definitionibus earum, ⁊ a definitionibus iniurię, atq̄ iure facti [primum incipientes]

¶ Determinant̄ itaq̄ iusta atq̄ iniusta ad leges duas, ⁊ ad quos sunt duplr̄. legē aūt dico alteram quidē propriam, alteram autē cōmunē. propriā quidē quę singulis inter seipsis determinata est, ⁊ hanc aliam scriptam, aliam non scriptam.

¶ Nunc exequitur, ⁊ primo accipit quę sint iusta, quęue iniusta, ⁊ quibus, deinde ꝓsequēdo declarat hęc distincte, ⁊ dicit. [Determinantur itaq̄] idest definiuntur [iusta atq̄ iniusta ad leges duas,] quoniā est iustum, quod est ſm duas leges, iniustū ꝟo, qd̄ est ꝓter legē hanc, vel illā: [⁊ ad quos sunt duplr̄,] qm̄ vel ꝓter legē ꝑsonā, q̄ pars ciuitatis est, lędit, vel ciuitatē ipsā cōēm. aut afficit ſm legē personā, q̄ est pars ciuitatis, aut ciuitatē ipsam, igit̄ iustū est afficere ciuitatē vel partē ciuitatis ſꝫ leges duas, iniustū ꝟo lędere ciuitatē vel ciuitatis partē ꝓter legē alterā. Has definitiones confuse tetigit, deinde volēs has definitiones distincte declarare, ꝓmo distinguit leges, ⁊ dicit, [legē aūt dico alterā quidē ꝓpriā, alteram autē cōem,] ⁊ exponit mēbra, ⁊ dicit [ꝓpriā quidē, quę singulis ipsis inter se determinata est,] hęc enim (vt recte Egidius dicit) est ius positiuū, vel saltē continet ius positiuū, qd̄ pro hoīum diu̾sitate, sic est diuersum, ⁊ ꝓpterea dixit [singulis ipsis inter se determinata est.] qm̄ pro alio atq̄ alio hoīum cōsensu, ⁊ pro alia atq̄ alia ciuiū cōuētione aliter ⁊ aliter determinat̄. deinde subdiuidit propriā legē, ⁊ dicit, [⁊ hanc aliā scriptā, aliā non scriptā,] Egidius referēs verbū [hanc,] qd̄ gręce est τουτον, ad legē ꝓpriā, dicit ius positiuū, qd̄ lex propria continet, posse scribi, ⁊ non scribi. qm̄ ius positiuū domesticum (qd̄ in domo ponit̄ a patrefamilias) non scribit̄ in legibus domesticis, licet possit scribi, non tamē opus est, vt scribat̄, q: a familiaribus memoria tenetur. Ius ꝟo positiuum ciuile, qd̄ cōe est oībus ciuibus, scribitur in ciuilibus legibus, quoniā non tenet̄ memoria. ⁊ si diceres Aristo. superius nō scriptam legē dixit esse legē naturalem, quę continet ius naturale. dicendū q̄ licet ius positiuū possit esse nō scriptū, semper tn̄ quantū ad se, opus est, vt scribat̄, exterius, cum e memoria decidi possit nō enim est nobis natura inditum: quēadmodum ius naturale. ⁊ ꝓpterea appellauit superius legē, quę huiusmodi ius continet, scriptam. Ius ꝟo naturale, potest scribi, tn̄ quantū est in se, non opus est, vt scribat̄, q: nobis est natura inditū. videmus enim gentes, quę legem scriptā nō habēt, vt ęthiopes, ⁊ scythas, ⁊ alios, ea naturaliter facere, quę legis sunt, monstrantes legis opus in suis cordibus scriptū habere, qua rōne fit, vt ius naturale ꝑ quandam excellentiā ius non scriptum dicat̄. Qm̄ tn̄ natura non indiget, vt scribatur. At ius positiuū ē, q: ſꝫ se cōsideratū, indiget, vt scribat̄, ꝑ excellentiā dr̄ ius scriptū pōt tn̄ esse non scriptū, ꝓpter breuitatē, ⁊ vsum, vt patet de iure domestico. Ius ꝟo scriptū, qd̄ positiuum vocat Egidius, nōnulli ⁊ nos quoq̄ in epithomate distinguimus q̄ sit duplex, nā si lex pacto ciuibus ipsis inter se, aut cōdito determinata est ſꝫ aliqd̄, qd̄ ex ipsa re sequitur, cōtinet ius cōe, qd̄ dr̄ ꝓpriū, ⁊ ius gentiū, ⁊ ius nāle humanū. si enim cōsideret̄ ager absolute, non hꝫ, vnde magis hui⁹ q̄ illius sit, ideo de iure nāli simplr̄ oīa sunt cōia. At si ager cōsideret̄ ſm aliquid, qd̄ ex ipso sequit̄, vt ſm opportunitatē colendi, ⁊ ſm pacificū vsum agri, ⁊ ſm alia quędā, quę possunt agrū sequi, vt sic rationē quādam habet, vt sit vnius, ⁊ non alterius, vt Aristo. inquit politicoꝝ 2°, ⁊ dicit̄ hoc pacto ius propriū, q: continet̄ in lege propria, ⁊ dicitur ius gentium, q̄ cōmune sit oībus gentibus, ⁊ qm̄ considerare aliquid cōparādo ipsum ad aliqd̄, qd̄ ex ipso sequtur, est ꝓpriū rōnis. q̄ rō. est hoībus qͦdā nāle, ideo hoc ius ē: dr̄ hoībus nāle, qm̄ ſm hoīuꝫ nālē rōnē, q̄ h̄ dictat. vn̄ Gaius iurecōsultus inquit, qd̄ nālis rō inter hoīes ꝯstituit, id apud oēs gentes custodit̄, hinc fit, vt ius cōe, ⁊ ius ꝓpriū vtrūq̄ ius nāle dicat̄. Illud quidē simplr̄, hoc ſm quid. Illud cōe hoībus ⁊ feris. hoc propriū hoībus. At si lex pacto, aut cōdito ciuibus determinata ſm placitū, ⁊ voluntatem merā, non aūt ſm aliquid, qd̄ ex ipsa re sequit̄, ius continet mere positiuum, voluntarium. ⁊ mutabile, qd̄ nullam humanā rationē habet, nisi volūtatem, eius vel eorum, qui authoritatē habent condēdi leges. ⁊ si rationē habet, non est recta ratio simpliciter, sed valde ſm qd̄, scilicet aut pro loco, aut pro tempore, aut pro alia diminutiua conditione.

¶ Cōmunem autem quę ſm naturam est, est enim quiddā natura iustum, ⁊ iniustum, qd̄ omnes vaticinant̄. etiam si nulla inter se societas, aut pactum sit.

¶ Nunc

¶ Nũc declarat cõez legẽ, ⁊ dicit. Cõem aũt, q̃ ſm naturam eſt, hec enĩ cõtinet ius nãle. eſt enĩ (vt inqt) quid dã nãe iuſtũ, ⁊ iniuſtũ, qd oẽs vaticinant̃, et ſi nulla inter ſe ſocietas, aut pactũ ſit. eſt enĩ ius nãle quedam quaſi nãlis cõmẽſuratio, qua alterũ ad alterũ ſe hz, quaz tam hoies q̃ aialia natura ad quedã alia cõmẽſurate ſe hñt. Hoc pacto mas ad feminã quadã nãli cõmẽſuratione ſe hz, vt ex ea generet, pater quoqz ad liberos cõmenſurationez nãlem hz, vt eos nutriat. Ager hz ad oia aialia nãlez cõmenſurationẽ, vt ſit oibus cõis. Cõis igitur lex eſt ſm quam ius cõmune, ac naturale dicitur.

¶ Queadmodũ, ⁊ Sophoclis antigona dicere videt̃, cuz iuſtũ abſolutũ eſſe dixerit, ſepelire Polynicẽ, quaſi ſit natura id iuſtum. nõ enĩ nũc aut nudius tertius, verũ ſemper id viget, nemoqz ſcit ex quo apparet.

¶ Nunc declarat qd dixerat authoritate, ⁊ exẽplo inducto a Sophocle poeta, ⁊ dicit. Quemadmoduz ⁊ Sophoclis antigona .i. queadmodũ apud Sophoclẽ antigona vĩ dicere, cũ iuſtũ abſolutuz .i. cõe ⁊ nãle eſſe dixerit ſepelire Polynicẽ, quaſi ſit natura id iuſtuz, Polynicem Egidius exponit edificatorẽ ciuitatis, qd an id ſit, lege carmina Sophoclis. deinde affert Sophoclis verba poſtq̃ dixit eſſe iuſtũ ſepelire Polynicẽ, ⁊ dicit, ου γαρ τοι νυντε καχθες αλλα ειειποτε ζη τουτο κουδεις οιδεν εξ οτου φανειν, ideſt non enim nunc, aut nudius tertius, verũ ſemper id viget, nemoqz ſcit ex quo apparet. per q̃ pz qd ſit ius nãle, eſt enĩ ius nobis natura inditũ, ſemp manẽs, ac nunq̃ mutabile, qd cũ ſit nobis nã inditũ, neſcimus vnde veniat, qd dicit̃ de eis, que nobis natura inſunt. ergo vult habere per hec primaz conditionẽ iuris naturalis .ſ. vt ſit ſemper, quoniã ignoramus vnde venerit ad nos.

¶ Et vt Empedocles dicit, de non interficiẽdo animato, hoc nõ his quidẽ iuſtũ, illis aũt nõ iuſtum. Sed qd omnibus legitimum, ⁊ perlate diffuſum etherem altũ ordinatũ eſt, ⁊ per magnam rurſus terram. ⁊ vt indicit in mẽſentaco Alcidamus.

¶ Cuz declaraſſet authoritate Sophoclis primã conditionẽ iuris nãlis, vt ſit ſemper, nũc per authoritatẽ Empedoclis declarat ſecũdã q̃ ſit vbiqz, ⁊ apud oẽs idem, ⁊ dicit. Et vt Empedocles dicit de nõ interficiẽdo aiato, τουτο γαρ ου τισι μεν διχαιον, τισι δε ου διχαιον, αλλα το μεν παντων νομιμον δια τ' ευρυμεδοντος αιθερος ηνεκεως τετακται δια τ' απλετου αυγης .i. hoc non is quidẽ iuſtũ, illis autem nõ iuſtũ, ſed qd oibus legitimũ, ⁊ p late diffuſuz etherez altũ ordinatũ eſt, ⁊ p magnã rurſus terrã, verbũ terraz in aliqs codicis legit̃ γης, in aliqs ħo αυγης, ⁊ ppea aliq claritatẽ exponũt, ſed idẽ eſt, qm intelligit p terrã clarã. ergo ius nãle eſt oibus iuſtũ, ⁊ id qd eſt oibus legitimũ, ⁊ ordinatũ p late diffuſum etherẽ altũ .i. celum. ⁊ per magnã terrã rurſum inſtitutũ, ⁊ obſeruatũ. ſed vtrũ nõ occidere aiatũ, ſit de iure nature, nõ eſt diſputãdũ, nec Ariſto. ad hoc inſpexit, ſed tãtũ ex verbis Empedoclis collegit id, qd erat ad ſuũ ppoſitũ, non curãs quid eſſet de veritate propoſite rei. deinde confirmat hoc per alium poetam, ⁊ dicit, ⁊ vt dicit in meſeniaco Alcidamus. quare ius naturale eſt qd eſt ſemper, ⁊ vbiqz idem.

¶ Ad quos aũt determinata ſunt, duplr̃ ſunt determinata. nã aut ad cõez ſocietatẽ, aut ad vnũ ſocietatis agẽda vel non agẽda ſpectãt. Jccirco iniurias iureqz facta atqz agere iniuſte, ⁊ iuſte agere, duplr̃ eſt, aut enĩ ad vnuz certũ, aut ad ſocietatez. adulterãs enĩ ⁊ verberãs iniuria afficit aliquẽ certum. Qui ħo militiam deſerit, ſocietatem.

¶ Nunc declarat ad quos vel quibus ſiunt iniuſta, ⁊ dicit. Ad quos autẽ determinata ſunt, dupliciter ſunt determinata, aut ad cõmunẽ ſocietatẽ, aut ad vnum ſocietatis agenda vel non agenda ſpectant, ppterea concludit, iccirco iniurias, iureqz facta atqz agere iniuſte ⁊ iuſte agere duplr̃ eſt, ſubaudi conſiderare, aut enim ad vnum certum .ſ. ciuem, aut ad ſocietatez, ideſt aut ad cõmunẽ ciuitatẽ. declarat per exemplũ, ⁊ dicit. adulterans enĩ ⁊ verberans iniuria afficit vnum certuz .ſ. priuatum ciuem. Qui ħo militiaz deſerit, ⁊ non vult pugnare, ſocietatem .ſ. totam ciuitatẽ iniuria afficit. ergo vno modo lex diuidi poteſt per naturalem, ⁊ poſitiuã, ⁊ alio modo (vt nunc diuidit) per comparationem ad eos, ad quos officit.

¶ Cuz igitur, que iniuſte ſiunt oia diuidant̃, qd alia ad cõe, alia ad aliuz vel alios, ſi prius qd ſit iniuriã pati repetierimus, cetera dicemus. Jniuriam pati ergo eſt cum a volentibus iniuſta inferuntur. Jniuriari enim voluntarium eſſe prius definitum eſt.

¶ Nũc volẽs agere de iuſtis, atqz iniuſtis, ppõit p̃ eſſe repetẽdũ qd ſit pati iniuriã, ⁊ dicit. Cũ igit̃, que iniuſte ſiũt, oia diuidant̃ q alia ad cõe, alia ad aliũ .ſ. priuatuz ciuẽ, vel alios priuatos ciues ſiãt, ſi prius qd ſit iniuriã pati repetierimus, cetera dicemus .ſ. iuſta ⁊ iniuſta. ſed dices prius nõ dixit de ipſo pati iniuriã, ſed de ipſo agere iniuriã. igit̃ non repetit, cũ repetere ſit idez bis dicere. dicendũ q̃ ſi dixit qd ſit agere iniuriã, dixit correlatiue quid ſit pati iniuriam. ideo vocat hoc qd dicit, repetitionem. deinde exponit quid ſit iniuriam pati, ⁊ dicit, iniuriam pati ergo eſt cum a volentibus iniuſta inferuntur, dico a volentibus, nam iniuriari voluntarium eſſe prius definituz eſt, ergo per cõuerſionẽ actiui in paſſiuum, iniuriam pati eſt, cum a volentibus iniuſta inferuntur.

¶ Qm̃ aũt neceſſe eſt eũ, qui iniuſte patit̃, ledi, neqz ſpõte ledi, (leſiones quidẽ ex prioribus patẽt, bona enĩ ⁊ mala p ſe priũ diuiſa ſunt, volũtaria ẽt eẽ, q̃ ſciẽtes) neceſſe eſt, pfecto peccata oia vel ad ciuitatez, vel ad priuatos ſpectare, ⁊ hec aut a neſciẽte, vel nolẽte, aut a volẽte ⁊ ſciente fieri. ⁊ horũ quedã electione, quedã affectu. Ac de ira quidẽ in hĩs, q̃ de affectibus dicet̃, que ħo eligunt, ⁊ quo modo ſe habentes prius dictum eſt.

¶ Verũ anteq̃ agat de iuſtis, ⁊ iniuſtis, repetit pro maiore parte ea, q̃ dixit, vt cõtinuet ſe ad ppoſituz, ⁊ verba ſunt ſuſpẽſiua vſqz ibi neceſſe eſt, ⁊ dicit, quoniaz autem neceſſe eſt euz, qui iniuſte patitur ledi, neqz ſponte ledi, nemo enim iniuriam patitur ſponte, deinde reſumit ſecundaz, ⁊ dicit, leſiones quidez ex prioribus patent, ⁊ repetit per que leſiones ex priorib' patẽt, ⁊ dicit,

[bona rerum] .s. vtilia, [et mala] .s. dānosa [p se prius diuisa sunt,] imō p hęc declaratę sunt lęsiones. deinde resumit tertiū, & dicit, [voluntaria ēt esse] sc. a dictū est, [quę scienter] .s. faciūt, sic determinādo suspēsionez, repetit qd ppte dictū est; & dicit, [necesse est pfecto peccata oīa vel ad ciuitatē vel ad priuatos spectare,] quę subdistinguit vlterius, & dicit, [& hęc] necesse est [fieri aut a nesciente,] vt puta cuz pe:cauerit aliqs per ignorantiā, [vel a nolente] cū peccauerit per sciaz, sed inuitus, vt. vz. compulsus [aut a volēte & sciēte,] vt cū peccauerit per scientiā & spōte. iterum subdiuidēs dicit, [& horuz] .s. peccatoꝝ, q̄ fiūt sponte, & scienter, [quędā electione, quędaz affectu] necesse est fieri. hęc repetit, de quibusdā vō se excusans, dicit, [ac de ira] & cęteris affectibus [quidē in his, q̄ de affectibus] .s. scdō huius, [dicemus, q̄ vō eligunt, & quo mō se habētes] eligunt, [dictum est prius.]

Quoniā aūt sępe ꝯsitentes fecisse, aut libellū negāt, aut id de quo ē libellus (vt accepisse qdē, sed nō furatū eē, vt verberatū esse, sed nō ꝯtumeliatū eē, vt fuisse vna, sed nō adulteratū esse, aut furatū esse, sed non sacroꝝ expōliationē (nō eniz dei aliqd) aut subtulisse, sed nō publica, aut collocutū esse cū hostibus, sz nō pdidisse) ppea oportebit etiā de his determinare, vt quid furtū, qd ꝯtumelia, qd adulterium, vt siue esse siue nō esse iustū velimus ostendere, declarare habeamus.

Nūc vult inuestigare qd restat dicere, & dicit. [Cū autem sępe cōfitentes fecisse,] sc. aut libellum] oblatuz iudici ab accusatore [negant, aut] saltez negant [id, de quo est libellus,] sc. γραμμα enim gręce libellus est accusatorius, verbi causa, [vt accepisse quidem] concedunt, [sed non furatū esse,] in oībus eniz his accipit singulare pro plurali, vt furatū pro furatos eē. [& verberatum eē, sed nō ꝯtumeliatū esse, & fuisse vna] scz cū vxore alicuius, [sed nō adulteratū eē, aut furatū esse, sed nō] fecisse [sacroꝝ expoliationē,] q̄ est sacrilegiū, [nō enim dei aliquid] furatū esse dicet, [aut] cōcedet [subtulisse] sc. alz aliqd, [sed nō] bona [publica, aut collocutū eē cuz hostib⁹ sed non pdidisse,] cū igit hęc dici possint, [ppea oportebit ēt de his determinare, vt qd furtū, qd cōtumelia, qd adulteriū,] & dat cāz, & dicit, [vt siue eē, siue nō esse iustū velimus ostēdere, declarare habeamus.] idest habeam⁹ scientiā de eis. nō eniz pōt mōstrari aliqd horū esse, vel nō esse iustū, nisi habeat scientia horum omnium.

De oib⁹ eniz his, litigatio est verū iniustus sit, & iprobus, an nō iniustus: est enim in electione improbitas, atqꝫ iniuria. & hmōi noīa ꝯsignificāt electionē, veluti cōtumelia & furtū. nō enim si verberauit, statiz cōtumelia affecit sed si alicuius grā, vt si aut vituperandi aliū, aut voluptatis suę. neqꝫ oīno si clā accepit, furatus est, sed si in dānuz eius, a quo accepit, & in appropriationem sui, similiter autem & de alijs se habet, sicuti & de his.

Cuz dixisset oportere declarare ea, si velimus scire an qs iusta vel iniusta fecerit, nūc assignat cāz, & dicit. [De oibus eniz his,] q̄ dicta sunt, [litigatio est, verum sit, iniustus, & iprobus, an nō iniustus] neqꝫ improbus, ille, quę hęc agit, nā dubiū est vtrū qui accepit bona aliena, furatur, & vtrū q est vna cuz vxore aliena, adulterat, & sic de alijs, cū hęc fuerint dubia, igit opz declarare oīa, quę dicta sunt, vt furtū, & adulteriuz, & cętera. deinde hęc declarat & vult pbare quo mō in delictis enumeratis sit iprobitas, & quo mō nō, & dicit, [est eniz in electione iprobitas, atqꝫ iniuria & hmōi noīa ꝯsignāt electionē, veluti cōtumelia, & furtū,] & cętera supius enumerata, igitur in his est improbitas quatenus sunt in electione. Qr aūt in his noibus sit improbitas, q̄tenus in eis est cōsignificatio electionis, pbat & dicit, [nō eniz si verberauit, statiz cōtumelia affecit, sed si alicuius grā, vt si aut vituperandi aliū, aut voluptas suę, neqꝫ oīno si clam accepit, furatū est, sed si in dānuz eius, a quo accepit, & in appropriationē sui, similr aūt & in alijs se hz sicut & de his,] igit in his noibus oibus est improbitas, atqꝫ malitia. qm̄ i eis est cōsignificatio electionis, quo vō in eis nō est significatio electionis, nec aderūt alię ꝯditiones, non erit iprobitas. per q̄ oīa vult hēe Arist. eum qui ꝯcedit furatū eē, nō posse excusari, nec euz, qui ꝯcedit adulteratū eēt, qm̄ oīa hęc ꝯsignant electionē, eū vī q accepit bona aliena, posse excusari, vel euz q fuit simul cū vxore aliena, sitr. nam de oībus his qō est vtruz iustus sit, & improbus an non, qui hęc agit. ergo ad hoc vt iprobitas sit, & iniuria, necesse est vt in electione sit. nō eniz si verberauit, statiz ꝯtumelia affecit, sed si alicuius grā. igit in his est improbitas, quatenus est in eis electio, nec sufficit sola electio; sed opz alias ꝯditiones adesse, quare ad inferendaz iniuriam requirit pmo, vt lędat, scdō, vt scienter, tertiu vt spōte, quartō, vt electione, vel affectu, igit furari est rez clam accipere ab aliquo illā sibi appropriādo electione vel affectu, cōtumeliari vō est pcutere aliquē electione vel affectu grā dehonorādi illū vel suę voluptatis, & de cęteris iniurijs eodē modo. Sed dices Arist. pbauit in his nō esse improbitatē, nisi quatenus in eis est electio, superius aūt dixit in his esse improbitatez, si affectu vel electione fiunt. Igitur nō oportet in his semper esse electionē, sed vel electionē vel affectū. dico q supius accepit electionē, vt distinguit cōtra affectū, electio eniz vt distinguit ab affectu, est electio mere volūtaria, q̄ fit sola rōne dictāte. & ideo dixit hęc fieri affectu, vel electione, hic accepit electionē fusius pro actu elicito voluntatis, quouis mō facto siue affectu, siue voluntate rōne dictante, vt idē sit eligere, & spōte facere. Quare scdm B requirit pmu ad inferēdā iniuriā, vt lędat, deinde sciēter atqꝫ sponte, siue electione, q̄ idē est, tertio grā iniuriādi. & si diceres, Aristo. non expressit nisi vnā cōditionē, dico q hic duas expressit, vt. vz inferēs eligibiliter, & gratia iniuriandi agat, superius aūt dedit intelligere alias, vt lędat, & scienter. Ex eo eniz qr iniuriās lędit, scienter, eligibiliter, & grā iniuriādi, est iniustus atqꝫ improbus. hęc de iniustis generatim, & de iustis.

DE BONO ET ÆQVO.

Qm̄ aūt duę iustoꝝ, atqꝫ iniustoꝝ species erāt, altera qdē scripta, altera vō nō scripta: de his qdē, de qbus leges scribunt dictū est.

Cuz dixisset de iustis, & iniustis, quę in legibus scribūtur, nunc vult dicere de iustis, & iniustis, quę non scribūtur in legibus. & primo proponit intentionem suaz continuando pręcedentia ad sequentia, & dicit. [Quoniam autem duę iustorum atqꝫ iniustorū species erant, altera quidem scripta, altera vō non scripta, de his quidem] iustis atqꝫ iniustis [de quibus leges scribuntur, dictum est,] subaudiendum, restat ergo dicere de iustis atqꝫ iniustis

iustis

iustis nō scriptis in legibus, ꝛ de bonis ꝛ ęquis, quę dicuntur iusta non scripta. Ex his, quę dixit, patet iustum scriptū id omne esse, qd̄ est s̄m legē scriptam, id vero qd̄ est pr̄ter legē scriptā, de esse iniustum scriptū. Quare de iustis atq; iniustis non scriptis differendum post hęc. ¶ Quo vero ad verba attinet, Aristo. est vsus plurali pro singulari, dixit enim τα μεν pro altera quidem.

¶ Non scriptoꝝ aūt duę sunt spēs, quaꝝ altera quidē est ꝑ excessuz virtutis ꝛ vitij, i qua vituperationes, ꝛ laudes, infamię ꝛ honores, donationesq; sunt. veluti grām hr̄e benemerito, ꝛ vice versa ei bn̄facere, q bene fecit. ꝛ paratuz eē amicis, ꝛ cętera id genus. Altera vero est ꝓprię legis, (q̄ ēt scribit̄) defectus. nā qd̄ ęquum ꝛ bonum est, videt̄ iustum esse. ęquum autem ꝛ bonum est qd̄ pr̄ter legez scriptam iustum est.

¶ Cuz dixisset de iustis, atq; iniustis scriptis in legibus, nūc exeq̄tur de iustis atq; iniustis nō scriptis, de qbus ꝓposuit dicere, ꝛ dicit. [Nō scriptoꝝ aūt] .i. iustoꝝ, vel iniustoꝝ [duę sunt spēs, quaꝝ altera qdē est ꝑ excessum virtutis ꝛ vitij.] Quę eniz s̄m hāc spēz iusta vel iniusta sunt, adeo manifeste ac excedētis virtutis, ac vitij, vt nō scribere oporteat, qm̄ facile memoria tenent̄. ꝛ exponit ea, q̄ sunt in hac spē, ꝛ dicit, [in qua vituperationes ꝛ laudes, infamię ꝛ honores, donationesq; sunt:] ꝛ excedentes, ꝛ manifesti, adeo, vt nō opus sit scribere. [veluti grām hr̄e bn̄merito] .i. ei, qui bn̄ficia cōtulit, [ꝛ vice versa ei bn̄facere, qui bn̄fecit ꝛ paratū esse amicis, ꝛ cętera id genus,] vt honorare parētes p̄ceptores, ꝛ deū. Sunt enī hęc iusta quasi innata, atq; p̄ncipia ꝑ se nota q̄ nobis nā indita nescimus, vn̄ veniunt. vn̄ sicuti ꝓpōnes p̄me (vt Auer. dicit) e qbus alię deriuant̄, nescimus e quibus veniāt, sic hmōi iusta nescimus vn̄ veniāt, ꝛ ꝓpēa nō opus est (vt scribant̄) qm̄ facile memoria habent̄, minime ēt scribunt̄ iniusta, q̄ sunt ꝑ excessum vitij, in qbus vitupe rationes, infamięq; oībus patēt, deinde exponit aliam spēm, ꝛ dicit, [altera vero] spēs iustoꝝ atq; iniustoꝝ [est ꝓprię legis (q̄ ēt scribit̄) defectus.] non enim in legibus scribit̄ oē iustū scriptibile, qm̄ nō semper scribunt moderationes legis, nec cōditiones, q̄ regrunt̄ ad veritatē legis, nec scribūtur fallētię, qbus fallit lex, nec scribitur interp̄tatio legis quo ad locuz, tp̄e, ꝛ personas, cum hęc itaq; scribi nō possint, id hęc iustoꝝ, vel iniustoꝝ spēs dr̄ legis scriptę defectus, ꝛ ne tu credas hmōi nō esse iustum (qr̄ est defectus) ideo dicit [naz qd̄] ἐπιεικὲς idest [nam qd̄ bonū ꝛ ęquū est, vr̄ iustū esse,] ἐπιεικὲς autez idest [bonū aūt ꝛ ęquū est qd̄ pr̄ter legē scriptā iustum est.] est igit̄ sylls, bonum ꝛ ęquuz ꝛ iustum, ius non scriptum est bonū ꝛ ęquū, igitur ius nō scriptū est iustum, huius syllogismi primo maiorē, deinde minorē posuit, conclusio vero subaudienda est.

¶ Accidit aūt id partiz nolētib⁹, partiz volētib⁹ legislatorib⁹. nolētibus qdē, cū lateat. volētib⁹ vero, ꝛ cū nequeāt determinare, sed necesse sit vl̄r dicere, qd̄ nō ita, sed vt plm̄ sit, ꝛ cū nō facile sit dterminare oīa ꝓp infinitatē. vt si ferro ꝑcussit, quāto, ꝛ quali quodā. tp̄a enī deerit enumerāti. si ḡ de q̄ determiāri nō pōt, de eo lex ferēda ē, necē est simplr̄ dicere.

¶ Nūc assignat cāz quare nō scribit̄ bonū ꝛ ęquū i legibus .i. q̄re nō scribit̄ in legib⁹ ille defectus, quē supplent legib⁹ sapiētes atq; viri boni, ꝛ dicit. [Accidit aūt id] .i. vt in legib⁹ non scribat̄ ille defect⁹, [partim nolētibus] atq; inuitis, [partiz legislatorib⁹] ipsis [volētib⁹,] deide exponit mēbra, ꝛ dicit, [nolētib⁹ quidē cū] defectus iste addēdus [lateat] legislatores. nō enī cū scribūt occurrit. [volētibus vero] ꝓp duas cās, quaꝝ primā affert, ꝛ dicit, [ꝛ cū nequeāt determinare,] ipeditis. vz. multitudine rerū agēdaꝝ, ꝛ multitudie reꝝ, q necē sunt ad limitationē legū. ꝛ ꝓpēa dicit, [sz necē est] leges ipsas [vl̄r dicē, qd̄ nō ita] sit vl̄e id qd̄ scribit̄ i legib⁹, vt sit d̄ oīb⁹ ꝛ singulis casib⁹. [sz vt plz sit,] ꝛ idefinitū. vbi cā, hęc est lex, q hoiēz occiderit, capite puniat̄. hęc enim lex ꝓpō indefinita ē, ꝛ hz locū, ꝛ veritatē in pluribus, nō aūt in oīb⁹ casibus. deinde dat secūdā rōnē, ꝛ dicit, [ꝛ cū non facile sit determinare oīa ꝓp infinitatē] eoꝝ q̄ pūt legē limitare, [vt si ferro ꝑcussit quāto ꝛ q̄li quodā] ferro, ꝛ quo vulnere, ꝛ an casu, an ex ꝓposito, ꝛ si ipōte, an vi, ꝛ si ꝓp sui dfensionē, an grā iniuriādi, [tp̄a eniz deerit enumeranti] limitationes, ꝛ casus, qbus lex limitari pōt. Sz est vnū dubiū, cū limitationes, ꝛ casus scribi nō possint, vtrum melius sit leges scribere cū oīb⁹ limitationib⁹, ꝛ casib⁹, vsq; ad sua tēpora notis legislatorib⁹, an lex in sua simplicitate sit ferēda simplr̄ vl̄r, ꝛ idefinite sine limitationib⁹, ꝛ casib⁹. r̄ndet Arist. ꝛ dicit, [si ergo de quo determinari nō pōt] cōditionib⁹, ꝛ casibus, [de eo lex ferēda est, necesse est simplr̄ dicere] .s. vl̄r, ꝛ indefinite, nec additis casib⁹, nec limitationib⁹ notis legislatorib⁹, sed in sua simplicitate tradere, nā ꝓp additiones hasce nō habet̄ cōplectus itellectus legis, ꝛ accidit in legib⁹ obscuritas tāta, vt nec a ꝓprijs legislatorib⁹ intelligant̄, nec ab interp̄tibus, ꝛ quāto minus a ciuib⁹, q alijs vacant. Signo nobis sunt in p̄mis Moses celeberrimus legislator, q (cū vidisset leges obscurissimas fieri additione oīuz coꝝ, q̄ ad intellectū addi p̄nt) eas tradidit in sua simplicitate vl̄r, ꝛ indefinite, quēadmodū leges sunt in catalogo scriptę, vbi in sua simplicitate sunt tradite: dereliquit eniz bonum ꝛ ęquū, (qd̄ est ius nō scriptuz) arbitrio bonoꝝ virorum. Deinde Solon, q in decē tabulis oēs leges Athenieñsiū cōpilauit, qbus postea Romani addiderunt duas, ꝛ sic oēs leges in xij. tabulis ꝯtinebant̄, q̄ in locis publicis tenebant̄, quoꝝ interp̄s erat vnus, q magister legum dicebat̄, nō perpetuus, sed in singulis annis mutabilis: hoc bona rōne fecerūt, nā vulgares legētes facile leges intelligebāt, qs eniz nō intelliget eam legē, non furtū cōmittas, nam ad quadruplū teneris: quis non ꝛ caz non occides. quoniā capite punieris, ꝛ huiusmodi. ꝛ cuz aliqs ciuiz eaꝝ aliquā non intelligebat, aderat legū magister, qui mox explanabat. Quare eo tēpore locum habebat id, qd̄ cōiter dicit̄, ignorātia iuris non excusat, sed ignorantia facti. naz oēs sciebant atq; tenebant̄ scire leges, ꝛ iura, quę in eis ꝯtinebant̄, sunt ēt nobis argumēto oēs, q leges tulerunt, vt Ligurgus, ꝛ Draco, ꝛ alij innumeri, qui semper leges in sua simplicitate, vl̄r, atq; indefinite tradiderunt, ꝓpēa Aristo. quinto ęthicoꝝ leges cōparauit regulis medicoꝝ, scribit̄ enim pro regula a medicis humidę, ꝛ frigidę dietę competunt febricitātibus. verū hęc regula licet sit vera in pluribus, tn̄ fallit in febricitātibus, qui patiuntur febres pituitosas, atq; frigidas. ꝛ in alijs multis, quare sicuti regulę medicorum, cū tradunt̄ vl̄r in sua puritate, sunt faciles, ꝓpōnes vero quę sunt minores sub illis acceptę vel q̄ ab illis excludunt sunt ꝓp infinitatez difficiles, sic leges cum tradunt̄ in vl̄i in sua simplicitate, faciles sunt, casus vero, q subaccipiunt̄, vel

Nō de legib⁹ ferendis.

excludunt, sunt intelligibiles. ergo melius (vt Arist. dicit) est tradere leges vniuersalr, atq; in sua simplicitate indefinitas: q̄ casibus, & limitationibus locupletas. Si dices, vnde factum est vt iureconsulti adderent postea casus, & limitationes legum. fortasse hoc fecerunt ad tollendas oratorum prolixas, & inextricabiles orationes: vt scilicet non haberēt quid dicerent, & quid differerēt, nam cum iureconsulti (qui & ipsi quoq; oratores erāt,) adderent casus, & limitationes legibus. xij. tabular, crediderunt tollere inextricabiles disputationes oratorum. Sed qđ fuit boni gratia, in malū euasit. nam cū legibus fuit permissa additio, & interp̄tatio, & vtraq; , vt scriberet, statim leges ipse ciuibus inutiles facte sunt, legum autē peritis summa vtilitate oblate. leges enim si ciuib⁹ deberent vtiles esse, oporteret oēs ciues legibus vacare, & sic cessarent alia necessaria opera ad viuendum ordinata. & cum a ciuibus non intelligant̄, nunc verse sunt tantum in bonum eorum, qui legū periti sunt, non quidem in bonū animę, sed ad lucrū, & ad diuitias cōparandas: quare (vt recte scribit Aristo.) melius est leges scribere simplices p capita (vt Zoroaster scripsit,) qui tanta breuitate eas oēs cōpilauit, vt de pręcepto pueri oēs tenebant̄ eas memorię mandare, seruareq; vsq; ad vitę finem, nam licet sic simplr scriptę, non sint profectę, tamē sunt plus vtiles, q̄ dānosę, q̄a semper defectū poterant supplere prudentes & boni viri, cum opus fuerit. Hęc pauca volui dixisse de legibus, vt intelligās homines plus mali hodie q̄ boni reportari ex illis.

Quare si cū anulatus sit, manū extollat, vel percutiat, lege quidē scripta reus est, & iniuriatus est, vere aūt non est iniuriatus. & idest ęquum & bonum.

Cum dixisset bonū & ęquū esse, qđ p̄ter legem scriptam iustū est, nunc hoc ostēdit exemplo, & supponit esse scriptū in lege, vt nemo anulatus manū sensuz attollat, tūc dicit. [Quare si cū anulatus sit, manuz extollat, vel percutiat, lege quidez scripta reus est, & iniuriatus est, vere aūt non semp est iniuriatus,] nam in aliquo casu, nō est iniuriatus s̄m veritatē. & p̄pterea dicit, [& id] .s. non obseruare legem in aliquo casu, [est bonum & ęquum,] qđ grece dicitur επιεικεια.

Si ergo qđ dictum est, bonū & ęquuz est, patet qualia bona & ęqua hęc sint, & errores & iniurias, & errores, & infortunia non ex ęquo censere.

Cū velit declarare quo mō dz se habere arbiter, ex dictis p̄mo non oīa esse ex ęquo cēsenda ɔcludit, & est primus locus, qui spectat ad arbitriūz, & dicit. [Si ergo qđ dictū est, bonū est ęquum est, patet qualia bona & ęqua hęc sint, & errores & iniurias, & errores & infortunia non ex ęquo censere,] nō enī tanti faciēdi sunt errores, quāti iniurię, q̄a iniuria est plurifacienda, nec tanti facienda sunt infortunia, quanti errores, q̄a errores sunt plurifaciēdi. Quare arbiter h̄ ɔsiderare dz non ex lege scripta, sed ex bono & ęquo nō scripto. nā licet idē factū possit eē, infortuniū, error, & iniuria, tn̄ ex ea p̄te qua factuz est infortuniū, est min⁹ q̄ error, & q̄ iniuria, & ex ea parte q̄ factū est error, est minus q̄ iniuria, & mai⁹ q̄ iforuniū.

infortunia
errores
obiurgia
iniurię

Sunt aūt infortunia quidē, quęcūq; (cum p̄ter opinionē sint) non fiunt ex prauitate. errores v̄o (cū non sint p̄ter opinionē) nō sunt a prauitate. Iniurię deniq; (cū nō sint p̄ter opinionē) sunt a prauitate. sunt aūt a prauitate quę a cupiditate sunt.

Declarat qđ dixerat .s. infortunia minora eē errorib⁹, & errores iniurijs. & dicit. [Sunt infortunia quidez quęcūq; (cū p̄ter opinionē sint) non fiunt ex prauitate] & sic fiunt p̄ter intētūz, & nō a prauitate. vt q̄ proiecit sagittā, vt interficeret auē, nō aīaduertēs homīez, vulnerauit hominē. hic enī vulnerauit p̄ter intētū & nō a prauitate. deinde exponit [errores] & dicit, [errores v̄o, cū non sint p̄ter opinionē] sunt enī ab intento, [non sunt tn̄ a prauitate,] vt verberatus stans nullo adhibito ɔsilio, q̄ interimit verberātē, hic quidē errauit, nō tn̄ ex prauitate, q̄ nō interemit pp̄ delectationē, vt q̄. vz. interficere sit sibi iucūdū, vt nōnulli praui agūt, q̄ solū pp̄ cupiditatez interficiūt. Hoc pacto, q̄ iniuriat̄ ex ɔsilio, & non statim post susceptā iniuriaz. s3 multa meditatione p̄cedēte, accedit ad iniuriādū ex prauitate. licet nō oīno ex prauitate iniurię̄. deinde exponit iniurias, & dicit. [iniurię deniq; cū non sint p̄ter opinionē, sunt a prauitate.] & exponit qd intelligat per esse a prauitate, & dicit, [sunt autez a prauitate, quę sunt a cupiditate,] & pp̄ nullā aliā causaz, vt q̄a nec iniuriā accepit, nec pp̄ necessitatē, sed solū q̄ id facere est sibi iucūdū. veluti q̄ interficit aues in aqua, quas hic nō posse cognosci, sed si recte aduertat̄ lęsiones quattuor sunt, ifortunia, errores, obiurgia, & iniurię. infortunia nocumēta sunt, siue lęsiones, quę inferuntur p̄ter intentū, & p̄ter ɔsilium, & p̄ter prauitatē. errores v̄o sunt lęsiones, q̄ inferunt̄ nōn p̄ter intentū, non tamen a cōsilio, & pręmeditatione, nec a prauitate. obiurgia v̄o, quę inferunt̄ non p̄ter intentū nec p̄ter consiliuz morosum, sed nō a prauitate. Iniurię v̄o quę simplr dicūtur iniurię, sunt quę nec p̄ter intentūz, nec p̄ter consiliū, sed a prauitate sunt, vt quęcūq; inferunt̄ solum gratia delectationis, & ob nihil aliud. Arist. dixit tria esse, q̄ errorē vult esse duobus modis. Arbiter ergo hāc inęqualitatē ɔsiderare dz. Hęc de primo loco, q̄ spectat ad arbitriū.

Etiam ęquū & bonum est humanis ignoscere, & nō legez, sed legis scriptorem, & non verba, sed sententiam spectare.

Nunc ponit secūdū locū, qui spectat ad arbitriū, & dicit. [Etiā ęquū & bonū est humanis ignoscere.] nā cū hō naturā habeat peccabilez, ipsa natura humana meretur non nihil excusationis, si acciderit, vt hō peccet. deinde ponit tertiū locū, & dicit, [& nō legis, sed legis scriptorez est spectare,] nam dz considerare, si legis scriptor esset, eum cōmisericorditer agere, cuz peccante. deinde ponit quartū locum, & dicit, [& non verba] .s. legis [sed sn̄iam] spectare debet. nam licet arbiter videat̄ facere ɔ verba, fortasse tn̄ nō facit cōtra intentionem legis. vt si aliquis ascendit muros vrbis pro defendenda ciuitate, licet faciat cōtra verba legis dicētis capite puniri, qui muros ascēderit, nō tn̄ facit cōtra intentionem legis.

Et non factum, sed voluntatem.

Nunc assignat quintū locum, & dicit. [Et non factum spectare sed voluntatē] bonum & ęquuz est. nam si fecit malum, non mala intentione fecit.

Et non partem, sed totum.

Assignat 6m locū, & dicit. [Et non partem,] vt q̄ in aliquo particulari casu male fecit, [sed totuz] bonū & ęquū est respicere, vt q̄ in multis alijs bene se habuit.

Nec qualis quidaz nunc, sed qualis quidā semper, aut plerūq; fuerit.

Assignat

¶ Assignat 7^m locum, et dicit. [Nec qualis quidam nunc] considerat, [sed qualis quidem semper, aut plerumque fuerit] i. qui fortè toto tempore, vel maiore parte temporis bene vixit, licet nunc erraverit.

¶ Et meminisse bonorum, quę passus est, quàm malorum.

¶ Et assignat 8^m locum, et dicit. [Et] debet arbiter [meminisse bonorum, quę] peccator [passus est] i. quę in se collecta habet, [quàm malorum,] nam si fuerint multo plura bona, quàm mala, ęquum est ei ignoscere.

¶ Et bonorum, quę passus est, magis quàm eorum, quę fecit.

¶ Assignat 9^m locum, et dicit. [Et] meminisse oportet [bonorum,] quę iniuria affectus passus est ab iniuriante [magis quàm eorum] malorum [quę] ei [fecit.] nam si plura bona ei contulit, quàm mala, ignoscendum est.

¶ Et ęquo animo ferre iniuriam.

¶ Assignat 10^m locum, et dicit. [Et] debet arbiter considerare, si patiens ęquo animo fert iniuriam, nam reus tunc magis venia est dignus, unde dicit. [Et ęquo animo ferre iniuriam] considerandum est, nam si patiens iniuriam ęquo animo fert, non debet arbiter plus facere quàm patiens quærat.

¶ Et magis secundum sermonem velle iudicari quàm opere.

¶ Assignat 11^m locum, et asserit esse considerandum si peccator velit magis iudicari atque puniri sermone verbisque, quàm factis opereque. sępe enim increpatio sufficit ad corrigendum. dicit. [Et] subaudi considerandum est, [magis velle iudicari sermone] i. verbis. idest si peccator vult magis verbis quàm opere iudicari, atque puniri, nam arbiter facere debet.

¶ Et ad arbitrium magis quàm ad iudicium velle descendere. Nam arbiter ad bonum et ęquum, iudex vero ad leges spectat. et de hac causa arbiter eligitur, ut bonum et ęquum prævaleat. De bonis igitur et ęquis sic determinatum sit.

¶ Ultimum locum offert, et dicit. [Et ad arbitrium magis quàm ad iudicium velle descendere] i. arbiter debet videre si peccator magis velit ire ad arbitrium iudicio quàm ad iudicium, nam sic est dignus venia magis, vel melius, arbiter velit magis iudicare secundum arbitrium, quàm secundum iudicium, quod per leges fit. causa est quia arbitrium est arbitri, iudicium vero iudicis, [nam] (ut inquit) [arbiter ad bonum et ęquum, iudex vero ad leges, spectat,] et cum arbitrium fit considerando bonum et ęquum, iudicium vero considerando leges, ideo arbiter ad bonum et ęquum, iudex ad leges perficiendi debet. ideo dicit, [et hac de causa arbiter eligitur, ut bonum et ęquum prævaleat,] demum epilogat, et dicit. [De bonis igitur et ęquis sic determinatum sit.] ¶ Quo vero ad verba attinet, arbiter gręce est διαιτητης, et vult arbitrum esse, qui respicit bonum et ęquum, quod in legibus non scribitur, iudex vero, (quem gręce dicitur δικαστης) respicit ad iudicium, quod est in legibus, et ad ius in legibus scriptum. unde arbiter iudicat pro arbitrio, iustum in se, sive contineatur, sive non contineatur in legibus. Iudex vero non nisi iustum, quod in legibus scribitur.

lege.68°. Legum vero interpretes de verborum significatione libro super illis verbis [illa verba arbitratu Lucij Titij,] fecerunt differentiam inter iudicem, et arbitrum, et arbitratorem, nam arbitri ex compromisso eliguntur, nec possunt nisi iudicare secundum leges, ut iudices quoque faciunt. Arbitria enim sua isti iudiciorum dirigunt, nec ab ordinarijs differunt, nisi quod ordinarij iudices non a partibus ex compromisso, sed a principe, vel ijs, qui potestatem habent, eliguntur, arbitri vero ex compromisso partium, tamen et arbiter, et iudex secundum leges, et non ex bono et ęquo iudicant. Alij autem, quos vulgo arbitratores appellamus, sunt qui tamquam boni viri secundum iuris tramites incedere omnino non compellantur, tamen ex bono, et ęquo decidere negotium debent. Hi enim sunt, in quos partes quandoque compromittunt tamquam in amicos, bonosque viros, ut eorum consilio atque authoritate, partium discordię componantur atque decidantur, suntque qui non astringuntur ad servandum ordinem datum in iudicijs, quem tamen arbitri, ut et iudices servare tenentur. Arbitratores igitur secundum hanc differentiam non iudicant iura in legibus scripta, sed ex bono et ęquo, secundum illud ius quod videtur rationabile. Quare si ita fuerit, oportebit, διαιτητην interpretari arbitratorem, non arbitrum, ut Georgius interpretatus est: nam arbiter non differt a iudice, nisi quia eligitur a partibus, iudex autem est ordinarius, tamen arbiter, et dicastes i. iudex iudicant secundum leges.

¶ DE MAIORE AC MINORE INIVRIA.

¶ Iniurię vero maiores sunt, quę a maiore iniquitate sunt, quocirca quę minimę, maximę quoque.

¶ Cum dixisset de iustis, et iniurijs, nunc de annexis, ut de maiore ac minore iniuria, nam de possibili atque impossibili, ut accommodantur huic generi, satis supra dictum. Maior vero iniuria ab Arist. describitur tribus, magnitudine iniquitatis, magnitudine damni, et amplificationum ostensione. magnitudine iniquitatis, quando a maiore habitu proficiscitur. Qui enim a maiore iniquitate habituque iniustus est, si est in minimis iniustus, erit multo magis iniustus in magnis, dicit. [Iniurię vero maiores sunt, quę a maiore iniquitate sunt] i. a maiore habitu iniustitię. αδικια enim gręce est latine, tum iniuria, tum iniustitia, tamen Georgius iniquitatem dixit, et placet, quoniam iniquitas est habitus iniustitię: et hoc pacto Arist. intellexit. ideo concludit, [quocirca quę minimę] i. iniurię sunt, [maximę quoque] subaudiendum est verbum [videntur,] quoniam licet in se sint minimę, quia tamen a maiore habitu iniuriandi proficiscuntur, videntur maximę.

¶ Ut Menalopum Callistratus accusat, quod decepisset templi custodes in tribus sacris vasculis mediorum obulorum. Contra vero est in ipsa iustitia.

¶ Exponit quod dixerat per exemplum: et dicit. [Ut Menalopum Callistratus accusat, quod decepisset] τους ναοποιους, (ut Georgius dicit) i. templi custodes, vel ut vetus translatio, templi factores, τρια ημιωβελια ιερα. (ut Georgius). i. tria vascula sacra minimi ponderis: vel ut vetus translatio, in tribus medijs obulis sacris, forte vascula trium mediorum obulorum ponderis erant. verum quodcumque sit, minima res erat, quam Menalopus furatus est. Quod non fecisset nisi propter magnum habitum iniuriandi. nam qui sacra vascula parui ponderis furatus est, is omnem rem furabitur: propter. videlicet magnum furandi habitum. Addit. [Contra vero est in ipsa iustitia] i. in habitu iustitię, quoniam qui est iustus in magnis, a fortiore erit iustus in minimis.

¶ Hęc autem sunt ex excessu secundum potentiam, nam qui tria sacra vascula mediorum obulorum furatus est, is quoque quàmvis iniuriam faciet. Interdum igitur sic maior iniuria.

¶ Cum dixisset maiorem iniuriam fieri ex maiore iniquitate, nunc exponit quę sint maiora iniqua, et dicit. [Hęc autem] quę dicuntur fieri a maiore iniquitate, [sunt ex excessu secundum potentiam] i. secundum habitum, per potentiam enim habitum intendit, nam habitus, et scientia potentia dicitur, et est

signat cām, quare a magnitudine habitus, ꝛ dicit. [Nā quia tria sacra vascula medioꝝ obulorū furatus est,] cū minimā rem furatus sit, [is quoqꝫ quātus iniuriam faciet,] ex habitu enī iniquitatis est, vt q minimas facit iniurias, facturus sit magnas. Tunc epilogat dicens. [Interdū igitˀ sic] τῷ μεγέθει ... id est maior iniuria. id est hoc modo ex habitu est maior iniuria.

¶ Interdum autē ex dāno ęstimatˀ, ꝛ est, cuius nō est ęqua pęna, sed omnis minor.

¶ Nunc docet cognoscere maiorē iniuriā ex magnitudine dāni, ꝛ assignat plura loca, quoꝝ primū affert, ꝛ dicit. [Interdū autē ex dāno] .i. ex magnitudine dāni maior iniuria [ęstimatˀ] ꝛ affert primū locū, ꝛ dicit. [Et] est illa iniuria maior, [cuius nō est ęqua pęna. Sed oīs minor.] cū enī nullū possit ei suppliciū exequari, sed oīs pęna minor inueniatur, non modo magna, verū etiam maxia iniuria esse vr, vt ꝯspirare in reges, vel ī patriā.

¶ Et cuius non est remedium, acerbum enī ꝛ impossibile.

¶ Assignat 2m locū, ꝛ dicit. [Et] illa est maior iniuria [cuius nō est remediū] neqꝫ medela, [acerbū enī ꝛ impossibile.] acerbū quidem, qa valde affligens, impoſe, quoniam nō est recompensabile, vt quando alter alteriˀ filium interemerit, non enim recōpensari potest.

¶ Et cuius non est satisfactionē recipere eū, qui passus est: cum res nullum remediū patiatur. nam vltio atqꝫ pęna remediū est.

¶ Assignat 3m locum, ꝛ dicit. [Et] illa est maior iniuria, [cuius eum, qui passus est, nō est satisfactionem recipere,] nec in verbis, nec in opere, [cū res nullū remediū patiatur] vt si passus esset interēptus. Interemptus enī nullā satisfactionē recipere potest. [Nā remediū] ꝛ satisfactio [est vltio, atqꝫ pęna.] At mortuus nec pęnam, nec vltionem in recompensationem damni, recipere potest. Viuentes tamē (qui sunt propinqui mortuo) poterunt vlcisci, vel satisfactionem recipere.

¶ Et si q passus est, ꝛ si q iniuria affectˀ est, magna turpitudine cōflictatus est. Adhuc enī magis, qui fecit, dignus est torqueri. velut Sophocles pro Euctemono patrocinatus, quoniā peremit seipsum iniuria passus, non ęstimare se minoris (inquit) q̄ quāti qui passus est, ęstimauit.

¶ Assignat 4m locum, ꝛ dicit. [Et si q passus est, ꝛ si quis iniuria affectus est] (est enim sm expositio primi) [magna turpitudine] magnaqꝫ ignominia [cōflictatus est:] tūc est magna iniuria. Deinde interponit qōdā obiter, ꝛ dicit [Adhuc enī magis qui fecit, dignˀ est torqueri.] hoc est obiter additum. Deinde sequēdo expositionem loci ppositi ostendit Sophoclem eo loco vsum eē, ꝛ dicit. [Velut Sophocles pro Euctemono patrocinatus, qm peremit se iniuria passus, nō ęstimare se minoris] subaudi cōtumeliā susceptā, [inqt q̄ quāti, qui passus est, ęstimauit.] At passus contumeliā adeo eam ęstimauit, vt noluerit amplius viuere. Sūt enī hoīes, qui affecti iniuria in seipsos manˀ iniecerint, vt Cato fecit post victoriam Cęsaris: ꝛ alij plurimi.

¶ Et quod solus, aut primus, aut cum paucis fecit.

¶ Nunc docet cognoscere maiorē iniuriā ex pte iniuriantis, ꝛ assignat plura loca, quoꝝ primū affert, ꝛ dic. [Et quod] s. iniustum [solus fecit,] maius est, q̄ si fecisset cū multis, nam (vt Iuuenalis inqt) illos defendit numerus. nō enī magna videtˀ iniuria, cum plures vna simul lędūt. Cōuenientius enī est, vt vnus succūbat pluribus q̄ vni. Deinde assignat 2m, ꝛ dicit. [aut] iniustū, qd [primus] aliqs fecerit, maius est q̄ cum alij prius fecerint, nā primus peccat re, ꝛ exemplo. Affert enim alijs exemplū peccandi. Deinde assignat tertiū, ꝛ dicit. [aut] iniustum, qd quis facit [cū paucis,] maius est q̄ si fecisset cū pluribus. nam quēadmodū iniustū ab vno maiˀ est, q̄ factum a multis, ita iniustū factum admodum a paucis maius videtˀ q̄ factum a pluribus.

¶ Et sępe in eodē peccare magnum est.

¶ Assignat 4m locum, ꝛ dicit. [Et sępe in eodē peccare magnū est,] aggrauat enī delictū frequentia peccandi sm idē, nā signat ex habitu esse peccatū, nec posse corrigi qui peccat, nisi pęna multa.

¶ Et ppter quos vtiqꝫ exquiruntur, atqꝫ excogitantur, quę prohibent, ꝛ damnum inferunt, vt apud arginos cruciant eum, cuius gratia lex posita est.

¶ Assignat 5m locū, ꝛ dicit. [Et] maxime illi peccāt, [ppter quos vtiqꝫ exqruntur, atqꝫ excogitantˀ] noua genera pęnarū, atqꝫ supplicioꝝ, cruciatuūqꝫ, [quę phibēt] vt iniurię fiāt, [ꝛ dānū inferunt] eis qui iniurias faciūt. [Vt apud arginos] ea supplicij specie [cruciant,] eum, [cuius gratia lex posita est,] quę cōtinetˀ in lege.

¶ Et ppter quos carcer edificatus est.

¶ Assignat 6m locum, ꝛ dicit. [Et] illi maxime peccant. [ppter quos carcer edificatus est] .i. ppter quos nouū genus carceris excogitatum est.

¶ Et quod beluarum magis est, id iniuria maior est.

¶ Nunc docet cognoscere iniuriā maiorem ex pte amplificādium, quę accipiūtur, vel ab ipsa iniustitia in se, vel a circūstantijs ipsius iniustitię. Quoꝝ plura loca assignat, ꝛ primū qdē, cū dicit. [Et qd beluaꝝ magis est, id iniuria maior est,] vt cognoscere matrem.

¶ Et quę ex pręmeditatione est, maior est.

¶ Assignat 2m locum, ꝛ dicit. [Et q ex] προνοίας .i. pmeditatione, ꝛ pcedenti consilio [est, maior] iniuria [est,] quā quę (nullo adhibito cōsilio) infertˀ. vt si verberatˀ, statim interemerit verberātem ipsum. Qui enī ex consilio adhibito iniuriatur, videtur electione agere. iniuria autem non est, nisi sit per electionem.

¶ Et quā qui audiunt, timent magis, q̄ misereantur.

¶ Assignat 3m locum, ꝛ dicit. [Et quā qui audiūt, timēt magis, q̄ misereātur:] hęc est maior iniuria, vt vesci ex carnibˀ humanis, vt nōnulli Andropophagi ethiopes faciunt, hos enī magis timemus, q̄ misereamur. vt mori intra viscera bouum (quod genus mortis inuenit phaleris,) vt cadauer adhuc viuentis hominis, in vermes totum verteretur. Tyrānos enim qui hoc faciūt, magis timemus, q̄ misereamur.

¶ Rhetorica ꝯo hęc sunt, ꝙ multa iusta euerterit.

¶ Cum assignasset loca amplificādi ex pte iniustitię in se, nūc docet amplificare iniurias ex circunstāntijs iniurię, ꝛ plura etiam loca affert, ꝛ dicit. [Rhetorica ꝯo] .i. amplificantia ꝯo iniurias, [hęc sunt,] quę statim subo

scribit, et dicit. [Et multa iusta euerterit,] vt quod cōmiserit furta, et adulteria, et homicidia, nam sic multitudine scelerum erit magis iniustus.

¶ Aut contempserit iusiurandum, dextras, fides, affinitates, multorum enim criminum exaggeratio est.

¶ Assignat 2m locū, et dicit. [Aut quando cōtempserit iusiurandū,] falsum iurādo, [dextras] s. non seruādo hostibus eius quod promiserat per eleuationē dextre, [fides,] non seruando fidē ei, a quo captiuatus est, [affinitates] frangendo fidem datā alicui mulieri, vt vxorē duceret, affinitates enim Arist. ἐπιγαμίας vocat, que cōnubia, et matrimonia, et affinitates etiā dici possunt. Deinde dat cām, et dicit. [Multorum enim criminum exaggeratio] et amplificatio est cōmissi sceleris.

¶ Et quod hic, vbi puniuntur iniusti: quod quidem faciunt falsi testes, vbique enim nōne vtique iniuriā facerēt, si et in pretorio?

¶ Assignat 3m locum, et dicit. [Et quod hic] s. in pretorio principis, [vbi puniunt iniusti,] s. si magis iniustū quam alibi: [quod quidem faciunt falsi testes,] falsi enim testes frangunt iusiurandū corā iudice in pretorio, quod est locus principis. Deinde assignat cām, et dicit. [Vbique enim nōne iniuriam facerēt, si et in pretorio] faciunt: quasi dicat, ita. Qui n. iniuriā faciūt in loco, vbi non debent facere, vbique iniuriam facient, est et alia ratio, quoniā qui iniuriatur in pretorio, videt iniuriam inferre principi etiam.

¶ Et in quibus turpitudo maior est.

¶ Assignat 4m locum, et dicit. [Et] hic iniurie sunt maiores, [in quibus maior turpitudo est.] Turpitudo enim grece est αἰσχύνη, latine etiā pudor, atque verecūdia, nec non et cōfusio: vt si in aperto aliquis adulteraretur.

¶ Et si in eum, a quo beneficia accepit. nam pluribus modis peccat, et quoniam male facit, et quoniam non bene facit.

¶ Assignat 5m locū, et dicit. [Et si in eū] iniuriatus est, [a quo beneficia accepit,] summa iniuria est, et assignat rōnem, et dicit, [nam] hic iniurians [pluribus modis peccat, et quando male facit,] ledendo eum, cui gratie erant agēde, [et quando non facit,] cum non licet iniuriari.

¶ Et qui secundum scripta, iustus est. melioris tamē est non propter necessitatem iustum eē. sed secundum scripta ex necessitate: secundum vero nō scripta, nō.

¶ Assignat 6m locū, et vult longe magis iniustū esse, qui peccat cōtra non scriptas leges, quam qui peccat cōtra scriptas, et argumentū est per locū a cōtrario, magis iustus est, qui est iustus sine lege quam qui iustus est propter legem, nam per legem est coacte iustus, iustus vero sine lege est libere, et vere moraliter iustus. igitur iniustus sine lege est magis iustus, quam sit iustus per legē. ergo per locū a contrario iniustus sine lege est magis iniustus, quam iniustus per legem. igitur locus verus est, quod iniustus sine lege est magis iniustus, quam iniustus secundum legem. Dicit. [Et qui secundum scripta] iura iustus est, [iustus est, melioris tamē est] iustitie [nō propter necessitatē iustum esse:] quam eē iustum propter necessitatem, tunc dat minorē, et dicit. [Sed secundum scripta] iura [ex necessitate] i. est iustus, [secundum vero non scripta] est iustus [non ex necessitate.] subaudias cōclusionem. vz. igitur iniustus sine lege magis iniustus est quam iniustus, per legem. ex his vult habere hunc locū quod magis peccet iniustus sine lege, quam iniustus secundum legem. vt si albuz est magis quale quam

nigrum. igitur nō album erit magis nō quale quam nō nigrū. ¶ Quo vero ad verba attinet per scriptas, et nō scriptas leges, intelligit iura priuata, siue scribant, siue nō scribant. non enim per scripta intelligit leges proprias, et per non scripta, leges cōes, que sunt de iure nāli. Sed intelligit iura propria siue scripta sint, siue nō scripta. Et quod dicit Arist. verū est. nā philosophi sunt magis iusti quam ciues, quando siue sint, siue nō sint leges, philosophi iusti sunt. Quid enim vtique Anacharsis Soloni dixit, vtilis est philosophia, nisi quia docet ea facere sine legibus, que leges metu agēda eē precipiunt, quare fit vt philosophus sit magis iustus, cum est iustus quam ciuis iustus. igitur econtrario cum philosophus est iniustus, erit magis iniustus, quam ciuis iniustus. Hec de loco.

¶ Alio autē modo, si secundum scripta, nam qui in timendis cōmittit, et in ijs, in quibus supplicia statuta sunt, in ijs quoque cōmittet vtique vbi nullum supplicium positū est. De iniuria igitur maiore ac minore dictū est.

¶ Assignat locum 7um, sed penes aliā cōsiderationē, et dicit. [Alio autem modo] i. alia vero cōsideratione [si secundum scripta] quis peccauerit, magis peccat, et assignat cām, et dicit. [Nam qui in timendis, et in ijs, in quibus supplicia statuta sunt, cōmittit, in ijs quoque cōmittet vtique, vbi nullum supplicium positum est] igitur magis ex iniquitate cōmittit. Primus ergo locus tenebat cōsideratione habita ad libertatē agendi, et ad suum 7um Secūdus locus vero tenet, cōsideratione habita ad iniquitatē, que magis apparet in delinquēte secundum legem, quam in delinquente sine lege, et sic vterque locus est rhetoricus, et persuasiuus, nūc epilogat, et dicit. [De iniuria igitur maiore ac minore dictū est.]

¶ DE INARTIFICIALI PERSVASIONE.

¶ De persuasionibus vero, que inartificiales dicuntur, post ea, que dicta sunt, cōsequēs est trāsigere, proprie enim sunt he iudicialiū. suntque numero quinque/leges/testes/pacta/iusiurandū/questiones. Primū itaque de legibus quo pacto suadēti, et dissuadēti, et accusanti, et defendenti vtendum sit, dicamus.

¶ Cum dixisset de artificialibus persuasionibus, nūc vult agere de inartificialibus, et primo proponit intētionē generalem cum cōtinuatione ad dicta, et dicit. [De persuasionibus vero, que inartificiales dicunt, post ea, que dicta sunt] scz de artificialibus, [cōsequēs est transigere,] et assignat causam, et dicit. [Proprie enim sunt he iudicialiū,] de quibus iudicialibus est ad presens sermo. Deinde exponit illas, vt trāseat ad particularē intētionem, et dicit. [Suntque numero quinque leges/testes/pacta/iusiurandū/questiones,] dicūtur autē questiones grece βάσανοι, latine tormenta, vel torture, corporisque dolores, qui dant alicui facinoroso ad eruēdam veritatē, sicut in iudicijs, et etiam a latinis questiones appellātur. Cur vero he quinque persuasiones dicatur inartificiales, patet, quando nō sunt ex locis, propositionibus, nec sunt enthymemata, nec exempla, nec alie persuasiones que artificio inuētur. Deinde ponit intētionem specialem, vt det principium ad dicenda, et dicit. [Primū itaque de legibus quo pacto suadenti, et dissuadenti, et accusanti, et defendēti vtendū sit, dicamus,] post de reliquis suo ordine. Hec de intētione speciali.

¶ Egidius autē ponderādo verba Arist. dixisse ait suadenti et dissuadēti, quātum ad genus deliberatiuū, accusanti vero et defendēti quantū ad genus iudiciale, quia (vt dicit) leges his duobus generibus dicendi videntur vtiles

et. Sed q leges vtiles sint generi iudiciali, Arist. testa tur dicēs, propriç enim sunt hę iudicialiū, sed tñ vtiles de liberatiuo generi, nōdū legimus, vt ego itelligo, Arist. in Theodecticis, pbationū duo esse genera asserit, nāz aliç sunt ex ipsis verbis, & negotiis, & hoib⁹. aliç vero appositç sunt iis, quç dicunt, & quç gerunt, nāz icota, exēpla, cōiecturç, cōmētationes, sinis, signa, argumēta, pbationes ex ipsis verbis, & hoibus, & negotiis sunt, appositç autem probationes, testes, iuramēta, & quçstiōes existunt. Aristo. vero hic primas vocauit artificiales persuasiones, secundas vero inartificiales.

DE LEGIBUS.

Manifestuz enī est, quoniā (si scripta quidem cōtraria sit rei nostrç) cōi lege vtenduz est, bonisq3 & ęquis tāq3 iustioribus.

Exequēdo de legibus, qm̄ lex scripta pōt esse aduersus nos, aut p nobis, ideo pmo docet quç faciēda sunt, cum fuerit contra nos, deinde quç faciēda, cuz fuerit p nobis, & exequēdo de pmo, pmo tangit quid gñatiz faciendum est, & dicit. Manifestū enī est, qm̄ si lex scripta quidez cōtraria sit rei nostrç, nobisq3 aduersans, cōi lege vtenduz est, quç continet ius nāle, qō in non scriptis legibus habet. bonisq3 & ęquis, quç sunt defectus legum, sed iusti in se, his qdem est vtendū tāq3 iustioribus. hic pmus, & locus quasi generalis.

Et quoniam optima sententia vtētes hoc est, non in omnibus vti scriptis.

Qō autem non semp sit vtenduz legibus scriptis, pbat per plura loca spetiatim, quoz primū tangit, & dic. Et qm̄ eos, qui vtuntur optima sentētia, hoc est, subaudi non oportere in oibus vti scriptis legib⁹ q aūt ita sit, p3. qm̄ cum nō oia particularia scribant in legibus, erit optimū in quibusdā casibus nō vti legib⁹ scriptis, sed legib⁹ nō scriptis, quç continent ius nāle, atq3 bonum ipm, & ęquum: quç sunt iusta simplr. ex his vult habere pmū locū spetiatiz, q. v3. sit stādū legib⁹ cōib⁹, & bono & ęquo, non autem legibus scriptis.

Et q bonum & ęquum quidem pmaneat idem semp, & nūq3 mutet, neq3 cōis, cū sm naturam sit. scriptç autem sępius.

Assignat 2ᵐ locū spetiatim, q standum sit magis legi cōi, & bono & ęquo q̄3 scriptis legib⁹, & dicit. Et subaudi dicat ad cōfirmationē eiusdē q bonū & ęquū qdem pmaneat idem semp, & nūq3 mutet, neq3 cōis subaudi lex mutet, quç ptinet bonū & ęquum, atq3 ius nāle scriptç aūt s. leges sępius s. mutant, atq3 mutatç sūt, in qbus scrib: ius positiuū igit stādū est legi cōi, bonoq3 & ęquo, q̄ firmiora sūt lōge magis q̄3 scriptis legibus.

Unde dictū est in Antigone Sophoclis, defendisse quidem se egisse pter Creōtis legem, non tamē pter non scriptam. Non enī nunc & heri, sed semper. Nō itaq3 ego curabam hęc quç hominis alicuius sunt.

quidem γάρ enim

Qō aūt lex cōis, bonūq3 & ęquū firmiora sint, pbat auctoritate Sophoclis, & dicit. Unde dictū est in Antigone Sophoclis ōfendisse qdē se, dicēdo subaudi se egisse pter Creontis legem, in qua cōtinebat ius positiuum, non tñ pter nō scriptā in qua cōtinet ius naturale, bonūq3 & ęquum. Cuius cām dixit Sophocles dicens. Nō eniz nunc & heri, sed semper subaudi est ius non scriptū, bonūq3 & ęquū. nō itaq3 curabā hęc s3 iura scripta, quç hoīs alicuius sunt. sed leges nō scriptas, quç naturç sunt. Sophocles vero vba hęc sunt, ου γαρ τι νυν τε κα'χθεσ αλλ' αει ποτε. i. nō. n. qō & nunc & heri, sed semp. vbi significauit stādum eē potius legi naturç, q̄3 legi hominis. nam leges naturç sunt semper, hominum autem leges mutantur.

Et quoniam quod iustum est, verum quippiam atq3 vtile est, non autē id, quod videt. Quare quç scripta est, non lex est, cuz legis opus non faciat.

Assignat 3ᵐ locū, & dicit. Et s. debemus dicere, qm̄ quod iustū est, verū quippiā atq3 vtile est, non autē id, quod videt s. veruz, vel vtile. Quare quç scripta lex est, nō lex est s. semp iusta, cuz legis opus nō faciat. s3 semp, cū non semp sit vera, & vtilis. At lex communis, & bonum & ęquum semper vera sunt quare potius his, q̄3 illis standum est.

Et quoniam iudex quasi argenti atq3 auri cognitor est, vt vere iustum ab adulterato discernatur.

Assignat 4ᵐ locū, & dicit. Et s. dbemus dicere, qm̄ iudex est quasi argēti, atq3 auri cognitor, vt vere iustū ab adulterato discernatur. imō iura naturalia, bonaq3 & ęqua sunt, vt aurum, scripta autem, vt argenta, quare lex naturalis pręferēda est, semperq3 obseruanda. scripta vero non semper.

Et qm̄ melioris hois est nō scriptis potius q̄3 scriptis vti, & in eis permanere.

Assignat 5ᵐ locū, & dicit. Et s. debemus dicere, qm̄ melioris hominis est nō scriptis potius q̄3 scriptis vti, & in eis permanere. modo quod pertinet ad meliorē, est melius, quare cū vir bonus potius vtatur lege naturç, bonoq3 & ęquo, nos quoq3 idē facere debemus. Egidius vero intelligit melius esse vti non scriptis q̄3 scriptis legibus, quando bonuz & ęquum superat ius scriptum. Melius tñ dicamus, qm̄ qui scriptis vtitur, quasi coacte vtitur, qui vero non scriptis, quasi spōte, modo (vt superius dictum est) melior est, qui nō coactus iustus est q̄3 qui coactus est iustus.

Et si alteri, quç lex pbata est, aut sibiipsi sit contraria, veluti si altera eē iubeat firma q̄cūq3 inter se pacti sunt, cum altera vetet, ne aduersus leges pangant.

Assignat 6ᵐ locū a contraria lege, & dicit. Et subaudi cōsiderandum est, si lex inducta cōtra rem nostrā sit vbiq3 eodē modo, an sit alteri legi, quç pbata ē, aut sibiipsi cōtraria, est qdem lex sibiipsi cōtraria, quādo de eadē re ponitur opposito mō, vt si de furto poneretur, vt furēs tenerentur ad quadruplū, & alio loco poneretur, vt ad nihil tenerent: sed solū vt possit impune occidi a custode bonoz, vt apud Lygurgū lex erat. Quo mō vero alteri legi pbatç cōtraria, exponit, & dicit. Veluti si altera s. lex esse firma iubeat, quçcūq3 hoies inter se pacti sunt, non addēdo quo mō, sed sic simplr pferendo, cum altera s. lex vetet ne aduersus leges pāgant s. i. pacta faciant. Prima enī lex vniuersalr dicit eē seruanda pacta, quçcūq3 hoies inter se fecerint. Secūda vero dicit nō esse seruāda pacta, si fuerint ɔtra leges. Quare si inueniat lex contraria legi, quç inducta est contra nos, inducenda est, quoniā lex non scripta cū illa facient magnum momentum pro re nostra.

C Et si ambigua fuerit, vt vergat, atq; inspiciat ad vtrãuis partem, vel iustum, vel vtile accõmodabit, deinde ea vtendum est.

C Deinde adducit 7ᵐ locũ, ꝛ dicit. Et si subaudi lex inducta cõtra rem nr̃am nõ fuerit valde manifeste cõtra rem nostraz, sed ambigua fuerit adeo, vt vergat, aut inspiciat vtrãuis partẽ, vel iustũ, vel vtile nobis ex illa accõmodabit deinde ea vtẽduz. s. sic accõmodata ad propositum nostrum. verum locus iste est conditionalis, vtputa si lex ɔtra nos inducta fuerit ambigua vtrique parti accommodabilis.

C Et si res qdem, de qbus lata erat lex, non adhuc manent, sed lex: tẽtanduz est id declarare, ꝛ aduersari sic ad ipsam.

C Adducit locũ 8ᵐ etiã cõditionalẽ, ꝛ dicit. Et si res qdem, de qbus lata erat lex, nõ adhuc manẽt, sed lex manet tentãduz est id declarare ꝛ dicere, legẽ nõ habere nunc vim, qm̃ res, quarũ gratia lata erat, abierũt, ꝛ nõ sunt amplius. ꝛ sic tentãdũ est aduersari ad ipsam, hęc sunt, quę Arist. docet nos facere, cũ aduersarius adduxerit legem cõtra nos. quę maxime habebãt locũ eo tẽpore, quo leges scriptę traditę erãt in sua simplicitate per capita. Postq̃ ꝟo sunt p casus, ꝛ cõditiones, ꝛ fallentias determinatę, cõtra legem nemo põt dicere, nisi duxerit cõtra eam leges alias, ꝛ quidem plures, nã bonũ, ꝛ ęquũ p magna pte hodie est in legib⁹ annotatũ.

C Sin autez lex scripta sit pro re nostra, tunc optima sententia dicẽduz est, nõ eẽ legez positam, vt pter legem iudices, sed ne ignorãdo quid leges volunt peieres.

C Nũc docet qd agendũ cum lex fuerit p nobis, ꝛ assignat pmũ locũ, ꝛ dicit. Sin autẽ lex scripta sit p re nostra adducenda subaudi est iudici, ꝛ tũc optima sentẽtia dicẽdum est subaudi iudici nõ esse legẽ positaz, vt pręter legẽ iudices, sed ne ignorãdo qd leges volũt, peieres. i. erres in sentẽtijs pferẽdis. naz errare in sentẽtijs proferendis est peierare, ꝛ sacra intemerare. Quare pro lege est tibi iudicandum.

C Et quoniaz nemo eligit, quod simpliciter bonum est, sed quod sibi.

C Assignat 2ᵐ locum, ꝛ dicit. Et quoniam nemo eligit, qd simplr̃ bonum est, sed hões eligunt, qd sibi bonuz est. Solus eni studiosus eligit simpliciter bonuz, ꝛ hoc ideo, qa apud studiosos idem est simplr̃, ꝛ sibi bonuz. Et ciuitas eligit de cõi consensu legez, igit lex erit ciuitati bonum, ꝛ per cõsequens seruanda a iudice tanq̃ ciuitati, ꝛ sibi bonum: qui est ciuitatis pars. Quare p lege erit tibi iudicandum.

C Et quoniam nihil differt, aut nõ poni, aut non vti.

C Assignat 3ᵐ locum, ꝛ dicit. Et est tibi iudicandũ sm legem. Qm̃ nihil differt aut nõ poni. s. legem, aut nõ vti. s. legẽ. ꝛ cum pessimum sit legem non poni, pessimum erit posita lege nõn vti.

C Et quoniã in alijs artibus: quẽadmoduz non confert aduersus medicũ cauillari. Nõ eniz tãtum nocet error medici, quãtuz assuescere non obedire principi.

C Assignat 4ᵐ locum per similitudinem, ꝛ dicit. Et subaudi parendũ ꝛ iudicãduz est legibus, qm̃ in alijs artibus parẽdum est authoribus earũ: ꝛ ipsarum artium pceptis. nõ enim cõferret a pceptis artium, ꝛ ab authoribus earuz dissentire, quemadmodũ non confert aduersus medicũ cauillari, imo nocet. ꝛ longe magis nocet dissentire a legibus, ꝛ a pncipe, qui eas leges tulit, ꝛ assignat rõnem, ꝛ dicit. Non eni tãtuz nocet error medici, qui pficiscitur ab inobedientia ęgroti, quantuz assuescere nõ obedire pncipi. naz hoc alę, illud corpori nocet. est autem animę lęsio tãto corporis lęsiõe maior, quanto anima est corpore excellentior.

C Et qm̃ quęrere se esse legibus sapiẽtiorez, hoc est qd in legib⁹ pbatis interdicit. ac de legibus qdem sic determinatum sit.

C Assignat 5ᵐ ꝛ vltimũ locuz, ꝛ dicit. Et subaudi iudicãdum est tibi sm legẽ, ꝛ non ostẽdendũ te sapiẽtiorez legibus, qm̃ aliquem quęrere se esse legib⁹ sapiẽtiorez, hoc est qd in legib⁹ pbatis interciditur, pbatę eniz leges id maxime cauent, ne qs legibus prudẽtiorez se velit ostendere. Cicero ꝟo lib° 2° veteris rhetoricę hęc loca, quę Aristo. breuibus tetigit, bonis atq; pbatis locis amplificauit, nunc volumus hęc, (quę Arist. dicit,) nobis sufficere. Demũ epilogat, ꝛ dicit, ac de legibus quidez sic determinatũ sit. C Sed circa hęc, quę Arist. dixit de legibus, quęrit vtrum leges sint mutabiles. Aris. Tim.8°. eni videtur dicere leges nõ solum eẽ mutabiles, sed sępius mutatas eẽ. ppterea dicamus legẽ nãlem non esse Digressio de legib⁹. mutabilẽ, nam hęc cõtinet ius nãle, bonum ꝛ ęquũ, qd cõsonũ est dictamini rõnis. C P. Ad qd habemus naturalẽ inclinationez, id nõ videt mutabile respectu nostri. Nemo eni mutat in ipsa risibilitate, qm̃ nos habemus nãlem inclinationẽ ad risum. Qd ꝟo ad legez naturalem hões habeãt nãlem inclinationẽ, pz. qa ad oẽ quod per rõnez dict, ꝛ fit, hõ natura iclinat. Scdo dicimus legẽ, quę cõtinet ius positiuũ, non solũ eẽ mutabilem, sed sępius (vt dixit Arist.) mutatã esse. Pz pmo qa pncipium huius est mutabile, est eni legis hꝰ principium q̃si totale volũtas principis, cuius est authoritas cõdendi leges. At volũtas mutat pro loco, pro tpe, pro personis, ꝛ p alijs, atq; alijs conditionibus. igit lex hꝰ nõ solum mutabilis est, sed est sępius mutata. Deinde mutant dñia, sed leges nõ eędem cõueniunt oibus dominationibus: demũ leges hꝰ sunt pbabiles opiniões. Sed opiniões contingit infinities mutari: vt Plato 3° de legibus demõstrat, qui asserit hões cępisse viuere sine legibus scriptis, quę cõtinent ius positiuuz, solisq; legibus naturę multos annos vixisse. Postea cũ fuerũt cõgregati in vnã ciuitatẽ, legib⁹ scriptis cępisse viuere nõ in oibus ciuitatibus eisdẽ. igit leges hꝰ non soluz sunt mutabiles, sed quotidie mutant. Deinde q̃ritur vtrum liceat subditis facere cõtra legem, ꝟba legis interptando: dicẽdum solis pncipibus licituz esse authoritatiue (vt ita dixerim) facere cõtra legẽ verba legis interptãdo. pz qm̃ non soluz eoꝝ est leges interptari, sed cõdere de nouo. ꝛ hoc videmus quotidie reges facere pragmaticas cõtra leges cões: potissimũ in suis regnis. Secũdo dico aliquando subdito licere per accñs, vtputa in aliquo pticulari casu. nõ autem authoritatiue, sic loquũtur hodie. pz, vt si lex sit in ciuitate, vt valuę vrbis semp clausę habeãtur. sitq; ciuitatis pnceps extra ciuitatẽ, quem hostes assequant: certum est in hꝰ casu vnicuiq; licere valuas aperire, aliogn ciuitas tota periret, principe. vz. capto. Et ꝟo non authoritatiue, pspicuum est, cũ non habeat authoritatẽ condẽdi, igitur nec interpretandi. Tertio dico subdito licere facere contra ꝟba

per accidēs in aliqbus casibus, nō autē cōtra intētiōes legislatoris. Tū ga subditi nō est authoritas cōdendi legem. igit̄ nec faciēdi contra intētionem legislatoris. Tū etiā ga legislatoris intētio est iusta, z bona. igitur nō potest subditus aduersari intētioni. potest aūt maxime subditus facere cōtra v̄ba legis per accidēs in casu, quādo fauore alterius legis sua interp̄tatio haberet vigorem. vt legum interp̄tes quotidie facere tētant. Ulterius videamus vtrū lege meliore inuenta, sit vetus lex illi cōtraria abolēda. Dicēdum p̄mo in casu in quo bona, (quę sequūtur lationē nouę legis) nō fuerint longe meliora malis, quę seq̄bant̄ antiquam, antiqua lex sine accersitu, atq3 cōsensu vniuersi populi nō est abolēda, nam lz princeps de plenaria potestate possit eam abrogare, s̄m tñ Arist. est periculosum qm̄ (vt 2° politicorū dicit) ex hac mutatiōe orirent̄ sediciones, tumultus, rixę, atq3 pollentissimę cōtentiones in populo. verbi cā, si lex antiqua eēt, vt filij oēs ex ęquo bonis paternis succederent, z fieret noua, vt primus heres tm̄ succederet, dubio p̄cul magnę nascerent̄ sediciones, rixę, atq3 contētiones: quę p̄nceps non d3 permittere. Scđo dico, q̄ si per legē nouā sequerent̄ multo plura bona, q̄3 p̄ legē antiquā3, imo per nouā bona, z p̄ veterem mala valde, abolenda est antiqua nouę incōpossibilis, nō tñ subito, qm̄ sicuti natura nō sustinet repētinā3 mutationem, ita nec ciuitas, sed paulatim, z accersito populo, z a ciuibus cōsensu habito. Hoc p̄spicuū est p̄ rōnem Aristo. 2° politicorū. ga omne antiquū p̄sumitur bene factū esse. ¶ P. Antiqua lex p̄ę nimia vetustate p̄uersa est in naturā. Qđ autē est nāle, non aliter assuesci. Accedit q̄ antiqua lex nō solum valet, ga lex, sed ga consueta est, quātum aūt habeat vim, qđ consuetū est. Arist. ostēdit 2° metaphys. lib°. Quare princeps lz possit legem mutare, z subito, z ad cōtrariū, tamē iuste agēdo nō deb3, nec de potētia regulata rōne potest. Ex his p3, quę legalia possint mutari, quę aūt non. Legalia eni3 quę continent moralia, siue iura nālia, siue bona z ęqua, non p̄nt mutari a iusto p̄ncipe. Legalia v̄o, quę cōtinēt iura positiua, quę vim habēt principalr̄ ex volūtate instituentis, mutari p̄nt z quotidie mutant̄. Deinu3 q̄ram' vtru3 si non eēt ius scriptū, nec lex aliqua lata hoībus, hoīes possint bene, z male agere, ex vno videt̄ hoīes nō posse male agere si nulla esset scripta lex, qm̄ ad nihil obligant̄. z si ad nihil obligant̄, non p̄nt peccare, cū omne peccatū sit contra legē: ex alio videt̄ hoīes posse peccare, etiā si nulla lex scripta esset, ga possent agere contra bonū, z ęquum, qđ non scribit̄, z contra lege3 naturę, q̄ oībus hoībus cōmunis nascit̄. Solutio q̄stionis consistit in duobus, quo3 p̄imu3 est, dico q̄ nulla oīno lex sit hoībus lata, etiā p̄nt moraliter bene z male agere, p3. qm̄ possunt recte z non recte vt rōne. Qui eni seipsum necat, moralr̄ peccat, qm̄ agit cōtra legem nālem, quę nihil aliud est q̄3 recta agēdi ratio. Recta aūt ratio dictat vnūquēq3 appetere suip̄sius cōseruationē. Quare qui agit cōtra hoc rōnis dictamē, moralr̄ peccat. Insuper qui cognoscit matrē, peccat moralr̄, qm̄ agit contra rectū rationis dictamen, qđ est, vt nemo cognoscat matrem. Simili mō dici pōt de omni vitio, qđ est contra bonū moris. Cōtra autē, qui agit s̄m dictamen recte rōnis, hic bene moralr̄ agit, vt qui venerat̄ deu3, parētes, p̄ceptores, z qui viuit̄ liberalitate, z tēperātia, z agit s̄m oēm virtutem. Scđm v̄o est, si nulla fuerit scripta lex, nullaq3 ius positiuum in legē ciuibus latū, non erit bene, nec male agere s̄m legem, nec erit aliqđ peccatu3 legale. p3, ga hoīes ad nihil positiue obligant̄. ex his p̄spicuum est legē nālem, eē hoībus cognatam, qm̄ hoībus est cognata ratio, z appetitus sensitiuus, cognatu3 etiam dominiū rōnis super appetitu3. quoties igit̄ homo seruauerit nāle dominium rōnis sup̄ appetitū, tunc seruat lege3 nālem: z dicit̄ moralr̄ bene agere, quoties v̄o permittit, vt appetitus dñetur rōni, z s̄m appetitus dñium agit, tunc moralr̄ peccat, z moralr̄ male agit. Ex his p̄spicuum hoīem, qui agit s̄m imperiū rōnis supra appetitū, agere s̄m nām hoīs, est eni natura hoīs vt rō imperet appetitui. Qui v̄o agit pro dominio appetit' supra rōnem, p3 eū agere p̄ter naturā hoīs: z s̄m natura3 ferinā. Beluę eni agunt s̄m dictamen appetitus sensualis. P3 scđo eū hoīem, qui agit s̄m dictamen rōnis, viuere libere, qm̄ viuit s̄m plenariā potestatē itellectus supra appetitum, qui v̄o agit s̄m imperiū sensitiuum, viuere coacte, z nullo mō libere, nam cogitur ad agendum ab eo, quod sua natura subycit̄, z nulla rōne dilatur.

¶ DE TESTIBVS.

¶ Testes autem duplices sunt, alij q̄dem veteres, alij autē iuniores, z horum alij quidē quibus cum alijs periculu3 cōmune est, alij autem extra.

¶ Cum egisset de legibus, nunc agit de testibus, z p̄mo p̄mittit diuisiones, z dicit. [Testes aute3 duplices sunt, alij quidem veteres, alij aute3 iuniores,] z rursus subdiuidit iuniores, z dicit. [Et horu3]. s. iuniorū testiū [alij quidem, q̄bus cum alijs periculum cōmune est, alij autem extra]. i. alij autem sunt, quibus cu3 alijs nullū periculum cōmune est. verum differētia inter hos (vt dicemus) nō parua est, na3 veteres testes oēs adducunt̄ ad ostēdendum q̄d iustu3, quidue iniustum. testes autē recentes non oēs, quonia3 aliqui eorū inducūtur ad ostēdendu3 factum. aliqui autem ad ostendendum iustum, vel iniustum. Sed de his postea.

¶ Ueteres autē dico, z poetas, z cęteros claros, quorum sententię probatę sunt. Sicuti Homero teste Athenięses de salamine vsi sunt, z tenedij nuper aduersus sigięses Periandro corinthio, z Leophron in critiam Solonis vsus est elegijs, dicēs priscis temporibus domu3 eius impudica3 fuisse. Nō enim vtiq3 scripsisset Solon, flauo critię dicendum mihi est, vt patri ausculet. Hi ergo testes de pręteritis sunt.

¶ Assignata diuisione, nūc declarat mēbra, z primo declarat testes veteres, asserens testes veteres eē, quorum sentētię p̄batę adducūtur ad ostendendum aliqđ eē iustū, vel iniustu3. dicens. [Ueteres autē testes, qui. s. sunt de reb' p̄teritis, dico poetas, z cęteros claros]. s. p̄hos, [quo3 sentētię p̄batę sunt,] z adducūtur ad ostēdēdū aliquid eē iustu3, vel iniustū. Deinde assignat exēpla, z dicit. [Sicuti Homero teste Athenienses de salamine vsi sunt,] scilicet quomō Athenięses in causa, (quę agebatur de salamine) vsi sunt Homero poeta teste [Et tenedij nuper aduersus Sigięses Periandro corinthio] .i. teste viro claro vsi sunt. [Et Leophron in critiam vsus est Solonis elegijs: dicens] authoritate Solonis [priscis tēporibus domū eius]. s. critię [impudicam fuisse, nō eni vtiq3 scripsisset Solon] ειπειν μοι κριτιᾳ ξανθοτριχι πατρος ακουειν. i. dicēdū mihi est, critię flauo, vt patris ausculet, nisi subaudi vt ostēderet, domū critię

tritię priscis temporibus fuisse impudicam. nunc epilogans, dicit. Hi ergo testes de preteritis sunt. pro hoc precepto habemus, cum Ueronēses de venaco fine cum Brixiensibus cām agerent, Ueronenses visos eē plinij testimonio, qui dicit: venacum in agro Ueronēsi situm esse: cuius testimonio ita eē decretū est a Uenetis.

¶ De futuris autem oraculorum etiā iterp̄tes, vt Themistocles, quoniā nauale bellū esset cōmittendū, ligneum inqt murum.

¶ Cū exposuisset testes de p̄terito, nunc exponit testes de futuro, ꝛ dicit. De futuris autem testes dico eos, q sunt καὶ οἱ χρησμολόγοι, idest oraculorum etiam interp̄tes, vt Themistocles visus est, cū esset discussio vtrum bellum foret cōmittēdum, respondit Themistocles, quia nauale bellum eēt cōmittēdum nam oraculum dicit, ξύλινον τεῖχος. i. ligneum murū, qd vates interp̄tati sunt, nauale bellum cōmittendum fore. Ecce quo mō testes de futuro sunt oraculoꝝ interp̄tes. Dicit hic Egidius bene hos testes habuisse locum tēpore gētiliū, apud quos astronomia, ꝛ necromantia plurimū valebant. Temporibus autem nostris, ꝛ tēpore iudeorum, p̄phetę sunt, quos futuroꝝ dicimus testes, nā hi soli sunt, qui numine afflati p̄dicunt futura.

¶ Preterea etiā prouerbia (quēadmodū dictum est) testimonia sunt. velut si quis cōsulat senem nō esse in amicitia suscipiendū, hoc testat̄ p̄uerbiū, nūq̄ beneficiū in sene collocādū, ꝛ liberos perimere, quoꝝ ꝛ p̄res: fatuus qui patre cęso, liberis pepercit.

¶ Cum ostendisset oraculorum interp̄tes esse testes de futuro, nūc ostendit p̄uerbia etiā eē testimonia futurorum, ꝛ dicit. Preterea etiā p̄uerbia (quemadmodū dictū est) testimonia sunt futuroꝝ. Et assignat exēplū, ꝛ dicit. Uelut si qs cōsulat senē nō esse in amicitia suscipiēdū. probet hoc ꝛ dicat, hoc testat̄ p̄uerbium, nūq̄ beneficium in sene collocandum, ꝛ si quis consulat liberos subaudi debere perimere, quorum ꝛ patres occiderit per illud prouerbium, fatuus qui patre cęso, liberis pepercit. Omnia enī hęc p̄uerbia testimonia sunt futuroꝝ. Et p̄pterea prouerbia multū valent in genere deliberatiuo ad ostendendum (vt dictū est) aliquid eē bonum, ꝛ vtile. Hęc de testibus veteribus.

¶ Iuniores autem quicūq̄ etiā clari aliqd iudicauerunt. Nam ꝛ hoꝝ sententię ijs, qui de eisdē litigant, vtiles sunt. Sicuti Eubulus in pretorijs vtebatur aduersus Charetē illo, qd Plato in Archibiū dixit, increuisse in ciuitate, vt cōfiterentur se prauos esse.

¶ Nunc declarat testes iuniores, qui nō sunt in periculo, ꝛ dicit. Iuniores autem qcūq̄ etiam clari iudicauerunt aliquid, ꝛ sunt extra periculum, etiam adducendi sunt testes ꝛ ad probandum factum, si oportet, ꝛ ad p̄bandum iustum esse vel non esse, si conceditur factū: nam ꝛ hoꝝ sententię ijs, qui de eisdem litigant, vtiles sunt, s. vz. ambo litigantes concedunt factū: dubitētq̄ an illud sit iustum, vel ne. ꝛ ostendit hoc per exemplū, ꝛ dicit. Sicuti Eubulus in pretorijs vtebatur aduersus Charetem illo, quod Plato in Archibium dixit, increuisse in ciuitate propter illum, τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι. i. vt confiterentur s. ciues omnes, se prauos esse, per quę voluit habere non esse permittendo in ciuitate esse prauos, q̄a sic omnes tādem fient praui, vel omnes tādem cogentur confiteri se esse prauos.

¶ Et quibuscūq̄ cōmune periculū est, si mētiri videantur. Uerum hi de hmōi solo testes sunt factum ne sit, an non: ꝛ vtrū sit an non: de qualitate vo nō testes: vtputa si iustum, aut iniustum, vtile an inutile: qui vo extra, de his quoq̄ maxime fidedigni sunt. potissimum nempe antiqui: cum sint icorruptibiles. p̄suasiōes igit̄ a testimonijs hę sūt.

¶ Quoniā aūt per singula quonā modo dicendū sit, perspicuū est, etiam in coniugatis, quonam modo dicendū, manifestū erit. vtrū ipse quidē velit suscipere, offerre autē non. aut si offert quidē, suscipere aūt noluerit. aut si suscipere, z offerre voluerit, aut neutrum. nam cum hęc ex illis coniungantur, horum ēt rōnes ex rōnibus illorū ꝯiungi necesse est.

¶ Declarauit quatuor seorsum, primū quo mō dz se habere, qui iuramentū offert, z quo mō qui suscipit, z quo mō qui non offert, z quo mō qui non suscipit. z hęc oīa seorsum. sed qm̄ in vna, eadēqꝫ causa, plura horum accidunt, qr aliqn̄ non soluz volumus offerre, sed offerre, z suscipere, vel neqꝫ dare neqꝫ suscipere, ideo generatim docet locū in his, cū coniūgunt̄, z dicit. [Qm̄ aūt p singula quonā modo dicendū sit, perspicuū est, ēt in coniugatis quonā mō dicēdū, manifestuz erit,] nam cōposita resultāt ex simplicibus. deinde exponit duo mēbra simplicia, z dicit, [vt si ipse quidē] .s. aduersari⁹ [velit suscipere, offerre aūt non. aut si offert quidē, suscipere autē noluerit,] hęc sunt duo mēbra simplicia ex parte aduersarij, quę ēt pñt esse ex parte nostra: z sic erunt quatuor simplicia. duo ex parte nostra, z duo ex parte aduersarij. deinde enumerat duo alia cōposita, z dicit, [aut si] .s. aduersarius suscipere simul, [z offerre voluerit,] hō est primū cōiugatū, deinde dat quartū, qd̄ est s̄m coniugatum, z dicit, [aut neutrū] .s. neqꝫ offerre, neqꝫ suscipere voluerit, quę si sumant̄ ex parte nostra, cōiuncta erunt quatuor. deinde dat locū cōem, z dicit, [nam cū hęc] cōposita [ex illis] simplicibus [cōiungant̄, horū ēt rōnes] idest loca, z ꝯsiderationes, [ex rōnibus,] z ꝯsiderationibus [illorū] simpliciū, [cōiungi necesse est.] quare cū amplificare vel extenuare voluerimus cōiunctum, opꝫ vti locis vtriusqꝫ simplicis. vt si voluerimus offerre iusiurandū, simulqꝫ suscipere, opꝫ ostēdere bene esse, vt offeramus, z bene esse, vt suscipiamus. z si neqꝫ offerre neqꝫ suscipere voluerimus, opꝫ ostēdere nec bene esse, vt offeramus, nec bene esse, vt suscipiamus.

¶ Perspicuū aūt, si sit deceptus, ab eo, q adversarius est, qꝫ nō sit periuriū. Iniuria eniz ex volūtarijs est, z periuriuz iniuria est. quę autē vi, vel deceptione, inuolūtaria sunt. ijs igitur addiciendum peierare quod mente, nō autem, quod ore est.

¶ Nunc docet qd̄ faciūdum, cuz aliqs iurauerit, z inueniatur ꝯtrium, z verba sunt manca, dicat ergo, cū inuenit̄ ꝯtrium, nō periurasse, z dicit. [Perspicuū aūt, si sit] aliqs [deceptus ab eo, qui aduersarius est, qꝫ nō sit piuriū.] z sic dicat non peierasse, qm̄ ab aduersario deceptus est. deinde ꝓbat non esse periurius, cum aliqs deceptus iurauerit falsum, z dicit, [iniuria eniz ex voluntarijs est,] hęc est maior, [z periuriū est iniuria.] subaudi ꝯclōnez, igit̄ periuriū est ex volūtarijs. tunc facit scd̄z syllm̄, z dicit, [quę aūt vi vel deceptione inuolūtaria sunt.] qui iurauit falsuz cū esset deceptus, deceptione egit, igit̄ inuolūtarię. z sic hm̄ōi periurium nō est, qr falsuz iurauit deceptus. ex his ꝯcludit quid sit peierare, z dicit [ijs igitur addiciendū est, peierare] esse [qd̄ mēte, non aūt qd̄ ore] est, falsuz iurare. erit igit̄ definitio ipsius piurare, qꝫ sit mēte, z non ore falsum iurare, z qr deceptus non iurat mente falsum, sed ore, ideo non peierat.

¶ Quod si iam ab aduersario iuratum sit, qꝫ oīa euertet, qui non stat ijs quę iurauit. nam iccirco etiā legibus vtūtur qui iurati sunt, z vos quidē dignos dicimus standū esse his, quę iurati iudicauistis: z ipsi nonne stabimus? cęteraqꝫ huiusmodi quę amplificādo diceret. z de inartificialibus persuasionibus tot dicta sint.

¶ Nunc docet quid faciūdū sit, cum aduersarius iurauerit, z quęrit nō stare iuramēto facto, assignat fere tria loca, quorū primū affert, z dicit. [Qd̄ si iam ab aduersario iuratū sit,] z nolit stare ijs, quę iurauerat opꝫ dicere, [qꝫ oīa euertet, qui nō stat ijs, q̄ iurauit,] destruent̄ enim pacta, z ꝯtrus ciuiles, z oīa, in quibus interuenit iusiurandum. deinde assignat scd̄m locū, z dicit, [iccirco ēt] .s. q̄ iurauerunt, [legibus vtūnt̄, qui iurati sunt,] quare si nō sit standū iuramentis, non erit standuz legibus. deinde assignat tertiū locū, z dicit, [z vos] idest, z si vos [quidē dignos dicimus standū esse his, quę iurati iudicauistis,] z ipsi nōne stabimus, certū est qꝫ stabimus. z si vos nō stabitis iuramēto facto, nec fidei vestrę nos stabimus. quare inter nos nulla cōuersatio, nec pactum, cuz tu nō seruas, nec ego tibi seruauero. demū addit, [cęteraqꝫ huiusmodi, q̄ amplificando diceret] aliqs, tu quoqꝫ dicas, demū epilogat, z dicit, [z de inartificialibus ꝑsuasionibus tot dicta sint.] sꝫ de iuramēto satis supius dictū est.

¶ De piurio xō, ex his, quę Arist. dixit, colligit̄ qd̄ sit periurare, est eniz scienter ac mente, z sponte ore falsuz iurare. deceptus eniz si ore falsum iurat, non periurat, z si vi falsum ore iurat, minime piurat, cā autē est, qr periurare est iniuriari, sed iniuriari ex voluntarijs est. ergo periurare ex volūtarijs est. Quę xō vi atqꝫ deceptione fiunt, non volūtarię fiunt. igit̄ periurare nec vi, nec deceptione fit. igit̄ periuriū est mendaciū scienter, ac spōte iuramento cōfirmatū. dicit̄ mēdaciū, qm̄ cum voces sint signa nāliter intellectuū, ꝓternaturale est, vt aliquis vocibus significet id, qd̄ nō hꝫ in mēte. z qr mendaciuz est res ꝓternaturalis, ideo Aristo. 4° ethicorū lib. asserit esse per se prauum atqꝫ fugiendum. verū autē contra ꝑ se bonū, atqꝫ eligendū. ergo recte dixit Aristo. non esse piuriū, nisi cum ore exprimit̄ aliud ab eo, qd̄ mēte tenetur dicit̄ aūt iuramēto cōfirmatū, qr mendaciū dici potest iuramēto, z sine iuramēto. modo nō est periurium, nisi sit mendaciū, nec est periuriū, qr est mēdacium, sed opꝫ, vt sit sacramēto firmatū dicit̄ scienter, atqꝫ spōte, qm̄ si mēdaciuz ignoranter per deceptionē, vel scienter ꝑ vim fieret non esset sponte factū, z sic non esset periurium, qr nō esset iniuria, vt Aristo. dicit. Circa hanc definitionē quęrit̄ cuz tres sint comites iuramenti, veritas, iudiciū, z iustitia, ꝓp quid magis specificat̄ piurium ab ipsa falsitate, quę est ꝯtia veritati, q̄ ab iniustitia, quę ē ꝯtia iustitię, vel ab indiscretione, quę est ꝯtia iudicio; ꝓpea dubiuz est verū iuramentū pro re leui, sit periuriū. Silr̄ verum iuramētuz pro iniuria facienda deo, quāqꝫ non facit, sit periuriū, Hieronymus vir omni probitate dignissimus Hiere. 4° asserit periuriū esse ex quouis illorū, non tm̄ eodez ordine, qm̄ primo ac principaliter cuz veritas ipsa defuerit, qm̄ defectus veritatis directe tollit finē iuramēti, qui est cōfirmatio dicti humani per testimoniū dei, z qr defectus veritatis est falsitas, ꝓpter hoc a falsitate precipue iuramēti peruersitas (quę periu

Digressio de periurio.

rium di)spem accipit. deinde qn deest iustitia. quocūqz enī modo aliqs iurat illicitū, ex hoc ipso falsitatē incurrit. qm se obligat ad id, cuius ɔ̄riū faciet. tertio quādo deest iudiciū. qz cum indiscrete iurat, ex hoc ipso periculo se cōmittit falsitatē incurrendi. scdo querit verū iurātes falsum pro vita, et rebus seruandis, sint periuri, vel ꝙ non, qm (vt Arist. dixit) non est periurus, qui inuitus falsum iurat, sed qui iurat pro tuēda vita, inuitus iurat, qm metu mortis iurare vr, silr qui falsum iurat pro rebus atqz bonis seruādis, ēt inuitus iurat, qm metu amissionis bonoꝝ, sine quibus vita non pōt seruari. Iuristę nōnulli asserunt qui falsum iurant metu mortis, nō esse periuros, qm dubio pcul inuiti iurant. qui vo falsuz iurant metu amissionis bonoꝝ, eos duplr esse dicunt, qa vel metu amissionis oīum bonoꝝ, et hos sic falsuz iurātes dicunt non esse periuros, qm inuiti iurant. vel metu amissionis quorūdaz bonoꝝ, sine quibus pnt viuere, et hos iurātes falsum, volūt esse periuros. cā aūt quia per amissionē oīum bonoꝝ, amittit vita, per amissionē aliquoꝝ bonoꝝ, non amittit vita. Sed oēs hi errant, qm (vt Arist. dicit 3° ethicoꝝ) actiones quę fiunt metu mortis sunt simplr voluntarię, et sm qd inuoluntarię, sm eniz conditiones particulares (pęnes quas attendunt actus morales) sunt voluntarię, ergo simplr voluntarię. in vlī sunt inuoluntarię. igitur qui falsuz iurat metu mortis, vel metu amissionis oīuz, vel aliquoꝝ bonoꝝ, mō scienter falsum iuret, periurus est. deinde querit verū periurus metu mortis, vel metu amissionis bonoꝝ aliqua pęna a iudicibus sint puniendi, leges exclamant hmōi periuros solū deum hēr vltorez, qm cum peccent mortaliter, et deus vltor sit peccatoruz verus, et solus, ideo bene dicunt leges huiusmodi periuros solum deum habere vltorem. Et vo non a iudicibus, probatur quoniaz id fecerunt non gratia decipiendi principaliter, sed grā proprię salutis. est autē de iure naturali, vt quis se, et sua bona seruet. Igitur non merentur pęnam aliquam nec ordinariam (vt vtar verbis iuristarum) nec extraordinariaz. vnde quatenus non fallendi gratia peierarunt, nullam videntur pęnam mereri, quatenus verum deuz induxerunt testem falsi, deum habent vltorez. hanc rationem considerans pontifex extra de iureiurādo ca. questione, quę ponitur an a sacramenti vinculo absoluantur, qui illud inuiti pro vita et rebus seruandis fecerūt: dicit, nihil aliud arbitramur ꝙ̄ quod antecessores nostri Romani pontifices arbitrati fuisse noscuntur, qui tales a iuramenti nexibus absoluerunt. Cęterum vt agatur cōsultius, et auferatur materia deierandi, non eis ita expresse dicatur, vt iuramēta non seruent. Sed si ea nō attenderint, non ob hoc sunt tāquaz pro mortali crimine puniendi. Rex etiam Ladislaus per legem voluit principalez in propria causa cuz periurauerit, in nihilo esse puniendum. qz periurus (qui pro se suisqz bonis seruandis falsum iurat,) solum deum offendit, quatenus deum d cit testem falsi, et sic dignum est, vt solum deuz vltorem habeat. Quia vo non periurat vt iudicem fallat, non meretur pęnam iudicialem. legum vo (venia sit dicto) qui potius extortores, ꝙ̄ expositores debēt dici, volunt periurium etiam in causa principali esse puniendum, et si non pęna ordinaria saltem extraordinaria, potissimum cum periurium fuerit alicui pręiudiciale. Et licet hęc dicant, non probarunt per leges directe hęc dicentes, sed per quasdaz legū extortiones, vel (vt rectius loquar) euersiones: quibus nullo pacto est credendum. hęc pauca de periurio. ¶ Finis primi Libri.

Codice de rebus creditis et de iureiurādo lege 2°.

¶ ARISTOTELIS ARTIS RHETORICE LIBER SECVNDVS CVM EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS EXPOSITIONE, AD ANTONIVM GARLONIVM ALLIFANORVM PRINCIPEM.

Ex quibus igitur oporteat et hortari et dehortari, et vituperare et laudare, et accusare et defendere, et quales opiniones, et ppositiones vtiles sint ad bonā persuasionem, hęc sunt. De his eniz et ex his enthymemata colligūtur, vt de vnoquoqz genere orationum propria sit dicere.

Orator (vt sępius dictum est) psuadere pōt ex parte orationis, et ex parte dicētis, et ex parte audiētis. ex parte quidem orationis, bifariā aut persuasione artificiali, aut inartificiali, et de hac vtraqz persuasione dictum est libro p°. ex parte vo audiētis, aut ipsuz afficiendo, aut ipsuz delectādo, de psuasione delectationis effectiua dicet lib° 3°, vbi aget de qualitatibus, et partibus orationis et de elocutione. de psuasione vo ex parte dicētis, et ex parte audientis, q̄ est in afficiēdo, agemus in hoc lib° 2°. Arist. ergo volēs agere de persuasione, quę est in afficiēdo. primo epilogat quęcūqz in p°mo lib° declarauit, postea accedet ad pertractandū de his, q̄ psuadent in afficiēdo de prima parte dicit. Ex quibus igitur oporteat et hortari, et dehortari,]quātū ad orationes, quę sūt in genere deliberatiuo,[et vituperare et laudare,]quātū ad orationes, quę sunt in genere demōstratiuo,[et accusare, et defendere]quantū ad orationes, quę sunt in genere iudiciali.[et [quales opiniones, et ppōnes vtiles sint ad bonā persuasiones,]quę s. fiunt in oī genere,[hęc sunt]s. pertractata lib° p°. nam libro p° dicta sunt argumentoꝝ genera, quibus suadere, ac dissuadere possumus in deliberationib9, et quibus vituperare et laudare possumus in demōstrationibus, et quibus accusare, et defendere possumus in iudicijs. dictę sunt ēt in p°mo libro opiniones et ppōnes, quę vtiles sunt ad faciendā fidez in his, s. est in deliberationibus, demōnibus, atqz iudicijs. cuius cāz repetit, et dicit, [de his eniz]s. ppōnibus et opinionibus, [et ex his enim]s. ppōnibus et opinionib9 [enthymemata colligunt,]atqz conficiunt, [vt de vnoquoqz genere orōnū ppria sit dicere,]p hoc eniz qd egimus de ppositionib9, et qōnibus, possumus agere de oratione cōueniēti vnicuiqz generi, vt dictū est. igitur in primo libro egimus et de generibus argumētoꝝ, quibus vtūtur rhetores, et de ppōnibus, et qōnibus, ex quibus argumēta sunt. ¶ Quo vo ad verba attinet, verbum opiniones gręce est δόξαις, et in veteribus trāslationibus legit corrupte oppositiones, intelligit aūt Aristo. per opiniones, qōnes, quas ēt gręci theses vocāt: de qbus argumēta colligunt, p ppōnes autē intelligit partes argumentoꝝ, quę sumuntur a locis, ex quibus argumenta constant. Aliter quoqz Egidius verbum δόξαις legit sentētias, et tūc vult Aristo. dixisse sentētias quo ad cōclusiones ipsas enthymematū. et dixisse ppōnes, quo ad pmissas enthymematū. vel aliter per sentētias intelligit [elemēta,]quę virtute ingrediunt enthymemata. p ppōnes aūt ea, quę ingrediunt enthymemata sz substā

tiaꝫ. prima expositio, quã Egidius laudat, nullo mõ va-let, qꝛ exponit textũ corruptum. Hactenus de epilogo.

¶ **Quoniã autẽ iudicij gratia est rhetorica, nam ꝛ consilia iudicant, ꝛ sententia iudiciũ est, necesse est ad orationeꝫ non solum spectare, vt ipsa demonstratiua, ꝛ credibilis sit, sed vt ipse quoqꝫ ꝛ iudex qualis quidam fiat.**

¶ Ut dictũ est primo libro dupl'r rhetor ꝑsuadet, aut ſm rem, ꝛ hoc dupl'r, artificialiter per argumẽta, aut inartificialiter, ꝛ ꝑter rem, vt cum ꝑsuadet per ea, que nõ sunt argumenta, queqꝫ sunt triplicia, ex parte dicẽtis per moratam persuasionẽ, aut ex parte audientis, dupl'r aũt audientem afficiẽdo, aut delectãdo, quare cum epilogasset, nũc ꝑponit ea, que hoc ſcd̃o lib° vult ꝑtractare, ꝛ dicit. [Quoniã autẽ rhetorica est iudicij gratia,] hoc est vt trahamus auditorẽ ad ↄ̃sensum nostrũ, vt primo libro dictũ est, vbi diximus oratoris finẽ esse facere fidẽ in alio, cuius rationẽ repetit, ꝛ dicit, [nam ꝛ] audientes in cõtionibus [consilia iudicãt,] ꝛ hoc quantũ ad genus deliberatiuum, ꝛ sic rhetorica cõsultiua est causa iudicij. [ꝛ sententia iudicium est.] id ꝛ sñia, que fit in foro, iudicium est, ꝛ sic rhetorica iudicialis iudicij cã est. Simili rõne addere poteris (licet ipse nõ addiderit) ꝙ rhetorica demõstratiua iudicij cã est, quare oĩs rhetorica est vt persuadeat, ac in alio fidẽ faciat, ꝛ iudiciũ. ꝑpterea cõcludit, ꝛ dicit, [necesse est ad orationẽ] .i. ad rhetoricã, que est de oratione [non solum spectare, vt ipsa] orõ [demõstratiua] ꝛ ꝑbatiua, [ꝛ credibilis sit,] qđ fecit ꝑmo lib°. [sꝫ vt ipse quoqꝫ] .s. rhetor, [ꝛ iudex qualis quidam fiat,] ꝛ ita opus est ꝑtractare in hoc ſcd̃o lib° de ijs, per que ꝑter rem ꝑsuademus ꝛ ex parte dicẽtis, ꝛ ex parte audientis afficiẽdo. est igit̃ vis rõnis, cum rhetorica sit, vt persuadeat, rhetorica dꝫ agere de ijs oĩbus, qbus persuadere possumus, ꝛ qꝛ persuadere possumus ꝛ ſm rem, ꝛ ꝑ ea que sumũtur ab ipso dicẽte, ꝛ ab ipso audiẽte, de his oĩbus rhetorica erit. quare cũ primo libro dictũ sit de ijs, ꝑ que ꝑsuademus ſm rem, hoc ſcd̃o ꝛ tertio libro agendum est nobis de ijs, quibus ꝑter rem persuademus. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, per verbum illud κρίσις, grece, qđ latine est iudiciũ, persuasionẽ intelligit. nã rhetor est, vt persuadeat, ꝛ audiẽs iudicet. Sententia ꝟo grece est γνώμη, que ẽt latine iudiciũ ꝛ persuasio est, vnde in cõtionibus iudiciũ est persuasio deliberãtiũ. ꝛ in causis iudiciuꝫ est persuasio iudicis. In demõstratiuis ꝟo iudicium est persuasio spectatoꝝ. ergo rhetorica oĩs iudicij hoc est persuasionis cã est. ꝛ sic quecũqꝫ ad persuasionẽ faciunt, ad rhetoricã attinet cõsiderare. ꝛ cũ dixisset, [vt ipse quoqꝫ,] rhetorẽ intellexit, qui dicit, ꝛ cũ dixisset, [ꝛ iudex,] intellexit eum, cui rhetor conat̃ persuadere, siue sit contionator, siue iudex, siue spectator. vterqꝫ eniꝫ fieri dꝫ qualis quidẽ, nam dicens talis fieri dꝫ, vt sit aptus ꝑsuadere, audiens ꝟo talis, vt sit aptus accipere persuasionẽ. ꝛ cum dixisset, [vt ipsa demõstratiua, ꝛ credibilis sit,] intellexit quo ad ea, quibus rhetor ꝑsuadet ſm reꝫ, ꝛ cum dixisset, [sed vt ipse quoqꝫ ꝛ iudex qualis quidaꝫ fiat,] intellexit quo ad ea, quibus rhetor persuadet ꝑter rem, de quibus nunc est intentio.

¶ **Multum enim differt ad fidem, maxime quidem in cõsilijs, deinde quoqꝫ in iudicijs, qualẽ quẽdaꝫ videri dicentẽ, ꝛ ad eos putari se haberi quodã modo ipsum. Ad hec autem ꝛ si ipsi dispositi quodã modo sint.**

¶ Quia accepit ea, q̃ sumunt̃ ex parte dicentis, ꝛ ea, q̃ sumunt̃ ex parte audientis ad fidẽ facere ꝛ persuasioneꝫ, exponit nunc istud, ꝛ dicit. [Multuꝫ enim differt ad fidem] hoc est ad persuasionẽ faciendã, [maxime quidẽ] ac principaliter [in cõsilijs,] ꝛ deliberationib⁹, [deinde quoqꝫ] secũdarie [in iudicijs,] atqꝫ causis, [qualẽ quendã videri dicentẽ, ꝛ ad eos] .s. auditores [ipsuꝫ] dicenteꝫ [putari se hẽre quodãmodo] .i. sic vel al'r affectuꝫ, vt bonũ, ꝛ prudentẽ, ꝛ amicũ. vel se hẽre cõtra, [ad hec aũt,] faciunt ad fidẽ faciendã, [ꝛ si ipsi] .s. auditores sic [dispositi quodãmodo sint] .s. amãtes, vel cõmiserantes, aut cõtra. hec inquã duo faciunt ad persuasionẽ nõ equaliter, qꝛ maxime ꝛ primo hec duo faciunt ad persuasionẽ in ↄ̃silijs, deinde ꝛ secũdario in iudicijs ac causis. tacuit autẽ, quo mõ faciãt hec ad ꝑsuasioneꝫ in demõstratiuis, qꝛ postea dicet. qbus perspicuũ est, qꝛ tã qualitas dicẽtis, q̃ qualitas audientis variat iudiciũ. qđ ꝟo sit qualitas dicentis, qđue qualitas audientis, postea dicitur.

¶ **Qualem quẽdam igitur videri dicentem, vtilius ad consilia est, affici autẽ quodãmodo auditorem, ad sententias.**

¶ Quia accepit qualitateꝫ dicẽtis, ꝛ affectũ auditoris nõ pariter facere ad persuasionẽ, nũc per modũ ↄ̃clusionis illud epilogat, ꝛ dicit. [Qualẽ quẽdaꝫ igitur videri dicẽtem] hoc est qualitas dicẽtis, [vtilius ad cõsilia est, affici aũt quodã modo auditorẽ,] hoc est affect⁹ auditoris, est vtilius [ad sentẽtias:] siue iudicia. Sꝫ dicẽs hec duo magis vtilia esse ad cõsilia, minus autẽ ad iudicia, nunc aũt dicit qualitatẽ dicẽtis vtiliorẽ esse in deliberationibus, ꝛ afficere auditorẽ vtilius esse in sentẽtijs, igit̃ non videt̃ Arist. sibi cõstare. fortasse prima cõparatio simpliciter facta est, ſcd̃a ꝟo facta est ſm quid, qđ quo modo sit, in processu libri intelligetur.

¶ **Non enim eadẽ videntur amantibus, ꝛ ijs, qui oderunt. neqꝫ iratis, ꝛ mansuete se habẽtibus: sed vel omnino diuersa, vel magnitudine diuersa.**

¶ Cum dixisset qualitatẽ dicẽtis, ꝛ afficere audientẽ facere diuaꝫ in ꝑsuadendo, nũc exponit, quo mõ afficere audientẽ facit diuaꝫ in ꝑsuadẽdo. nã primũ postea declarabit, est ẽt pro parte declaratũ, qꝛ ꝑꝑ qualitateꝫ dicentis auditor putat ipm dicentẽ sic se hẽre ad eum, vt ille se hꝫ ad se. nam cũ credat eũ esse suũ amicũ, putat etiã euꝫ ea facere, q̃ ille sibi facit. Quare supponẽs h̃, declarat quo modo affectus audiẽtis variat iudiciũ in causis, ꝛ dicit. [Nõ eniꝫ eadẽ] .s. iudicia [vident̃ amãtibus, ꝛ ijs, q oderũt, neqꝫ iratis ꝛ mãsuete se hñtibus, sꝫ] iudicia vident̃, [vel oĩno diuersa,] ita, vt nullo pacto iudicia, q̃ videntur amãtibus, videant̃ ijs, qui oderunt, ꝛ iudicia, que videntur iratis, nullo pacto videant̃ ijs, qui mansuete se hñt, [aut] saltẽ [videntur magnitudine diuersa,] idest differentia ſm magis, ꝛ minus. qꝛ amãs minuit, ꝛ odio habens amplificat, vel contra amans amplificat, odio hñs extenuat: vt statim exponetur. sic etiam differunt apud iratos, atqꝫ mansuetos.

¶ **Nam amanti quideꝫ ille de quo facit iudiciũ aut nullã, aut paruam iniuriam fecisse videtur. ei autem, qui oderit, contra.**

¶ Exemplum, qđ accepit nunc exponit de amante, ꝛ de eo, qui odio habet, qꝛ per hanc ideꝫ patebit de mãsuetis, ꝛ iratis, ꝛ dicit, dico autẽ iudiciũ esse diuersum amãti ꝛ ei, qui oderit, [Naꝫ amãti quidẽ] reum [ille, de quo,]

iudex amans [iudicium facit, aut nullam, aut paruā in iuriam fecisse videt,] ꝛ sic aut absoluet, aut in paruis puniet. [et autē] iudici, [qui oderit] s. reū ipsum, [contra] videbit, nam iudicabit magnam fecisse iniuriā, ꝛ sic puniet in magnis. Simili modo dici pōt de iudice irato ꝯ reum, ꝛ de iudice, qui mansuete se hꝫ ad reum. qḋ (quia perspicuum est) Aristo. non exposuit.

¶ Et cupienti quidē, ꝛ speranti, (si sit qḋ futurū est, iucundū) ꝛ fore, ꝛ bonum fore videt. desperanti ꝟo, atq; indignanti, contra.

¶ Cum declarasset iudiciū variari ꝑ amorē, ꝛ odium, idem declarat ꝑ spem, ꝛ desperationē, ꝛ dicit. [Et amplius vt in prouerbio dicit, [cupienti quidē, ꝛ speranti (vt sit qḋ futurum est iucūdum) ꝛ fore] s. ꝓsequendū, [ꝛ bonum fore videt,] qḋ enim facile volumus facile credimus, [desperanti ꝟo, atq; indignanti, ꝯtra.] videtur s. neq; fore prosequendū, neq; fore. quod enim nolumus, fore, non credimus. ex his ergo vult habere qualitatem dicentis, ꝛ affectum audientis esse res, de quibus agit rhetor, non quidē vt persuadeat per ea, ſm rē, sed vt persuadeat per ea ꝑter rē. Sic igitur in hoc 2° libro agendū est de qualitate dicentis, ꝛ de affectu audientis, nam per hęc ambo rhetor persuadet saltem ꝑter rem.

¶ Eius igit̄ qḋ est ipsos dicētes fidedignos esse, tres sunt causę. tot enim sunt, ꝑ quę pręter demrōnes credimus.

¶ Cum ꝓbasset per qualitates dicentis nos persuadere posse, nunc exponit, quę nam ille sint, ꝛ dicit, [Eius igit̄ qḋ est ipsos dicentes fidedignos esse,] idest, vt dicentes ipsi fidedigni videant̄, [tres sunt causę,] ꝛ assignat rationē, ꝛ dicit, [tot enim sunt] causę, [per quę] siue quas, [ꝑter demrōnes] i. argumenta [credimus] dicētibus: cū vꝫ. subaudi non fuerimus affecti erga eos. ꝑ demrōnes enim argumenta intelligit, quę fiunt ad rem.

¶ Sunt autem hę prudentia, ꝛ virtus ꝛ beniuolentia.

¶ Exponit illas tres causas per ꝓpria nomina, ꝛ dicit. [Sūt aūt hę] s. causę, quibus dicēs habet̄ fidedignus, [prudentia, ꝛ virtus, ꝛ beniuolētia.] Sed dices, prudentia virtus est, igit̄ non dꝫ ponere in numero cū virtute, fortasse Aristo. hic per prudentiā intellexit scientiā, quę ignorātię opponitur. vel forte per prudentiā intellexit rerū experientiā, aut intellexit per prudentiā virtutem, quę opponit̄ imprudentię, per virtutē ꝟo bonitatē, quę opponit̄ nequitię, ꝛ sic per virtutē non intellexit genus tōe ad oēs virtutes, sed (vt vulgares dicūt) integritatē, quę in nulla spē virtutis determinate continetur.

¶ Fallunt enim in his, quę dicunt, aut consulunt, aut ꝓpter hęc omnia, aut ꝓpter horum aliquid. aut enim ꝓpter imprudentiam non recte id sentiunt. aut opinātes recte, ꝓpter nequitiā, nō quę sentiunt, dicunt. aut prudētes quidē, ꝛ integri sunt sed nō beniuoli, iccirco contingit eos, qui cognoscūt, non optima cōsulere. ꝛ pręter hęc nihil.

integri & virtuales probi equi & boni.

¶ Os tres sunt causę, quibus dicētes facile ꝑsuadent, prudentia, virtus, ꝛ beniuolētia, probat loco a contrario, ꝛ dicit. [Falluntenīꝫ in his, quę dicunt, aut consulunt,] scilicet oratores, [aut ꝓpter hęc omnia,] idest, aut ꝓpter cōtraria omniū dictarum causarū, [aut ꝓpter horū aliquid,] idest aut ꝓpter aliqḋ ex cōtrarijs dictarū causarū. deinde declarat quo modo, ꝛ dicit, [aut enim ꝓpter imprudentiā non recte id sentiunt,] qḋ scilicet dicunt, aut cōsulunt, [aut opinantes recte] quod dicunt, ꝛ consulūt, [propter nequitiam, non quę sentiunt, dicunt,] ꝛ consulunt, [aut] fortasse oratores [quidem sunt prudentes, ꝛ integri,] ac sinceri, [sed non beniuoli, iccirco contingit eos, qui cognoscunt,] quę consulunt, ꝛ qui sunt sinceri, ꝛ integri ꝓpter maliuolentiam quā habent erga eos, quibus persuadent, [non optima consulere.] igitur per locū ab opposito dicentes erunt fidedigni, aut ꝓpter hęc omnia, [ꝛ pręter hęc, nihil.] aut ꝓpter aliquid eorum, ꝛ pręter hęc nihil. Sed occurres, qꝛ si dicētes sinceri sint, ꝛ integri, non praua consulunt. non enim cum integritate ꝛ sinceritate videt̄ stare hoc. Insuper qui male consulit, mendaciū dicit, sed cum sinceritate non videt̄ stare mendacium. has quęstiones mouit Egidius, Ego tamē dicerem secus esse loqui ſm moralitatem peripateticā, secus autē ſm moralitatē christianā, nam ſm peripateticos cum sinceritate stat tam prauitas, ꝙ mendacium in consulendo, cum. vꝫ. consulit orator ad vltionē iniuriarū. Uiri enim boni atq; sinceri ſm moralitatē peripateticam possunt vlciscendi causa eos, a quibus iniurias acceperunt, ꝛ male consulere, ꝛ illis mendacia dicere, licet peccēt, quia si morale est amicis bene facere, morale est inimicis male facere omnibus modis, qbus fieri potest, ꝛ consilio, ꝛ verbis, ꝛ factis. ſm veram moralitatem secus est, vt in theologicis scripsimus. vtrum ꝟo hęc sint ſm platonicam moralitatē alibi perquiretur. Et dici potest Aristo. esse locutum in rhetoricis, in quibus licet respicere ad opposita. ꝛ ita per sincerum, ꝛ integrū, non intelligit virū omni virtute prędit um, sed eum, qui ſm maiorem partem est bonus, hic enim est rhetor, naꝫ licet moralis non possit esse bonus, quin omni virtute sit bonus, tamē rhetor potest putari bonus, qui tamē in omnibus non erit bonus. quia igitur Aristo. enumerauit tres causas, quibus homines sunt fidedigni, ne qs credat adhuc esse alias cās, addit, [ꝛ pręter hęc] tria, [nihil] aliud est, quo hoīes possint esse fidedigni.

¶ Necesse est ergo eum, qui videtur habere hęc oīa, apud audientes fidedignum esse.

¶ Epilogat cōcludendo, qui sit fidedignus, ꝛ dicit. [Necesse est ergo] ex dictis, [eum, qui videt̄ habere hęc omnia, apud audientes fidedignū esse,] qui ꝟo aliquid horum, aliqua in parte in consulēdo fidedignum.

¶ Unde ꝟo prudentes, atq; studiosi videantur, ex his vtiq;, quę de virtutibus dicta sunt, sumendū est. ex eisdē enim quispiā ꝛ alium, ꝛ seipsum efficiet talem, de beniuolentia autem, ꝛ amore in his, quę nunc de affectibus dicendum.

¶ Quia aliquis dicere posset Aristo. cum ad faciendam fidem necessarium sit, vt orator videat̄ audientibus bonus, cur non affers loca, ex quibus possint accipi argumenta, quę ostendāt nos esse bonos audiētibus. qui respondēs se excusat, ꝛ dicit. [Unde ꝟo prudētes atq; studiosi videātur] s. homines, [ex his vtiq;, quę de virtutibus dicta sunt] in genere demōstratiuo [sumendū est,] ibi enim data est ars laudandi, per quā possumus facere, vt aliquis videatur prudens ꝛ studiosus, licet nō sit, ꝛ per eandem artem possumus etiam facere, vt nos videamur prudentes, ꝛ studiosi, ꝛ ibidē data est hęc ars, qua possumus videri prudentes, ꝛ boni. cuius rationē dicit, [ex eisdem enim quispiam ꝛ alium ꝛ seipsum efficiet

siet talez,]vt.s.videamur prudens,⁊ bonus,licet fortasse non sit.per eandez enim artem qua possumus facere,vt aliquis studiosius videat̃,facere etiaz possumus,vt nos videamur.⁊ qm̃ nõ solum fidedignus oꝫ videri studiosus,sed beniuolus,ideo dicit,[de beniuolẽtia autem ⁊ amore,]quo mõ.vz.facere possumus , vt videamur beniuoli,⁊ amantes,[in ijs,quę nunc de affectibus,] dicũtur,[dicendũ est.]per ea eniz quę de affectibus dicẽtur, poterimus facere vt non solum alius,sed etiam nos videamur beniuoli,⁊ amantes.

DE AFFECTIBVS.

Affectus igitur sunt,per quos cõmoti differunt ad iudicia : quos quidem consequũtur dolor,⁊ voluptas , vt ira , misericordia, timor , cęteraqꝫ huiusmodi omnia , ⁊ his opposita.

Cum egisset de causis,qualitatibusqꝫ, quibus dicẽs psuadet auditorib⁹ ad aliqd agẽdũ,vel credendũ,nũc docet ea,qbus psuasio fit ex parte auditoris.hęc aũt sunt,q̃ a gręcis dicunt̃ πάθη, a nostris ℞o,nõ vna rõne dicũtur.nam Boetius vir doctissimus passiones appellat, alij affectus,vel affectiones,Cicero aũt perturbationes vocat.de quibus quędã lib° pmo diximus. His eniz auditores aliter,atqꝫ aliter affecti aliter atqꝫ aliter iudicãt. Sunt ẽt quędã his annexa,quas humanas cõditiones, vel humanas dispõnes appellare possumus , vt ętates, prosperitates,⁊ infortunia,de quibus postea, pp ętates enim atqꝫ infortunia,aliter atqꝫ aliter hoies afficiunt̃,⁊ sic pp illa aliter atqꝫ aliter iudicãt,hac rõne Aristo.p̃ de affectib⁹,scdo loco de humanis dispõnibus egit.qꝛ ℞o a definitione iustũ est pficisci,Aristo p̃ affectũ siue passionẽ describit,nõ quidem vt de eo agit phs nãlis,sed vt eo vtit̃ rhetor ad persuadẽduz,⁊ dicit.[Affectus igit̃ sunt,per quos]hoies ipsi[cõmoti differũt ad iudicia,] idest differenter iudicant:[quos quidem cõsequunt̃ dolor,⁊ voluptas,]vbi scda pars est causa primę.naz ideo affectibus homines cõmoti differenter iudicant,qꝛ effectus ipsos ꝯsequit̃ aliqñ dolor,aliquãdo voluptas.Exponit aũt per exẽplum hos,⁊ dicit , sunt aũt huiusmodi affectus,[vt ira,misericordia,timor, cęteraqꝫ huiusmodi omnia,⁊ his opposita,]quibus homines cõmoti differẽter iudicant. Digred̃ t̃ autez hic Egidius de affectibus,⁊ licet ea,quę disputat,attineãt ad phm naturalẽ, tamen non est malũ aliqua disputare , licet nos in libro 2° de pulchro satis copiose dixerimus:⁊ nõnulla etiam de eisdẽ primo huius. Primo itaqꝫ differendum est de subiecto affectuũ,nam ⁊ Egidius primo de re hac disseruit,⁊ quidem bona ratione,qꝛ subiectuz pertinet ad definitionẽ accidẽtis:⁊ quia affectus est accidens , ideo de eius subiecto primo differendum. itaqꝫ accipiamus primo humanã animam,qua homo ratiocinat̃ ,⁊ intelligit esse eandẽ,quę rõnalis,⁊ sensitiua,⁊ vegetalis est,qđ ita esse supponemus. Ex h̃ seqtur in humana aĩa triplices potẽtias esse,nã quatenus humana aĩa ẽ vegetalis, consequũtur eam potentię naturales,quę sunt generatiua,⁊ auctiua,⁊ nutritiua. quatenus ℞o humana anima est sensitiua,eã consequũtur potentię sensibiles,quę instrumentis cõiungunt̃.quatenus ℞o humana aĩa est rationalis,eam cõsequũtur potentię intellectuales. vz intellectus,⁊ volũtas.Supponemus scdo affectus esse in aĩa,quatenus sunt in potẽtijs aię,hoc eni ita eẽ disquisitũ est a nobis sępius in libris nãlis phię.Tunc vel sunt in potẽtijs nãlibus,⁊ hoc non,qꝛ nãles potẽtię, q̃tenus sunt potẽtię nãles,sunt actiuę, at affectus non actiones sunt,ſꝫ passiones,q̃ trahũt aiaz,q̃ patit̃ ad id,qđ est agẽtis. vel sunt in potẽtijs intellectualib⁹,⁊ nec hoc,qm̃ affectus regrunt potẽtiam,⁊ instrumẽta, quibus nõ sunt copulatę potentię intellectuales,est ẽt alia rõ,qm̃ affectus sunt,vbi corporea trãsmutatio est,q̃ in actib⁹ intellectiuis nõ est. Quare sequit̃ huiusmodi affectus esse in potẽtijs sensitiuis.Sed potẽtię sensitiuę,alię sunt appheñsiue,alię appetitiuę , ⁊ cuz affectus non sint in potentijs apprehẽsiuis,igit̃ in potentijs appetitiuis,Qꝛ autem nõ sint in potentijs appheñsiuis , ex eo probarũt Egidius, ⁊ diuus Thomas eius doctor,qꝛ per affectum trahitur patiens ad id,qđ est agẽtis.At aia sensitiua magis trahitur ad rem affectibilem per vim appetitiuã,q̃ per vim appheñsiuã,quippe cum aia per vim appetitiuaz ad res ipsas ordinẽ habeat,qua ipse in seipsis sunt. p vim autẽ appheñsiuã non trahit̃ ad res ipsas appheñsibiles,vt in seipsis sunt,sed magis vt sunt in ipsa aia,qm̃ ipsa aia cognoscit res sm rerũ intentiones,quas in seipsa hꝫ,easqꝫ recipit sm modũ propriuz. Quę nõ ignorauit Aristote. 7° metaphysice lib°,cum dicit bonũ,⁊ maluz,(quę obiecta sunt potentię appetitiuę)esse in rebus.verũ autem ⁊ falsuz,(quę ad cognitionẽ pertinent)non esse in rebus, sed in mẽte.ex his concludũt affectus esse in appetitu ipso sensitiuo.nam ipse est,qui trahit̃ ad obiectoꝝ conditiones.Sed cõtra hęc videt̃ illud,qđ fere ab omnibus dicit̃.s.affectus esse cordis passiones,non aũt dicerẽtur cordis passiones,nisi essent in ipso corde. igit̃ non sunt in appetitu sensitiuo,sed in ipso corde. nec est dubiũ huiusmodi affectus sequi motum in spiritu vitali,qui(cuz sit vapor quidã sanguineus in corde residens,⁊ a corde proficiscens)opus est,vt ipsi sint in corde.Qꝛ autẽ tales affectus sequatur motus in huiusmodi vitali ipso spiritu,declarauit Auicẽna medicus,ex eo quia re affectibili sensibus externis.occurrentib⁹,primo res ipsa apprehendit̃ a virtute imaginaria externis sensibus simulacrũ illius ad virtutẽ ipsaz deferẽtibus , deinde appetit⁹ cõmouet̃,ac trahit̃ naturali impulsu ex illa appheñsione ad cõditiones obiectę rei affectibilis.demũ hmõi appetitus cõmotionẽ motus statiz seqtur vitalis spiritus aut ad interiora,aut ad exteriora,aut vtroqꝫ mõ,vt in libro 2° de pulchro declaratũ est.igitur affectus erũt in corde, vbi est cõmotio spiritalis. Dicendum tamẽ ꝙ quẽadmodum visio est in hoie,qꝛ hõ denominat̃ videns,⁊ in potẽtia visiua,vt in subiecto adequato,⁊ in oculo,vt in instrumẽto,ita affectus est in homine,qꝛ ipse denominatur affectus,⁊ in appetitu sensitiuo,vt in subiecto ęquato,⁊ in corde,vt in instrumẽto,quo homo afficitur.⁊ in ipsa imaginaria,quę accedente simulachro rei affectibilis,mouet appetitũ,⁊ spiritum,⁊ cor. Ex his pꝫ quid sit affectus,est enim affectus motus appetitus sensitiui. nã cũ actio,⁊ passio,⁊ motus sint in eodẽ subiecto,⁊ declaratũ sit affectũ esse passionẽ,q̃ est adequate in appetitu sensitiuo,vt in subiecto,⁊ cũ nihil aliud sit hęc passio q̃ motus illius appetitus.igit̃ affectus erit motus appetitus sensitiui,quo appetitus ipse trahit̃ ad res ipsas affectibiles. Sed qs motus,exponamus. ⁊ dicam⁹ hmõi motũ esse formaliter motũ alterationis,concomitatiue aũt motũ localẽ spũs vitalis:qui mouet̃ vel ad exteriora,vel ad interiora,vel vtroqꝫ mõ.est quidẽ motus alterationis,nõ quidẽ pfectiuus oino:quo dicimus aerẽ alterari a luce,sed abiectiuus,quo aliqd a subiecto abyciatur.Sed nõ est motus abiectiuus,quo abycit̃ aliqd,qđ nõ est appetitui cõueniens,sicuti mouet̃ corpus ad sanitatẽ,qꝛ abycit̃ ab eo ęgritudo,quę nõ est cõueniens corpori aialis.nõ eniz affectus est motus,quo abycit̃ aliqd

Digressio de affectibus.

De subiecto affectuum.

Quid affect⁹

ab appetitu, qd nō est cōueniēs appetitui, igitur est mo-
tus, quo appetitus trahit ad ea, quę rei affectibilis sunt,
et quo abijcit ab ipso appetitu sua stabilitas, q ei erat cō-
ueniens. refert aūt hmōi appetitus motio similitudinē
motus, qui dr tractus. sed cum nō sit motus localis, non
ꝓprie dr tractus. pōt tñ dici metaphorice tractus, quate-
nus appetitus trahit ad fugam, vel ꝓsecutionē, vel ad
vtrūqz aliquo mō. Ex his patet quid sit affectus, est eniz
affectus cōmotio appetitus sensitiui naturalr moti ab
apprehensione alicuius rei affectabilis, quę sensibus oc-
currit. ꝑ hoc eniz qd est cōmotio, differt affectus primo
ab ipsa nāli potentia. qm̄ potētia non cōmotio est, sz na
turalis aptitudo qua appetit⁹ cōmoueri pōt. deinde dif
fert ab habitu. nā habitus nō cōmotio est, sz dispositio
quędam cum difficultate mobilis, generata in sensitiuo
ipso appetitu ex pluribus cōmotionibus, sępeqz factis,
quę si pter ratonē fiunt, generant vitiū, si aūt regulant
ratione, virtutē pariunt. ꝑ hoc qd affectus est appetitus
cōmotio, differt ab omni apꝓhensione, quę non appeti-
tus, sed potētię apꝓhēsiue est actus. ¶ Superest mō loq

De numero affectuum.

de numero affectuū, vbi primo differendū est de appe-
titus sensitiui distinctione. Egidius ꝓbauit appetitū sen
sitiuū oīno multiplicē esse argumēto sumpto ab appeti
tu intellectuali. nā appetitus intellectiuus vl̄i quadā rō-
ne fert in suū obiectū, qm̄ sequitur cognitionē intellecti-
uaz, cuius obiectū est vnū. Quia vo appetitus sensitiu⁹
non fm vnā vl̄ez rōnem fertur in suū obiectū, cū sequa
tur sensuz, qui cognoscit particulariter plura, ideo appe
titus sensitiuus distinguit fm numerū rationū, quibus
fert in obiectū suuz, et qr Aristo. vbiqz duas has rōnes
esse affirmat, ideo diuisit sensitiuū appetitū in duas par
tes, siue duas potētias. Sed quę sint ille rōnes, non est
exploratum. Thomas latu decus, quē Egidius hic seq-
tur diuisit appetitū sensitiuū in irascibilē, et concupisci-
bilē, quā diuisionē Aristo. in primo huius etiā fecit. cū
declarasset oīa, quę agimus fm appetitū sensitiuū, nos
ea agere, aut per iram, aut per cōcupiscentiaz. rōnes vo,
quibus sensitiuus appetitus distinguit, exposuit duas,
quas docuit accipe ab obiectis. Dictū est enim in libris
naturalibus obiectū potētię cōcupiscibilis esse bonuz,
vel malū sensile simplr acceptuz quatenus est iucundū,
vel dolorificū. qr vo interdū anima difficultatē, quasi
pugnam patitur adipiscēdo aliquod hmōi bonū, aut fu
giendo aliqd huiusmodi maluz, quatenus est id quodā
modo eleuatuz supra famlē animalis facultatē: ideo ip-
sum bonū vel malū quatenus hz rationē ardui, vel dif-
ficilis, malū quidē, vt fugiat, bonū vo, vt ꝓsequamur,
est obiectum eius partis sensitiui appetitus, quę dicitur
irascibilis. quatenus vo bonum vel maluz sensibile ha
bet rationē iucūdi, vel dolorifici simpliciter hoc est nec
vt difficile, nec vt facile, vt sic est obiectum eius partis
sensitiui appetitus, quę dicit concupiscibilis. et qr omne
bonū vel malū sensibile est arduū vel vt fugiamus, vel
vt ꝓsequamur, aut est non arduū, sed simplr quidē fugi
bile, vel ꝓsequibile, ideo sensitiuuz appetitū diuiserunt
in duas partes. Themistius vo dixit appetitū sensitiuū
esse vnū respectu oīum bonoꝝ, vel maloꝝ. Drusianus
monachus diuisit in tres, sed de hmōi diuisionibus, di-
cū est alibi. nūc ꝓsequamur cōez opinionē, et videam⁹
de numero affectuū, et primo de numero affectuū, q spe
ctant ad virtutē cōcupiscibilē: quę respicit bonum iucū
dū, vel malū dolorificū absolute, nā (vt Thomas latij
decus ingt) nos cōsiderari possumus trifariā, aut quate-
nus per inclinationē tendimus in iucūdum simplr. aut
quatenus per inclinationē ferrimur, atqz mouemur in

ipsum simplr iucundū, aut quatenus per inclinationē
quiescimus in ipso simplr iucundo, si quatenus ꝑ incli-
natione tēdimus in ipm simplr iucūdū, habet ille affe-
ctus virtutis concupiscibilis, q dr a phis amor. est enim
amor, cū accipit pro affectu generatim sumpto, quędā
inclinatio virtutis cōcupiscibilis, per quā tendimus in
ipsum simplr iucūdū. si vo quatenus per inclinationē
ferrimur, atqz mouemur in ipsum simplr iucundū, erit
ille affectus cōcupiscibilis, qui appellat desideriū. nam
desideriū (cum accipit pro affectu) nihil aliud est q̄ q̄-
daz inclinatio, qua mouemur, atqz ferrimur in ipz sim-
pliciter iucundū. cum desideriū veluti motus quidā est
appetitus. Si aūt quatenus per iclinationē quiescimus
in ipso simplr iucūdo, erit ille affectus, qui dr gaudiū,
siue lętitia, siue delectatio. nam gaudiū est inclinatio ap
petitus, qua quiescimus in ipso iucundo: quę similis est
quieti in motibus sunt igitur tres affectus respectu sim-
pliciter iucūdi, tres quoqz respectu simplr dolorifici. nā
considerari possumus, quatenus per inclinationē tendi
mus in ꝯtrium dolorifici, et sic est odium, qd est contra-
rium amori. si quatenus ferrimur et mouemur in cōtra-
rium dolorifici, sic est abominatio: quę est cōtraria desi
derio. sin autē quatenus per inclinationē quiescimus in
ipso simpliciter dolorifico, tendentes semper in ꝯtrium
ipsius, erit dolor, siue tristitia, quę est contraria gaudio.
ergo partis concupiscibilis sex sunt affectus. tres quidē
respectu simpliciter iucundi, amor, desideriū, et gaudiū.
tres vo respectu simpliciter dolorifici, vt odium, abo-
minatio, et tristitia. Si autez volumus enumerare affe-
ctus, qui pertinent ad irascibilem, cōsiderabimus iucun
dum et dolorificum, inquantū arduū, iucundū ad prose-
quendū, dolorificū autē ad fugiendum. nam si per incli
nationē cum difficultate tendimus in iucundum non-
dum acquisitū, sed cum difficultate acquisibilis, habebi
tur ille affectus, qui spes dicitur. et si cum difficultate ten
dimus ad fugiendum dolorificū, habetur affectus huic
contrarius, qui dicitur desperatio. At si per inclinatio-
nem ferrimur atqz mouemur cum difficultate in ipsum
iucundum, erit affectus, qui dicitur audacia. et si cuz dif-
ficultate fugimus dolorificum, erit affectus, qui dicitur
timor. Sin autē per inclinationem quiescimus cuz dif-
ficultate in ipso iucundo, erit ille affectus, qui dicitur vl
ciscentia, quem licet Thomas non ponat, tamen neces-
se est poni. et hic etiam mansuetudo dici potest. non illa,
quę virtus est, sed quę cōtraria est irę. si autez cum diffi-
cultate quiescimus in dolorifico per inclinationē ten-
dentes in ipsuz iucūdum, qd est vltio, erit ira. ergo sunt
sex affectus, qui pertinent ad irascibilem, tres quidē re-
spectu iucundi, spes, timor, siue metus, et vlciscentia, siue
mansuetudo, tres vo respectu dolorifici, desperatio, au
dacia, et ira. ergo omnes sunt. 12. Sed contra hanc suffi-
cientiaz est prima dubitatio, quia desiderium est genus
amoris. igitur nō est affectus specie distinctus ab amo-
re. Pręterea Egidius dubitat, quoniam hęc diuisio vi-
detur data respectu eius, quod est accidens. est enim af-
fectus appetitus ꝑ se motus. ergo diuisio debet dari pe-
nes motus diuisionē et non penes ea, quę accidunt mo-
tui. modo aptitudo, et tendentia, et latio, et quies acciden-
tia sunt motus: per quę datur hęc sufficientia. Insuper
Thomas, Egidius, cęteriqz philosophi nunquam po-
suerunt plures q̄ vndecim affectus, vel ad vndecim re-
ducibiles. At fm hanc diuisionem assignantur duode-
cim, vt visum est. Dicendū ad primū dubiū, desideriū
eē genus amoris, cū amor accipit pro cupidine, cū eniz
amor accipit pro cupidine, amor fm Ari. est desideriū

fruendi

fruendę pulchritudinis, vt ex pulchro generet̃ sibi simile. At cũ amor accipit̃ pro appetitu, quo apti sumus tendere in ipsum simpl'r iucundũ, amor est affectus specie distinctus ab ipso desiderio. qm̃ ꝓpter desideriũ mouemur, ꝓpter amorẽ non mouemur, sed tẽdimus. vel dici potest desideriũ, qđ est genus amoris esse desideriũ simpliciter. desideriũ vo pro affectu dicit̃ auiditas. Scđm dubiũ diluitur, qm̃ hęc diuisio, non datur per ea, q̃ accidunt affectui, qm̃ cũ affectus sit actus, vel cõmotio potentię, affectus distinguit̃ per obiectũ. nam actus ꝑ obiecta, ⁊ potentię per actus distinguitur, vt scribit Aristo. ⁊c. immo Egidius nõ bene dicit, qui vult, vt affectus per distinctionẽ motus differant. quoniã si affectus distinguerent̃ per rationes motus, tandem oporteret motus distingui per obiecta. Tertiũ denique diluitur, quoniam licet cõmunis opinio sit, vt. xi. sint affectus, tamen vera opinio est, vt sint. xii. qm̃ qua ratione irascibilis virtus cum difficultate potest quiescere in iucundo, eadem ratione potest cũ difficultate quiescere in dolorifico, cum tendentia quadã ad victionẽ. igitur erunt adhuc duo affectus respectu quiescẽtię in ipso irascibili: siue in ipso vlciscibili, quorum vnus est, quo quiescimus in ipso vltione, ⁊ dicitur vlciscentia, vel mãsuetudo, alter quo quiescimus in ipso dolorifico, cum tendentia ad iucundũ, qđ est ipsa vltio: ⁊ dicit̃ ira. Et si dicitur respectu boni acquisiti non est aliqua passio in irascibili, quoniã non habet rationẽ ardui, igitur vnus tantũ erit affectus ex dolorifico. s. ira quo quiescimus in ipso dolorifico. Sꝫ hoc nihil est, quoniã si ira nõ haberet rationẽ ardui, nõ esset affectus in irascibili, sed in concupiscibili. Quare opꝫ dicere, (vt diximus) irasci esse respectu vlciscibilis (vt ita dixerim) respectu autẽ vlciscibilis possum⁹ nos haberi bifariã, aut quiescendo cũ difficultate in vlciscibili iucũdo, ⁊ sic erit affectus, qui ex licentia dici potest vlciscẽtia aut mãsuetudo, aut quiescẽdo cũ difficultate in vlciscibili dolorifico, cũ tendentia ad iucundũ, ⁊ sic est ira. ergo. xii. sunt affectus, ⁊ non tantũ. xi. Multi etiã sunt alij affectus, q ad hos reducunt̃: vt fiducia, quę reducit̃ ad audaciã: auiditas, quę reducit̃ ad desiderium: verecũdia, quę reducit̃ ad timorẽ: inuerecũdia, quę reducit̃ ad audaciã: gratia quę reducit̃ ad amorem: misericordia, ⁊ cõmiseratio, quę reducũtur ad timorẽ ⁊ ad amorẽ simul: inuidia ad odiũ: indignatio ad iram: ęmulatio ad odiũ saltẽ ſm quid. ergo non plures q̃. xii. sunt simplices affectus. deinde differendũ de cõtrarietate affectuum: vt penes quid attendit̃ cõtrarietas affectuum: vbi illud nobis supponendũ affectũ (cum reducitur ad virtutem, ꝓpterea q: ex crebris actibus generet̃ in ipsa aia habitus) ꝯtrarie habere ſm excessum, ⁊ defectũ, quemadmodũ omnis virtus hꝫ: ⁊ sic non loquimur, alio mõ loqui possumus, de affectibus, vt sunt motus vel intẽtionales ipulsiones, qbus trahimur ad fugã, vel ꝓsecutionẽ alicuius: ⁊ hoc mõ dicunt̃ affectus, ⁊ vt sic loquimur de ꝯtrarietate eorum. sed penes quę horum ꝯtrietas attẽdat̃, nõ eodẽ mõ ab oĩbus exponit̃. tñ dicendũ affectus (qm̃ sunt actus qdã intẽtionales, ⁊ actus semꝑ distinguunt̃, ⁊ contrariant̃ ꝑ obiecta) affectus ꝯtrios eẽ semꝑ per obiecta, de affectib⁹, (q ptinẽt ad virtutẽ ꝯcupiscibilẽ) ꝑspicuũ est. Cõtrarij enim sunt. Amor ⁊ odiũ, desideriũ, ⁊ abominatio, gaudiũ ⁊ tristitia, q: obiectum amoris, desiderij, ⁊ gaudij est iucũdũ. obiectũ vo odij, abominationis, ⁊ tristitię, est dolorificũ. aliꝛ ꝯtrij affectus sunt, spes, ⁊ desperatio, timor ⁊ audacia, ira ⁊ mãsuetudo. nam spes, audacia, ⁊ mansuetudo versant̃ circa iucundũ arduũ, timor vo desperatio, ⁊ ira circa dolorificum arduũ. nec vna eadẽq; ratione iucũdum est obiectum suorum affectuũ, ⁊ triste suorum, sed proprijs, vt superius dictũ est. Quod vo dixerũt diuus Thomas, ⁊ Egidius de cõtrarietate irę, nos non tenemus. diximus enim iram habere cõtrariũ ipsã mãsuetudinẽ, licet Aristo. 4° ęthicorum irę non assignet contrariũ, loquit̃ tamẽ ibi de cõtrario, qđ est ꝑ modum formę stantis, modo quo album nigro ꝯtrium est. tamẽ loquendo de cõtrario, qđ accipitur ab obiecto, nihil ꝓhibet mansuetudinẽ esse irę contrariã. nã si quiescimus in vlciscibili iucũdo cum difficultate, non tendẽdo ad aliud, est mansuetudo, sed si quiescimus cũ difficultate in vlciscibili dolorifico tendẽdo in iucũdũ, erit ipsa ira, quare ira ⁊ mãsuetudo affectus cõtrarij sunt penes obiecta. deinceps differendũ vtrum in affectibus ipsis sint bonum atq; malum moraliter. breuibus dicendum affectus cum considerant̃ ſm se, hoc est quatenus sunt affectus, nullum esset bonũ, vel malum moraliter, pꝫ q: bonum morale vel malũ dicit habitum. At affectus non dicit habitũ, nec potentiam. sed actum intẽtionalem (vt superius diximus.) Cum vo considerant̃, vt subiacent rationi, atq; voluntati, sic aliquis est moraliter bonus, qui. s. regulat̃ rõne recta, aliquis moraliter malus, qui proficiscitur ab inordinata ratione, atq; sophistica. Insuper dubitat̃, vtrum in affectibus, quo affectus sunt, saltem possit esse laus, ⁊ vituperatio. Stoici oẽs affectus vituperant. Aristo. non oẽs, q: non pudorẽ in iuuene, q: est iudiciũ futurę virtutis. ⁊ ꝓpterea aliqui laudantur ſm Aristo. aliqui vituperant̃. laudat̃ quidẽ sola verecũdia in iuuene, qm̃ nec impedit, nec mouet rõnis iudiciũ, sed est futurę virtutis signum. cęteri omnes, quales nos impediunt iudicium rationis, vituperãtur, ⁊ sic de eis loquitur Aristo. hic. nã docebit mouere auditores ad affectus, vt per eos peruertatur iudicium rationis. multa alia quęri possent de affectibus, vt de ordine earum, de principatu, ⁊ de cęteris, quę quęri solent, sed quoniã nihil prosunt ad ea, quę dicenda sunt, de affectibus, hactenus sit dictum.

¶ Oportet autẽ quę circa vnũquodq; sunt, in tria distribuere. dico autẽ, vt ea, quę sunt circa iram, ⁊ quo nã modo affecti irascibiliter sunt, ⁊ qbus irasci soleant, ⁊ in qualib⁹. nã si vnũ horum, aut duo ⁊ non omnia habeamus, impossibile vtiq; erit iram efficere. similiter autem ⁊ in alijs, igitur quẽadmodum in superioribus propositiones ipsas conscripsimus, sic ⁊ in his faciemus, atq; distribuemus modo quo diximus.

¶ Cum descripsisset affectũ, nunc vult tradere artẽ, per quã poterimus inducere auditores ipsos ad affectus, ⁊ primo assignat artẽ generalis, deinde specialis, ⁊ assignãdo artẽ generalẽ, primo resumit illã, postea statim in exẽplo eã manifestat. de prima parte dicit. [Opꝫ autẽ] subaudi si volumus auditores in affectus ipellere, [quę circa vnũquodq;] affectũ [sunt, in tria distribuere.] hęc de prima parte, deinde exponit hanc artẽ in exẽplo, ⁊ dicit, [dico autẽ vt ea, quę sunt circa iram,] subaudi oportere distribuere in tria, [⁊] primo [quonã modo affecti] s. auditores [irascibiliter sunt] i. irascãtur, [⁊] scđo loco [qbus] s. hoĩbus atq; psonis [irasci soleãt. ⁊] tertio [in q̃lib⁹] s. reb⁹, ⁊ causis irasci soleãt. Qr aũt hęc tria necessaria sint, vt cõmoueamus auditores ad affect⁹, ꝓbat, ⁊ dicit, [nam si vnũ horum aut duo, ⁊ nõ oĩa habeamus, impossibile vtiq;

erit]in auditoribus[irā efficere,]& sic vt ducamus auditores ad irā, oportet nos hęc tria hīe. deinde ostendens artis generalitatē dicit,[similiter aūt & in alijs]subaudi opꝫ hęc tria habere, si volumus ducere auditores ad illos affectus. demū assignat ordinē, quem vult tenere in tradēdis his, & dicit,[igiť quēadmodūꝫ in superioribus,] cuꝫ diximus de laudabilibus, & vtilibus, & de iustis,[ppositiones ipsas,]& elemēta[cōscripsimus, sic est in his faciemus, atqꝫ mō quo diximus distribuemus]elemēta & ppositiones. Sic enim habebimus artis cōplementū.

Dubitatio.

Dubitares fortasse, qr effect⁹ ad hoc vt sit, satis sunt causę, igiť ad hoc, vt ira vel alius affectus inducať in auditorib⁹, sufficit inducere cās, qbus ille induci pōt. igiť sufficit inducere res, in qlibus hōies irasci soleāt. nō ergo sunt necīa illa tria. diluiť hęc dubitatio valde facile. nā cāę non sufficiūt inducere effectū, nisi ex parte subiecti sit dispō. igiť reqritur ex parte audientis dispō. neqꝫ cāę sufficiūt mouere subiectū dispositū, nisi aliqd sit applicās cās ipsi passiuo. igiť requiruntť psonę atqꝫ personaꝝ qlitas, p quā cāę applicentť subiecto disposito. quare recte dixit Ari.[si vnū hoꝝ, aut duo, & nō oīa habuerimus, ipole vnqꝫ erit irā efficere]. s. in auditorib⁹ ipsis.

DE IRA DEQVE ARTE PROVOCANDI AD IRAM.

dolorificus μετα λυπης cū tristitia. contēptum ὀλιγωρίαν paruipēdēs immerito μη προσηκοντως nō ꝯuenienter non iure.

Sit ergo ira dolorificus apparentis vltionis appetitus, pp apparentē contēptū, qui in se, vel in suorum aliqua immerito est.

Gratia multifariam accipitur, interdum pro pulchritudine, que secundum Platonem indiuisibilis est in pulchro ipso corpore. nõnunquam pro amore, paceqz, vt apud Terentium, nec alio pacto componi potest inter eos gratia, et hoc pacto qui contra principem cõmittit, post remissionẽ delicti dicitur in gratiam redire. idest in amorẽ principis, in quo prius erat. nõnunquam sumitur pro re, vel beneficio gratis cõcesso roganti, et potest etiam aliis modis accipi, sed in proposito gratia sumitur pro affectu, quo quis natiuo quodam impulso habẽdo gratiam, vel referẽdo, vel reddẽdo ab ipso rogãte, a quo prius accepit beneficium, mouetur ad concedendam rem aliquam, vel beneficium gratis. Et hoc pacto Aristoteles gratiam intelligens, eam definit, et dicit. [Sit itaqz gratia] subaudi affectus, siue passio, [per quam habentes gratiam, dicimur rogãti gratis aliquid facere, non pro alia re, nec vt quicquam nobis faciamus, sed vt cui facimus,] et gratia illius tantum. In hac definitione subaudiendus est affectus, vel passio, alioquin de gratia nõ bene egisset in priori loco, nam proposuit agere de his, quatenus prius quererent iudicium auditorum, qui egit de his, quatenus passiones sunt, quare recte subaudiendus est affectus. dixit [aliquid facere,] quia aliquid, quod gratis conceditur, est beneficium, quamque subuentio in vita, bonisque corporis, vel tale aliquid. dixit [gratis.] non enim propter aliud subuentio, vel beneficium cõferendum est, nam esset, aut mercatura, aut permutatio, aut id genus. Debemus igitur gratiam habere, vel agere, vel referre alicui, a quo beneficium accepimus, nõ vt quicquam nobis, sed vt faciamus ei, et gratias habeamus, cui facimus. Hec de gratie definitione. Ex his patet non esse gratiam habendam alicui, nisi subintelligatur beneficium esse receptum prius.

Magna vero erit, aut nimiũ indigentiũ, aut magnorum atque difficiliũ, aut in temporibus huiusmodi, aut solus, aut primus, aut maxime.

Cũ descripsisset gratiam, ostẽdit illa tria, et primo quo modo affecti gratiam suscipimus, et vult nos sic affectos suscipere gratiam, aut quia affecti sumus nimia indigentia, aut quia affecti paruis indigentiis beneficia magna atqz difficilia accipimus, que quidem magna esse possunt vel simpliciter, vel pro conditione et ad declarandum hoc, primo exponit, que gratia sit magna, et quot modis, dicit. [Magna vero] gratia [erit, aut nimium indigentiũ] scilicet aut quia rogantes egeant nimium. [aut magnorũ, atqz difficilium] scilicet aut quia que rogant, magna, atqz difficilia sunt. Deinde subintellige magna, aut simpliciter (vt dictum est) aut pro tẽpore, aut pro loco, aut pro modo, pro tempore, quando [in temporibus huiusmodi] scilicet opportunis accipiũt, pro modo, quia qui dat gratiam: [solus] dat, et nõ cũ aliis, et qui recipit ab eo solo recipit, [aut] quia [primus] dat, et qui recipit ab eo primo recipit. [aut maxime,] quoniam is dans, ipse maxime dat, et qui recipit ab eo maxime recipit. Ex his patet quo modo affecti accipiant gratiam, quando accipiunt subuentionem in magnis, vel simpliciter, vel ex conditione. ¶ Quod vero ad verba attinet gratiam quam magnam et paruam eẽ dicit, non pro affectu accepit, sed pro beneficio, ac subuentione, que proficiscitur a gratia, que accipitur pro affectu. nam ex magnitudine gratie hoc pacto accepte magnitudo affectus dignoscitur. Melius autẽ exponitur, vt Arist. exponat quo modo affecti sint, qui referunt vel dant, vel agunt gratias, aut quomodo affecti sint, qui habere gratias debent, exponit autem quomodo affecti sunt, qui magnam gratiam habere debẽt, quia ex hoc patet quomodo affecti sunt, qui gratias habere, vel agere debent: et dicit. [Magna vero] habenda vel reddenda gratia erit, cum subaudi beneficium receptum est magnum, hoc autem est, quia fuit [aut nimium indigentium, aut] quia fuit [magnorum.] idest rerum magnarum, [atqz difficiliũ] aut magnarum non simpliciter: sed [aut in temporibus huiusmodi.] scilicet opportunis, [aut] quia qui beneficium contulit, fuit [solus, vel primus, vel maxime] se habens in conferendo. ergo qui gratiam habere debz, est ille, qui prius beneficium suscepit.

Rogationes autem appetitiões sunt, earumque rerũ maxime, que sunt cũ dolore eius quod si secus sit, quales sunt cupiditates, vt amores, et in afflictionibus corporis, et in periculis, nã qui est in periculis, cupit. Similiter etiam qui dolet. Quapropter qui in paupertate, ac in exiliis constitutis adsunt, et si in paruis subueniant, propter tamẽ magnitudinẽ rogationis, atque tempora gratiam fecisse dicuntur, vt ille, qui in lyceo sportulam dedit. sportulam φορμον. ilic cuiam.

Nũc ostẽdit rogatiões, que sint, vt exponat quo affecti gratias conferunt, et dicit. [Rogatiões autem appetitiões sũt, earumqz rerum maxime que sunt cũ dolore eius quod secus sit] idest eius rei, que non sit, vel nõ eo modo sit, vt volumus. et exponit specialius has, et dicit. [Quales sunt cupiditates, vt amores] scilicet

que sunt in rebus amatorijs,[et]que sunt[in afflictiõi bus corporis,]vt cũ bõies egrotãt, vel aliter affligunt, [et]que sunt[in periculis. Nã q est in periculis cupit,] scz liberari a periculis,[silr t q dolet]i. similr t qui est afflictionibus corporis cupit.s. absolui ab illis. Ex his colligere possumus quo mõ affecti subuẽtiones petũt. Sũt enĩ cupiẽtes aut aliqd simplr aut pro cõditione. His expositis, cõcludit quo mõ affecti possunt maximas gratias.i. subuẽtiones facere in paruis reb⁹:t dic.[Qua pp qui]adsunt eis,[qui in paupertate, ac exilio sunt cõ stituti, t si in paruis subueniãt, pp tñ magnitudinẽ ro gationis,]indigentieq;[atqz]. ppter[tẽpora gratiã]ma gnam.i. subuẽtionẽ magnã[fecisse dicitur,]qa licz benefi cium collatũ non sit simplr magnũ, tamẽ p conditiõe est magnũ[vt ille]qui hoibus exulibus[in lyceo, spor tulã]i.s. paruũ conuiuiũ[dedit.]Erant enim illi in sũma necessitate cõstituti. Ex his patet põt etiã quomõ affe cti grãs reddere, atqz habere debent, nã affecti magnis necessitatibus, cũ in illis iuuantur, tenent grãs his.

Opz igit in talibus maxime subuenisse, si autem non, in eqlibus, vel maioribus.

Nunc cõcludit res, in qbus gratie fiunt: t dicit.[Opz igitur]eũ, qui grãs est recepturus[in talibus,]q̃ paulo ante dicta sunt,[maxime subuenisse]s. ei, qui grãs agit, [si aũt nõ]pcise in talibus, que diximus, opz taliẽ sub uenisse[in eqlib⁹]atqz similib⁹ illis,[vel [maiorib⁹]eis.

Quare, si manifestum est, quãdo, t a qui bus, t qualr se habẽtibus gratia fit, patet ex his esse pparandum partim qdem demon strando, quoniã aut sunt, aut fuerunt in hu iusmodi inopia, ac dolore, partim hos in ea inopia succurrisse tale quid faciendo.

Nunc ex his, que dixerat, concludit artem, qua ducere possumus auditores, atqz potẽtes ad grãs nobis, vel amicis nostris faciendis. ex duob⁹ locis, t dicit.[Quare si manifestũ est, quãdo]i. in qlibus reb⁹,[t a qbus, t qualr se hñtibus gratia fit, pz ex his,]que dixim⁹, eẽ pparandum]auditores, iudices, t potẽtes[partim]pri mo qdem demõstrando, eos p quibus grãm petimus[eẽ aut fuisse in dolore, ac inopia talibus]vt dictuz. scz maximis, aut simplr, aut p cõditione. Sic enĩ demrãn do gratie magnitudinẽ, ad grãm faciẽdam incitabim⁹. vnusquisqz enĩ appetit semp magna facere. Est enĩ hõ aialium maxime sua natura excessum appetẽs. Deinde assignat 2m locum, t dicit.[Partim hos]hos p qb⁹ gra tiam volumus demõstrãdo multis[in ea inopia,]atqz eo dolore cõstitutis[succurrisse]aliqñ[tale quid faciẽ do.]t sic licz hoies pro qbus grãm volumus, sint homi nes deiecti atqz inopes, tñ gratias magnas fecerũt, vt il le qui in lyceo sportulã dedit. Hoc pacto ostendendo, t magnitudinẽ gratie, t gratitudinẽ eoz pro qbus grãm volumus, xcitabimus iudices ad grãs faciẽdas. In his enĩ tria loca tetigit Arist. ad grãm cõsequendã a princi pe, vel ab aliquo hõ, primũ per quẽ demõstret magni tudo suscepti, vel suscipiẽdi beneficij ppter cãz assigna tam. Scdm p quẽ demõstret hoiem, qui suscipit, vel su scepturus est beneficiũ, ɔsueuisse pncipi vl ijs, qui sunt in cura pncipis, vel alijs eiusdẽ qualitatis, cũ pncipe vl iudici beneficia cõferre magna aut simplr, aut ex cõdi tione. Unusqsqz enĩ mouet ad benefaciendũ consue tis benefacere. Tertiũ, qui seqtur ex secũdo, vt ostẽda mus psonam, p qua q̃rimus grãm, vel que q̃rit gratiã, esse gratam, demõstrãdo nunq̃ beneficiũ ab aliquo ẽt minimum recepisse, quin innumeras grãs retulisset, atqz habuisset. infinitisqz munerib⁹ recõpensasse. Sequitur aũt hic tertius locus ex secũdo, qm si hõ persona bene ficia magna cõtulit eis, qbus nõ obligabat facere, quã to magis eis, a qbus ipsa acceperit beneficia: p hec tria loca pparare poterimus iudices ad gratias cõferẽdas, t personas in recipiẽdo, t res, in qbus grẽ conferũtur. Melius autẽ puto Arist. hic dare artẽ, qua possum⁹ iu dices vel auditores pparare ad gratitudinẽ beneficioz que receperũt ab eis, qbus volumus iudices, atqz audi tores eẽ gratos, per duo loca, quoz pmus est õmrãdo illa beneficia fuisse magna, aut simplr, aut cõditione, q̃ receperũt. Scds hos p iudicib⁹ t auditoribus extitib⁹ in hõ necessitatibus succurrerint. igit debent eẽ grati. t hec est melior expositio,

Patet etiã vnde tollere gratiã possumus ac ingratos facere. Naz aut quoniã sui grã succurrerũt, aut succurrerũt, qõ quidẽ non erat gratia. Aut qm̃ casu incidit, aut quoniã coacti fuerũt, aut qm̃ reddiderunt, nõ autez dederunt: siue sciuerint, siue nõ. Utroqz enĩ modo qd pro quo. Quare neqz sic erit gra tia. t cõsiderandũ per pdicamenta omnia. Gratia enĩ est, vel quia hoc, vel quia tãtuz, vel tale, vel quando, vel vbi.

Presupponit Arist. iudices vel pncipes accepisse be neficia ab eis (vt diximus) qb⁹ volumus iudices, ac pn cipes eẽ ingratos, hoc aũt supponẽdo dat artẽ, p quaz orator facere põt iudices, vel pncipes (q acceperũt bñ ficium) vt sint ingrati eis, a qbus beneficia acceperũt. q hec ars non est simplr, sed solũ in casu, in quo iudices, vel auditores acceperunt bñficia. Nã hoc supposito, do cet artem, qua poterimus iudices, atqz auditores ppara re ad ingratitudinẽ. pz hec expõ, nã pma ars fuit in pre parãdis iudicibus, auditoribusqz ad gratitudinẽ bene ficioz receptoz. Hec cõtra ars est in pparandis eisdez ad ingratitudinem bñficioz susceptoz. assignat autem plura loca, quoz pmum affert, t dicit.[Pz etiã vñ]i. q̃ que loca[tollere grãm possumus, ac igratos facere]iu dices, qui bñficia acceperũt. Et sic pz hanc artẽ eẽ 2uaz priori, t p hoc pz scdam expõnẽ prioris textus esse me liorẽ. Tũc assigñ locũ, t dicit.[Aut]subaudi demõstran do eos, qui iudicib⁹ bñficia cõtulerant,[qm̃ sui grã suc currerũt, vel succurrerant,]nõ autẽ gratia iudicuz, atqz auditoz:[qõ quidẽ nõ erat gratia,]cũ gratia sit benefi cium, cũ fit gratis. Deĩde assignat 2m locum: t dic.[Aut qm̃]id qõ fecerunt,[casu incidit]fieri. q̃re non fuit gra tia, cũ gratia fiat p electionẽ. Deinde assignat 3m locum, t dicit.[Aut qm̃]id, qõ fecerunt,[coacti fuerũt]facere, Quare non fuit grã, cum gratia fit electione, t nõ com pulsione, vt dictũ est. Deinde assignat 3m locum: t dicit. [Aut qm̃]id, qõ obtulerunt,[reddiderunt,]qa prius re ceperũt tãtum bñficium, vel forte maius, siue sciuerint tãtum prius recepisse, siue nõ sciuerint.[nã vtroqz mo do,]t sciendo t nõ sciendo bñficium prius susceptum, [reddũt quid pro quo]i. tãtuz pro quãto receperũt, q̃re nõ est gratia, cũ ois gratia gratis detur. imo (vt recte Egidius inqt) qui non recognoscit bñficiũ sibi factuz, t faciendo aliqd benefactori suo, credit se gratiã facere, nõ solum ex hoc non meret gratias, sed etiã est aliquo mõ ingratus. Propterea ɔcludit,[q̃re neqz sic erit gra tia,]cũ sit reddere debitũ, t non gratis collatũ. Deinde

assignat

assignat quartum locū, ꝛ dicit. [ꝛ considerandū per p̄gdicamēta oia, gratia eni est, vel q2 hoc,] ut isti non dederūt gratis id, qd̄ in substātia est aurū, vel q2 nō dederūt hoc, qd̄ est in substātia grā, [vel q2 tantū,] subaudi quātum est gratia, [vel] q2 [tale,] quale est gratia, [vel] quia tunc, [quando] erat gratia, [vel] quia ibi, [vbi] erat gratia. ergo non fuit gratia.

[illegible]

¶ Signa ꝯo ꝛ si in minore non succurrerūt, ꝛ si inimicis vel in eisdē, vel ęqualibus, vel maioribus. patet enim nec ista nostri gratia. Aut si vilia cognouerint, nam nemo rogare de vilibus fatebit. Ac de gratia qdē quo pacto facta, vel non facta sit, dictum est.

¶ Nunc docet demōstrare per signa, ꝛ loca, qn̄ aliquid non est gratia, nā multi dicūt se fecisse gratiā, quę tn̄ nō est gratia, ideo assignat loca, quibus cognoscere poterimus aliquid qd̄ pro grā creditᷣ factū esse, non esse grāz, ꝛ dicit. [Signa ꝯo] idest loca, qbus cognoscere possumus, qn̄ aliquid nō est gratia, sunt subaudi multa, affert tn̄ primū, ꝛ dicit, [ꝛ si in minore non succurrerunt,] igitᷣ hoc qd̄ fecerunt, nō est gratia, cū nō sit gratis facta. deinde affert scd̄m. ꝛ dicit, [ꝛ si inimicis vel in eisdem, vel ęqualibus, vel maioribus] subaudi succurrerūt, cuꝰ causam affert, ꝛ dicit, [patet eniz nec ista] facta esse [nr̄i gratia,] sed potius ad eoꝝ bonū. deinde assignat tertiuz locum, ꝛ dicit, [aut si] ea, quę cōtulerunt, ideo ꝯtulerūt, q2 [vilia,] atqꝫ nullius momēti esse [cognouerint,] de quibus nullus rogaret, [nam nemo de vilibus rogare fatebitᷣ.] demū epilogat, ꝛ dicit, [ac de gratia quidē quo pacto facta, vel non facta sit, dictū est.] naz dicta sunt loca, quibus possumus cognoscere aliqd factuz esse vel non esse gratia ꝛc. Ex his perspicuū est in gratiaꝝ actionibus tria esse, ꝛ eum qui hꝫ, vel reddit, vel agit, vel refert gratiā. ꝛ hic est ille, qui subuentionē accepit. nā ex acceptione subuentionis tenetur reddere grās, ꝛ si reddit, dr̄ gratus, si ꝯo non reddit, dicitᷣ ingratus, ꝛ euz qui grās suscipit, aut verbis, aut rebus, aut memoria, ꝛ hic est ille, qui subuenit, atqꝫ beneficiū contulit. ꝛ res, in quibus grā habetᷣ, ꝛ sunt res, per quas succurrit, atqꝫ subuenit. ¶ Circa primū quęritᷣ, vtrū qui suscipit beneficiū teneatur habere gratias, ex vna parte videtᷣ ꝙ nō, q2 si teneretᷣ, tūc ingratus puniretᷣ: cū non redderet gratias benefactori. Ex alia parte vr̄ ꝙ sic, qm̄ vnusqꝫ obligatᷣ ad illud, qd̄ est bonū sm̄ dictamē rectę rōnis. Sed reddere gratias, vel hēc gratias benefactori est bonū sm̄ dictamen rectę rōnis, vt probauit Aristo. libᵒ politicoꝝ 4ᵒ, ꝛ Seneca libᵒ de beneficijs. igitᷣ qui beneficiū suscepit, tenetur ad gratias. dicendū cuz qui beneficiū suscepit, benefactori bifariam intelligi posse esse obligatum, aut obligatione morali, aut obligatione legali, aut aliqn̄ vtroqꝫ mō. tūc dico obligatione morali, oēm qui suscepit beneficiū, teneri benefactori. q2, vt dictū est, illud est sm̄ dictamē rectę rōnis. obligatione ꝯo legali, non semper, nisi cū inter eos fuerit ꝯctus, qui ligat cuz (qui beneficiū accepit) suo benefactori. Tunc diluitᷣ obiectū, nam ingrati non puniūtur, nisi cū affuerit ꝯctus, vt dictū est, q2 iudex iudicat per leges. Sunt tn̄ obligati de lege morali: quę est dictamen rectę rōnis. deinde quęritᷣ vtrū si ille, qui bn̄ficiū accepit, sit tanta inopia, atqꝫ necessitate oppressus, vt non possit beneficiū rependere, teneatᷣ reddere grās benefactori, atqꝫ beneficiū recōpensare: videtᷣ ꝙ nō, q2 nemo obligatᷣ ad impossibile. Cōtrariū asserit Seneca libᵒ de beneficijs, qui dicit ingratuz esse, qui non reddit.

pro solutione intelligendū, recōpensationez accepti beneficij nihil aliud esse nisi gratitudinē ꝛ ecōuerso, gratitudo autē vno mō accipi pōt in actionibus animę interioribus, ꝛ sic nihil aliud est, nisi memoria accepti beneficij. est autē memoria accepti beneficij (vt supius diximus) cum qs in obsequiuz eius semꝑ paratus est, a quo beneficiū accepit. nam cum aliqs nō tantus fuerit, vt parem gratiā referre possit, satis id putet, qd̄ deo, ac parentibus fit, vt qn̄ merita ęquare nequierit, tantuz prębeat, quantū pręstare pōt. hoc est superius probatum exēplo Aeschinis, ꝛ Socratis. Alio modo gratitudo accipitur pro recōpensatione ipsa, quę fit in exterioribus actionibus, vt in muneribus, ꝛ sic gratitudo ꝑprie munus est, quo recōpensatᷣ acceptū beneficiuz. ꝛ hęc gratitudo hꝫ tres partes, quaꝝ prima est, vt gratus recognoscat bn̄ficium atqꝫ subuentionē, quaz accepit. Altera pars est, vt gratus ostēdat laudē beneficij accepti, atqꝫ eius, a quo beneficiū accepit. Tertia est vt recōpenset in muneribꝰ pro sua facultate. atqꝫ statu suo. Ex his pꝫ solutio, naz q beneficiū accepit, semper tenetᷣ gratias referre bn̄factori, aut in actionibus interioribus, vt sunt actus memorię, aut in actionibus exterioribus, quę sunt munera, vł recompēsationes munificę. ꝛ sic licet, qui est in summa inopia, atqꝫ necessitate ꝯstitutus, non teneatᷣ rependere in exterioribus muneribus, tn̄ tenetᷣ in interioribus, vt dictū est, reddere grās. Sed circa hęc adhuc dubitatur, q2 si gratitudo esset memoria beneficij recepti, tunc nō esset in potestate nostra agere vel reddere gratias, ꝓbatur q2 non est in ptāte nostra meminisse, est eniz memoria virtus naturalis, quę nō est semꝑ in nostra potestate cōstituta. dicendū obliuionē nobis contingere posse ex morbis, qui ex tp̄e, vel ex principijs generationis accidunt in sensibus internis: ꝛ sic hmōi obliuio non est nobis imputabilis, ꝛ qui hoc pacto obliuiscitᷣ beneficioꝝ, non dicitᷣ ingratus. Alio modo ꝯtingere pōt ex carētia actuū ꝯsiderandi eoꝝ beneficioꝝ, quę sunt nota ei, qui tenetur ꝯsiderare. ꝛ hoc pacto obliuisci beneficiorum est nobis imputabile, tanqꝫ vitiū horrendū. nūc pꝫ solutio ad obiectū, nā licet nō sit in potestate nostra meminisse prima ratione, scd̄a ꝯo rōne est in potestate nostra. Vlterius quęritᷣ de ingratitudine vtrū sit vitium morale, ꝛ videtᷣ ꝙ non, q2 si esset vitiū morale, gratitudo esset virtus moralis. qm̄ eiusdē generis sunt virtus, ꝛ vitiuz. Qd autē gratitudo non sit virtus moralis, patet primo quia gratitudo est affectus, vt patuit in textu. deinde, q2 Aristo. enumerans virtutes in libris ęthicoꝝ, sub nulla earū posuit gratitudinez. deinde argumētor, si ingratitudo esset vitiū morale, aut esset speciale, aut generale vitiū, ꝛ pꝫ nullum hoꝝ esse. Pro solutione dicendū ingratitudinē fieri, aut per obliuionē, ꝛ sic ingratus est, q non recognoscit beneficiū, vel si cognoscit, dissimulat se cognoscere, aut si cognoscit, ꝛ non dissimulat, non tn̄ rependit vbi, ꝛ qn̄, ꝛ quo mō oportet. Scd̄o mō ingratitudo fit, non solū cum ingratus omittit, sed et̄ facit ꝯ benefactorem verbis, aut factis. tunc dico ingratitudinem vtroqꝫ mō esse vitiū aliqn̄ morale tantū, aliqn̄ morale, ꝛ ciuile, tūc est morale tn̄, cum (vt dictuz est supius) est ꝯ dictamen rectę rōnis. est autē ciuile, cū interuenerit ꝯctus obligatorius (vt dictū est supius) inter euz, qui subuentionē cōtulit, ꝛ eū, qui subuētionē accepit. Tunc ad rationes, prima quidē diluitᷣ, qm̄ gratitudo, cuz sumitᷣ pro motu appetitus sensitiui simplr̄, est affectus, sed cū sumitᷣ pro habitu recta rōne regulato, sic est virtus. Et cū dicebatᷣ, quę virtus, mihi vr̄ gratitudinē esse spēm liberalitatis, vel ad liberalitatē attinere, qm̄ gratus dat qd̄ debꝫ, ꝛ qn̄

ds,et vbi,et quo mõ ds.per idem diluitur scdm obiectũ, est enim ingratitudo vitiũ speciale,qꝛ peccat cõtra ipsã gratitudinẽ,quę est spẽs liberalitatis. Ulterius quęrit de subuentionibus,quę rogationes dicunt,vtrũ sint in afflictionibus,et periculis,et in rebus amorie:quorũ sunt cupiditates,et videt ꝙ nõ,qꝛ aliqñ agimus gratias de honoribus nobis collatis,vt de triũphis,de laudib⁹ nobis datis,de doctrina,quã nobis pręhet pceptor,hęc autem non sunt subuẽtiones,q̃ nobis dant in periculis,in afflictionib⁹,et amoribus.dicendũ(vt Aristo. ingt)eũ, qui grãs est recepturus,oportere in talibus subuenisse illi,qui grãs est redditurus,in talibus(vt dictũ est)in afflictionib⁹,in periculis,cęterisq; necessitatibus,q̃ capimus pro vitę necessitate,aut(vt Aristo.supplet)si nõ in talib⁹,saltẽ in ęqualibus vel maioribus,ęqualia autẽ vel maiora sunt honores,doctria,vel cętera,quę in obiecto diximus.post hęc quęrimus de eo,qui gratias recipit,vtrũ qui gratias est recepturus,ingrato debeat beneficiũ subtrahere,et collatũ tollere.vr ꝙ sic,qꝛ nullus ds pręhere alicui ansaz peccandi,sed si q recepturus est gratias,nõ recipit,et cõtinuaret beneficiũ ingrato,esset cã illi,vt vertet ingratitudine,et sic ei ansã peccãdi pbe ret.deinde ingratus desiccat fontẽ pietatis, non aũt desiccaret,si conferrẽs beneficiũ semp eodẽ modo conferret.Pro parte opposita est,qꝛ vnusqsq; ds sz dictamẽ rõnis voluntatẽ suã voluntati diuinę cõformare. At deus ingratis non subtrahit bñficia, vel gratias,quas gratis dedit.igitur nec vir bonus subtrahere ds bñficia ingratis,quibus gratis dedit. Pro solutione illud est accipiẽ dum,ab ingratis bñficiũ esse subtrahẽdũ bifariã intelligi posse,aut de cõdigno(vt vtar verbis theologoꝝ)aut de facto.Tunc dicerẽ de cõdigno ab oibus ingratis beneficiũ esse subtrahendũ,patet,qꝛ sunt digni pp ingratitudinẽ,vt ab eis benefactores beneficia subtrahãt,nã cũ sint vitiosi,non sunt digni beneficiis. Sed si loquimur de facto,aut qui est ingratus,est in sua ingratitudine corrigibilis,et tunc ab eo beneficiũ non est subtrahẽdum statim,sed ds benefactor laborare,pmo ad cognoscendũ vtrũ reuera sit ingratus,per obseruationẽ,atq; longoꝝ tẽporũ interualla,deinde laborare(postq̃ cognouit eius ingratitudinẽ)vt fiat gratus.si aũt ingratus sit induratus,atq; oino incorrigibilis,tunc bñfactor ds beneficia subtrahere,et allatũ tollere,ne pbeat(vt diximus)ansam peccãdi.& qꝛ cũ sit obstinatus in malitia, nõ est dignus aliquo bono:per quę pz solutio ad obiecta,pro parte enim opposita,illud,qd dĩ de deo, occultũ est,et ita nõ subtrahit deus ab ingratis beneficiũ pp rõnem,quę nos latet.Interdũ tñ deus pp summã ingratitudinẽ & gratiã collatã subripit.Ex his facile pz eum,q pręhuit auxiliũ nobis ad peccandũ,nõ mereri gratias, si ex ppria intẽtione pbuit nobis auxiliũ ad peccandũ, nam ex quo vitiose egit,non meret gratiã.At si fuer intẽtionẽ pbuit auxiliũ,putãs tñ se illud pbere pro bono virtutis,vel bono honesto,meret gratiã,et ille,qui recepit auxiliũ,tenet reddere gratias. modo cognoscat eũ, qui auxilium pręhuit,gratia honesti beneficium contulisse. Hactenus de gratis,ac ingratis.

DE MISERICORDIA, ET COMMISERATIONE, DEQVE ARTE INDVCENDI VIROS AD MISERICORDIAM, ATQVE COMMISERATIONEM.

Quę vero miserabilia sint, et quoꝝ miserentur, et qualiter ipsi se habẽtes, dicamus.

De misericordia primo pponit illa tria, quę de omni affectu pertractãda esse pędocuit:et dicit.[Quę vero miserabilia sint].s.misericordia digna,[et quorum]misericordes ipsi[miserent,et qualiter ipsi]miserẽtes[se habẽtes]sobaudi misereantur,[dicamus.]

Sit itaq; misericordia dolor qdam ex apparẽti malo corruptiuo,ac cõtristatiuo eius, qui non dignus est pati: quod et ipse putat se,aut suorum aliquem posse pati,idq; cum propinquum videatur.

Cum pposuisset illa tria,nunc psequit,et primo definit misericordiaz,et dicit.[Sit itaq; misericordia dolor quidã ex apparẽti malo corruptiuo].s. quo ad corpus, [ac cõtristatiuo]quo ad animã,[eius]hois,[qui non dignus est pati,qd].s.malum[et ipse putat se,aut suoꝝ aliquem].s.filium,vel patrẽ,vel fratrẽ[posse pati, idq;].s. malum sic sit,[vt propinquũ].s. miseranti[videatur.] Qua rõne autumat tria eẽ de misericordię rõne,ex parte quidẽ miserantis dolorẽ seu cõpassionẽ intimaz,quę cor atq; aiam cõfliciet.ex parte vero eius,cuius miseret, in dignitatẽ.ds enim indigne id maluz pati,ex parte deniq; mali,qd patitur,mali qualitatẽ,naz malũ qd patit, corruptiuũ esse opz,quo ad ipsiz corpus,vel contristatiuũ,quo ad animũ,eorq; ipsum.et tale qd(qui miseret) putet vel ipse se,vel suoꝝ aliquem posse pati, et quidem prope.nisi enim hęc tria fuerint in dolore,misericordia ab Aristote.non dicitur.

Palam enim qui misert urum huiusmodi eẽ necesse est,vt putare possit aut se,aut suorum aliquẽ mali quicq̃ pati posse, maliq; huiusmodi, quale dictum est in definitione; aut simile,aut propinquum.

Ex definitione assignata,nunc pficiscit ad illa tria, et primo generatiz docet qualr se habẽtes miserant,et dicit.[Palã enim]vbi verbũ γαρ idest[enim]illatiue accepit hoc pacto,palã[itaq;,qui misertuũ hmõi esse necesse est,vt putare possit,aut se,aut suoꝝ aliquem].s. cõsanguineũ,vel affinẽ,aut amicum[mali quicq̃ pati posse, maliq; hmõi,quale dictum est in definitione].s. corruptiuũ,vel cõtristatiuũ,[aut simile,aut propinquũ]Egidius exponit simile.s.corruptiuo vel dolorifico,propinquũ.s.de prope,Georgius exposuit ἢ ὅμοιον ἢ παραπλήσιον,idest,[aut idem,aut simile,]idẽ.s.corruptiuo vel cõtristatiuo,et quidez prope,[aut simile].s.corruptiuo,quale est pp morbos,aut cõtristatiuo.s. ppter dolores,qui surgunt ex memoria pręteritorum:quę expositio non mihi displicet,quo igitur modo affecti misereãtur,ex hisce perspicuum.

Quapropter nec oino perditi miserent:nihil enim se amplius passuros arbitrantur, cum sint passi.

Ex pręcedenti loco infert loca eoꝝ,qui non miserentur,quoꝝ primũ affert,et dicit.[Quapp nec oino perditi,]oi.vz.spe destituti[miserent.]rõnes assignat,et dicit,[nihil enim].s.spe destituti,vltimaq; iam passi[se amplius passuros arbitrantur,cum].s. vltima[sint]iam[passi,]vltra quę nihil vlterius pati pñt.nam misericordia cõpassio est in eo,qui videt aliquẽ pati malũ,qd ipse non passus est,sed putat se pati posse. At cũ oino perditi, omniq; spe destituti extrema iam passi sint, et oia,

ture nihil se ulterius pati posse putāt, τ sic nō ꝯpatiunt̄.

¶ Nec qui se felices esse credūt, sed cōtumeliātur. Nam si oīa sibi bona adeē opinātur: palam qm̄ τ id non contingere scȝ pati aliqđ malum. quippe cum hoc ex bonis sit.

¶ Assignat scđm locuȝ, τ dicit. [Nec] .s. miserent̄, [qui se fęlices esse credūt, sed] ꝓp excessuȝ bonoꝝ [contumeliātur.] deinde qđ dixerat, ꝓbat, τ dicit, [nā si] fęlices sunt, [qui omnia sibi bona adesse opinant̄] alioquin non essent fęlices, [palā qm̄ τ id non cōtingere .s. pati aliquod malū] putabit sibi adesse. [quippe cū hoc ex bonis sit,] fęlix enīȝ est, qui ultra bona, quę hȝ, est securus, ut dictū est primo huius. quare cū aliqs putauerit se esse fęlicem, putabit se esse securuȝ, τ ita putabit sibi non posse aliqđ malū accidere, cum hoc sit de numero bonorum.

¶ Qui vero putant se pati utiqȝ, hi sunt, τ q iam protulerunt, τ euaserunt.

¶ Redit ad loca, qbus docet cognoscere misericordes, naȝ cū assignasset locū generalē, nunc redit ad assignanda loca specialia, quoꝝ primum affert, τ dicit. [Qui ꝟo putāt se pati utiqȝ] τ sunt misericordes, [hi sunt,] ut dicemus, [τ qui iam pertulerunt, τ euaserunt.] nam ꝓpter passionē in ꝓprijs, facile compatiuntur in alienis.

¶ Et senes, tū quia prudētes, tū qa experti sūt.

¶ Assignat scđȝ locū, τ dicit. [Et senes] subaudi sunt misericordes, [tū qr prudētes,] ex memoria enīȝ p̄teritoꝝ, quę p̄ncipalis pars prudētię est, cognoscūt quid est pati malū. [tū qr ex parte sunt,] ex experientia enīȝ (quā pro callēt) cognoscunt id malum sibi, aut suis, (τ quidē prope) accidere posse.

¶ Et imbecilles.

¶ Assignat tertiū locuȝ, τ dicit. [Et imbecilles.] subaudi sunt misericordes. nam propter imbecillitatem facile se pati posse putāt.

¶ Et qui timidiores sunt, magis.

¶ Assignat quartū locū, τ dicit. [Et qui] natura [timidiores sunt, magis] etiā misericordes sunt, qꝛ isti ꝓpter natiuum timorem facile se pati posse putant.

¶ Et docti: nam ꝑfacile ratiocinantur.

¶ Assignat quintū locuȝ, τ dicit. [Et docti] subaudi sunt misericordes, τ p doctos nō legū peritos intelligit, q̄ im misericordes sunt, sȝ phōs, cuius rōnē assignat, τ dicit, [naȝ] phī [perfacile ratiocinant̄.] cogitantes enīȝ p rōnes sibi posse hmōi mala accidere, miserent̄ patiētiū.

¶ Et q parentes hn̄t, τ liberos, aut uxores: sua eni hęc possia pati, ob ea, quę dicta sunt.

¶ Assignat sextū locū, τ dicit. [Et qui parētes habēt, τ liberos, aut uxores] subaudi misericordes sunt. assignat rōneȝ, τ dicit, [sua enīȝ hęc] .s. parētes, liberi, τ uxores, q̄ [sunt possibilia pati, ob ea, quę dicta sunt] .s. qꝛ nec sunt in summa fęlicitate, nec in ultima miseria constituta.

¶ Et qui non sunt in fortitudinis affectu, ut puta in ira, vel fiducia. Nam hi sine meditatione rei futurę sunt.

¶ Assignat septimū locū, τ dicit. [Et qui non sunt in affectu fortitudinis, ut puta in ira, vel fiducia,] hi misericordes sunt, τ probat per locū a ꝯ̄rio τ dicit, [naȝ hi] q sunt in hmōi affectu, [sine meditatione sunt rei futurę.] igit̄ p oppositū, qui non sunt in huiusmodi affectu, sunt in meditatione rei futurę, τ sic fiunt malorum consideratiui, ac compatientes.

¶ Et qui non in contumeliandi affectu sunt. Nā τ hi nihil ratiocinātur de futuro aliquo patiendo. Semper ergo inter hos medij.

¶ Assignat octauū locū, τ dicit. [Et qui non sunt in cōtumeliādi affectu] ēt misericordes sunt, τ probat argumēto a cōtrario, τ dicit, [nam τ hi] .s. qui sunt in affectu cōtumeliandi, [nihil ratiocinant̄ de aliquo] malo [futuro patiendo.] igit̄ per ꝯ̄rium, qui non sunt in affectu contumeliandi, ratiocinant̄ de aliquo futuro malo, quare ratiocinari poterūt se esse passuros, τ ꝓp hoc cōpatiētur. ꝓpea concludit [semper ergo medij inter hos] .s. per abnegationem, ut puta, qui nec sunt in fortitudinis affectu, nec cōtumelię, nec in timore, nec in extremis malis, nec in extremis prosperitatibus, misereri videntur.

¶ Nec rursum qui valde timēt: qui enim ꝑterriti sunt, non miserentur: cum ꝓprie perturbationi sint intenti.

¶ Assignat nonū locuȝ ēt a ꝯ̄rio sensu, τ dicit. [Nec rursuȝ qui valde timēt] miserent̄. ergo subaudi, qui nō valde timent miserent̄. Qꝛ autē qui valde timent, non miserant̄, ꝓbat, τ dicit, [qui enim perterriti sunt, non miserent̄, cū proprie ꝑturbationi sunt intenti,] ergo per contrariuȝ qui non valde timent, sunt misericordes, qꝛ sunt intenti proprijs, τ alienis malis.

¶ Et qui putāt aliquos esse iustos: nā qui neminē putat: oēs malo dignos existimabit. iustos ἐπιεικεῖς probos bonos τ esse

¶ Assignat decimū locū, τ dicit. [Et] subaudi sunt misericordes, [qui putant aliquos esse iustos,] nam ex hꝰ credūt eos indigne pati, τ ꝓpea miserent̄ eoꝝ. ꝓp hęc subscribit, [nam qui neminē putat] subaudi iustū esse, [oēs malo] .i. pena [dignos existimabit,] τ sic non miserebit̄.

¶ Et uliter cuȝ sic se habent, ut possint talia vel recordari aut sibi, aut suis accidisse: vel timere futura sibi, aut suis. Qualiter igitur se habentes miserentur, dictum est.

¶ Assignat locū undecimū τ dicit. [Et ulr̄ cū] homines [sic se hn̄t, ut possint talia] .s. mala, quę dicta sunt, [vel recordari] ex memoria p̄teritorū, [aut sibi, aut suis accidisse, vel] ex cōiectura futurorū [timere futura sibi, aut suis,] hi miserent̄ eoꝝ, qui sunt in passione maloꝝ. tūc epilogat, τ dicit, [qualiter igit̄ se hn̄tes miserent̄, dictū est.]

¶ Miserabilia vero, quę sint, ex definitione patet. Sūt enim τ quęcūqȝ ex ijs, quę cōtristatiua sunt: atqȝ dolorifica, corruptiua sunt. corruptiua φθαρτικά

¶ Nunc de rebus miserabilibus, est enīȝ miserabile id, qđ misericordia dignū est .s. per qđ misericordia cōmouemur, Ouidius in Ibin. Sisqȝ miser semꝑ, nec sis miserabilis ulli. Liuius quoqȝ libº p̄, euentus tn̄ belli minus miserabilē dimicationē fecit, τ reliqua. vn̄ Arist. dicit, [miserabilia ꝟo, quę sint, ex definitione] misericordię [patet.] deinde assignat loca, quoꝝ primum affert, τ dicit, [sunt enim ex ijs, quę cōtristatiua, atqȝ dolorifica, quęcūqȝ corruptiua sunt,] verbum corruptiua gręce est φθαρτικά, τ itelligit per corruptiua ea, quę morbis animi vel corporis corrūpūt, vel ipsos morbos animi, vel corporis, qui ducūt ad mortē. hi enim miserabiles sunt, cum moueant nos ad cōmiserationem eorum, qui illis morbis laborant.

¶ Et quęcunqȝ interemptiua. interemptiua ἀναιρετικά

¶ Assignat scđm locū, τ dicit. [Et quęcūqȝ interēptiua] subaudi miserabilia sunt. verbū interemptiua gręce est interfectiua.

ἀναιρετικὰ, qđ sonat ea, quę vi interficiunt, oĩa enim ea, quę vi interficiunt, miserabilia sunt.

¶ Et omnia, quoꝝ fortuna est causa, si magnitudinem habeant.

¶ Assignat tertiũ locũ, ꝛ dicit. [Et oĩa] subaudi adversa, [quoꝝ fortuna est cã, si magnitudinẽ habeãt.] dixit, [si magnitudinem habeant,] qꝛ minima, vel parua non veniunt in considerationem.

¶ Dolorifica aũt, atqꝫ corruptiua sunt mortes, verbera, corpoꝝ afflictiones, senectus, morbi cibi inopia.

¶ Nunc per speciẽ, ꝛ propria nomina exponit ipsa miserabilia, ꝛ primo prima, ꝛ dicit. [Dolorifica aũt, atqꝫ corruptiua sunt mortes] quouis mõ illatę, [verbera, corporũ afflictiões,] vt tormẽta, exilia, ꝛ id genus. [senectus, morbi, cibi inopia.] ꝛ cętera id genus, quibus homo cõtristatur, atqꝫ ad mortem tendere potest.

¶ Ex malis xo, quoꝝ fortuna est causa, est si neminem habeas amicũ, aut q̃ paucissimos.

¶ Enumerat mala, quoꝝ fortuna est causa, ꝛ dicit. Ex malis xo, quoꝝ fortuna est cã, est [ἀφιλία] id est [si neminẽ habeas amicũ, aut q̃ paucissimos,] Hellius etiam nullos habere inimicos miserabile asserit, nam, vt prouerbio dicitur, sola miseria caret inimicis.

¶ Quare ꝛ diuelli ab amicis, atqꝫ socijs miserabile est.

¶ Assignat ſcdm locum, ꝛ dicit [Quare ꝛ diuelli ab amicis, atqꝫ socijs, miserabile est,] velut qui est in solitudine data propter exilia.

¶ Et turpitudo.

¶ Assignat tertium locum, ꝛ dicit. [Et turpitudo] est ꝛ miserabile quippiam: vt monstruositas.

¶ Et imbecillitas.

¶ Assignat quartum locũ, ꝛ dicit. [Et imbecillitas] etiã miserabile est quippiam. nam omnis imbecillis est in necessitate auxiliorum.

¶ Et mancum esse.

¶ Assignat quintũ locũ, ꝛ dicit. [Et] [ἀναπηρία,] idest cęcitas, mutilatio, ꝛ [mancum esse.]

¶ Et si vnde oportebat bonũ quippiã cõtingisse, inde malũ acciderit: ꝛ si sępius tale.

¶ Assignat sextũ locum, ꝛ dicit. [ꝛ si vnde oportebat bonũ quippiam contingisse, inde malũ acciderit,] potissimũ [ꝛ si sępius tale] acciderit. auget enim cõmiserationẽ.

¶ Et si cum iam passus sit, bonum aliquod adesset: vt quę Diopithi a rege missa sunt: quoniã (ipso iam mortuo) delata sunt.

¶ Assignat septimũ locũ, ꝛ dicit. [Et] subaudi miserabile est, [si cũ iaꝫ passus sit] aliquis, [aliqđ] bonũ [adesset] ei, ꝛ assignat exẽplum, ꝛ dicit, [vt] donaria [quę Diopithi a rege missa sunt,] qm̃ (ipso iaꝫ mortuo) [delata sũt] ei. Miserabile enim est nõ potuisse frui donarijs regijs, cum ante mortẽ ea donaria non percepisset.

¶ Et si nullũ bonuꝫ contingerit, aut eoꝝ quę fiunt, nulla fruitio est. Miserabilia igiẽ hęc, atqꝫ huiusmodi sunt.

¶ Assignat vltimũ locũ, ꝛ dicit. [Et] miserabile ẽ, [si nullum bonum] vnquã in vita [ꝯtingerit, aut eoꝝ bonoꝝ, quę fiunt,] atqꝫ contingũt, in vita, [nulla fruitio est.] aut pp̃ repẽtinã mortẽ, aut pp̃ alios casus deinde epilogat, ꝛ dicit, [miserabilia igitur hęc, atqꝫ huiusmodi sunt.]

¶ Miserentẽ autẽ ꝛ notoꝝ, modo non sint familiaritate valde cõiuncti. nã erga eos, quẽadmodum erga se futuri sunt.

¶ Qui xo hoĩes miserabiles sint, nunc exponit, ꝛ dicit. [Miserentẽ aũt] s. misericordes, [ꝛ notoꝝ.] naꝫ mala q̃ accidunt notis, magis cõiungere pñt eis, q̃ mala ętbiopum, vel scythaꝝ. addit quales debent esse hmõi noti, ꝛ dicit, [mõ non sint familiaritate valde ꝯiuncti,] vt sunt filij, vxores, parentes, vel fratres. [nã] (vt inquit) [erga eos] sic ꝯiunctos, [quẽadmodũ erga se futuri sunt] quo ad passionẽ. non enim pp̃ eos erũt compatientes, sed patientes, ac si in propria persona paterentur.

¶ Quapropter ꝛ Amasis, cuꝫ filius ad mortem duceret, (vt ferunt) nõ compassa est, sed cum amicuꝫ mendicare aspexisset. Est enim hoc miserabile, illud xo difficile. Difficile enim aliud a miserabili est, ipsiusqꝫ cõmiserationis expulsiuũ: necnõ aduersario sępius vtile. compassus est ἐδάκρυσεν ploravit, difficile δεινόν malum dirum terribile.

¶ Quod dixerat, pbat exemplo, ꝛ dicit. [Quapropter ꝛ Amasis, cũ filius ad mortẽ duceret, (vt ferunt) nõ compassa est,] sed passa, cũ erat in re ꝓpria, [sed cuꝫ amicuꝫ mendicare aspexisset,] subaudi cõpassa est, qm̃ nõ erat in re propria, assignat cãm, ꝛ dicit, [est enim hoc miserabile,] qꝛ est de rebus non proprijs, [illud xo] s. qđ est in ꝓprijs rebus [difficile,] atqꝫ passione dignũ. ꝛ qꝛ aliquis dicere posset idem esse miserabile, ꝛ difficile, quasi obiter declarat illa nõ esse eadeꝫ, ꝛ dicit, [difficile enim aliud a miserabili est, ipsiusqꝫ commiserationis expulsiuũ,] nam cũ aliqs patiẽ in ꝓprijs rebus, ꝓpter passionem rerũ ꝓpriaꝝ, non miserẽ alioꝝ: vt supius dictum est. Addit secundã diñiaꝫ, ꝛ dicit, [necnon aduersario sępius vtile.] Iudex enim cũ in vno explet actum iustitię, sępius liberat aliũ. Quare fieri potest, vt iudex ex sentẽtia aliquẽ ex nostris morti condẽnare cogatur, ꝛ qm̃ in illo explet quasi iram suã, dimittet aduersariũ nostruꝫ, qui erat in eadẽ suspitione. recte ergo dicit Arist. difficile, qđ est pati in rebus nostris, sępius esse vtile aduersario. qꝛ facit, vt liberetẽ. Ex his perspicuũ est nos ex alijs mente, ex nostris re pati. nam ex alijs patimur, quo ipsa mente imaginamur id nobis accidere posse, qđ alijs videmus accidere. ex nostris xo patimur, quo casus est in nostris verbũ difficile gręce est δεινόν, Georgius dixit, terribile, antiquus interpres, dirum. Ego autẽ nouo verbo dicerem passionificũ, antiquo xo, graue, vel molestum, vel malũ. Sed si velimus verbo cõposito exponere, dicemus passionem faciens. δεινόν

¶ Adhuc miserentur eius, qđ est ipsi difficili propinquum.

¶ Assignat ſcdm locum, ꝛ dicit. [Adhuc miserentẽ eius, qđ est ipsi difficili ꝓpinquũ] i. eius, qđ non est passionificum, sed propinquum ipsi passionifico, de quibus statim subscribet.

¶ Nam ꝛ similiũ ętatibus, ꝛ moribus, ꝛ habitibus, ꝛ dignitatibus ꝛ generibus miserentur. In omnibus enim his magis videtẽ sibi quoqꝫ adesse vtiqꝫ.

¶ Cũ dixisset hoĩes misereri eoꝝ, qui sunt ꝓpinqui ipsi passionifico, exponit qui sunt ipsi passionifico ꝓpiqui, ꝛ dicit, ꝛ dat cãꝫ quare, ꝛ dicit. [Nã ꝛ similiũ ętatibus,] vt senes senũ, [ꝛ] similiũ [moribus,] vt socij sociorum,

[et similium] habitibus, [ut philosophi philosophorum, et medici medicorum, [et similium] dignitatibus, [ut principes principum, et duces ducum, [et similium] generibus, [ut greci grecorum, et galli gallorum, et Latini latiorum, et Scipiones Scipionum, homines] miserentur, [et assignat rationem, et dicit, [in omnibus enim his magis videtur sibi quoque adesse vtique, [quasi propinqui sint passionifico. nam licet hi non sint passionifici, sunt tamen propinqui passionificis.

¶ Ulr eniz accipere opz, queçunqz sibi ipsis timent, hec (cum fiunt in aliis,) miserabilia esse.

¶ Colligit locum vlez, ubi verbum eniz quasi illatiue sumitur, et dicit. [Universaliter eniz accipere opz, queçunqz] homines] sibi ipsis [euenire] timent, hec (cum fiunt in aliis) miserabilia esse [i. eis, passionifica autem, que sibi, vel suis accidunt.

¶ Quom aut afflictiones miserabiles sunt, cum prope cernantur, que aute mille annis antea fuerunt, vel futura sunt, (etsi nec timeant, nec memorie habeant,) vel omino non miserabilia, vel non similr sunt, necesse est eos, qui figuris, vocibus, vestibus, ac omino simulatione refingunt, miserabiliores esse, faciunt eni ij, vt ante oculos prope malum appareat, siue quasi futurum, siue quasi preteritum.

¶ Nunc de amplificatione miserabilium pertractat, et loquitur suspensiue vsqz ibi, [necesse est eos] accepit aut p. [Quom aut afflictiones miserabiles sunt, cum prope cernantur,] ut superius dictum est, hoc est primum, accipit secundum, et dicit, [que autem mille annis antea fuerunt vel futura sunt, et si nec timeant] homines quia procul, [nec memorie habeant,] quia ex longitudine temporis tollitur memoria, [vel omino non miserabilia, vel non similr sunt,] est igitur sensus que longo tempore preterierunt, vel futura sunt, aut non sunt miserabilia, vel non similr, vt sunt miserabilia presentanea, tunc concludit terminando suspensiones, et dicit, [necesse est eos, qui figuris, vocibus, vestibus, ac omino simulatione refingunt,] ac representant ea, quo longo tempore preterierunt, vel futura sunt, [miserabiliores esse] i. esse factiuos maioris misericordie. et assignat causam, et dicit, [faciunt enim ij, vt ante oculos malum prope appareat, siue quasi futurum, siue quasi preteritum] sit. dixit [figuris,] quia ad inducendum miserationem, debent homines afficere se figuris tristium. dixit [vocibus,] quia debent fingere voces flebiles, dixit [vestibus,] quia debent se induere vestibus lugentium: et omino debent vti simulatione quacunqz presentis. nam per hec sunt factiui maioris miserationis. causa autem est (vt diximus) quia mala, que preterierunt, vel futura sunt, faciunt apparere presentia.

¶ Et que nuper facta sunt, aut cito futura, hec propter eandem causam miserabiliora sunt.

¶ Assignat secundum locum, et dicit. [Et que nuper facta sunt, aut cito futura, hec propter eandem causam] s. quia videntur ante oculos, [miserabiliora sunt.]

¶ Et signa ac facta, vt vestes eorum, qui passi sunt, ceteraqz huiusmodi.

¶ Assignat tertium locum, et dicit. [Et signa, ac facta] faciunt s. vt miserabilia appareant ante oculos. dico signa, [vt vestes eorum, qui passi sunt, ceteraqz huiusmodi,] vt torment sic cruentate, vt in morte Cesaris dictatoris factum est. vel etiam, signa in quibus passi sunt, flagella.

magno alo ... bus officiosos,

¶ Et verba eorum, qui in passione fuerint, vt cum iam morerentur, ac maxime si magno animo in eiusmodi temporibus fuerunt.

¶ Assignat 4m locum et dicit. [Et verba eorum qui in passione fuerunt, vt cum iam morerentur] faciunt miserabilia apparere ante oculos. ac maxime [si in huiusmodi temporibus, in quibus] moriebantur, [magno animo, [ac constantes] fuerunt.]

¶ Nam omnia hec, quom propinquiora videntur, ac ante oculos calamitates ponunt, simulqz indignos fuisse ostendunt, miserationem mouent.

¶ Assignat causam, et dicit. [Nam omnia hec] subaudi que dicta sunt, [quom propinquiora videntur, ac ante oculos calamitates ponunt, simulqz indignos fuisse ostendunt,] propterea quia constanter se habuerunt, [miserationem mouent,] per quod patet ars ducendi ad misericordiam. nam si iudices preparabimus vt misericordes, reum autem, vt miserabilem, ducetur iudex ad misericordiam. ¶ Circa finem huius capitis queritur vtrum in viro sapienti cadat misericordia, licet de huiusmodi re plurima diximus in libello de misericordia, tamen non erit malum nunc breuiter aliqua repetere. Stoici (quorum summus fautor est Seneca) autumant in sapienti viro non cadere misericordiam. et potissimum eorum argumentum est, quia si in viro sapienti caderet misericordia, caderet dolor, nam misericordia (vt dictum) est compassio, atqz dolor alieni mali. Quod aut dolor non cadat in viro sapienti, Stoici pro exploratissimo tenent. quare nec misericordia ipsa. deinde (vt Seneca argumentatur) quod impedit electionem, atqz consilium, nec virtus est, neqz in sapienti viro cadere potest. Sed misericordia consilium, et electionem impedit, vt Seneca demonstrauit, et Sallustius asserit cum inquit omnes homines, qui de rebus dubijs consultant, ab ira, et misericordia vacuos esse decet. deinde argumentantur, misericordia non est virtus intellectualis, cum ad vim appetitiuam attineat, nec est virtus moralis, cum sit affectus. igitur cum non sit virtus, in viro sapienti nequaquam cadere poterit. Preterea nemesis. i. indignatio in viro sapienti laudatur, que est contraria misericordie, igitur misericordia vituperatur, non ergo in viro sapienti cadet. per hec Stoici, quorum Seneca (vt dixi) fautor est, misericordiam a sapienti ipso viro sustulerunt. Contra vero hanc opiniones sunt Peripatetici atqz Academici, nam id, quod Stoici asserunt dolorem, tristitiamqz in viro sapienti non cadere, et propter id nec misericordiam, falsum est, atqz ratione dissonum. namqz (vt Aristo. probauit in ethicis) qui ob mala, que propinquis contingunt, nimis dolent, atqz tristantur, molles sunt. qui vero nullo pacto, sunt duri, atqz insensitiui. quare qui dolent, tristanturqz propter illa, quibus oportet, et ratione, qua oportet, et non magis quam oportet, et temporibus atqz locis, quibus oportet, ac ob personas, quibus decet, hi sapientes sunt, atqz summa virtute prediti. quod si ita est, cur dolor, atqz tristitia modice, atqz temperate in sapienti viro cadere non potest: potissimum, cum huiusmodi mediocritas inter virtutes collocetur. Quod autem misericordia laudabilis sit, testes sunt non modo viri probi, reges, ac cesares, verum etiam deus ipse, qui apud omnes, vt misericors colitur, atqz veneratur. non enim supplices ad deum gentes omnes confugerent, nisi eum misericordem putarent. Pro solutione accipiendum est misericordiam non vno modo accipi, nam cum omnis misericordia dolorem importet de aliena miseria, hic autem dolor significare possit vna ratione motum appetitus sensitiui, quo in modo affectus est, et non virtus, vt dictum est. alio modo motum appetitus rationalis, per quem alicui displicet malum alterius, hinc fit, vt misericordia duplex sit, altera que ad intellectum, altera, que ad appetitum sensitiuum attinet. Que quidem ad intellectum attinet, cum fuerit preter rationem, quasi sensitiuum appetitum sequens, est vitium, et hoc pacto non cadit in viro sapienti. Cum vero fuerit ratione regula-

Digressio de misericordia

ta, erit virtus intellectualis, de qua (cum Aristo. loquetur in subiecto) extrema, ac mediū assignauit. nam q pp aliena mala nimis condolēt, hi sunt molles, atq3 veluti effeminati. qui vo nullo pacto cōmouentur, sunt duri, atq3 isensibiles. hoꝝ mediū, qui sunt, misericordes sunt. Misericordes enim sunt, qui, vt opz, ꝛ quāto oportet, ꝛ tēpore ꝛ loco, quibus opz, ꝛ respectu hoīz, quoꝝ opz, condolere. Ea vo, quę ad appetitū sensitiuū attinent (licet sit affectus) multiplex est apud authores. nam altera est compassio (vt iam dixerim) ex memoria pteritoruz malorum proficiscens, quę alijs acciderunt, cuz quadaz suaui delectatione. nā postq̄ dolorem, laboreʒ, vel periculuz superarunt, secura recordatio voluptatē affert, qd Maro pollicet, cum inquit, Forsan ꝛ hęc olim meminisse iuuabit. ꝛ tritū est illud ex Euripide, dulce est meminisse maloruz. Sic igit iucūdissima est misericordia in pteritis alioꝝ casib⁹. Altera vo misericordia est, cui ελεος apud grecos est nomē, q̄ mestior, miserabiliorq3 esse videt, ꝛ a mollitie olei nomen ducit, hęc affectus ē, quę minus addecet tēperantē viruz, ꝛ a principis grauitate longe aliena est. hāc quoq3 veteres, qui castigatius loquuti sunt, miserationē appellarunt. licet alteruz pro altero authores semper vsurpāt. Tertia vo est (de qua Aristo. hic loquutus est) quā greci ελεημοσυνην appellāt, ꝛ nos de ea satis diximus. est quarta, quā miserationem vel cōmiserationē arbitrant authores esse misericordię significationē, per quā ex alicuius ifęlicitate mouemur, cuz. s. vel aspectu alicuius, vel oratione, vel cogitatione adducimur, vt eius misereamur. igit misericordia siue ad intellectum, siue ad appetitum sensitiuū attineat, virtus esse pōt, ꝛ vitiū. virtus quidē, quo potest eē mediocritas. vitiū vo, quatenus pōt extremuz esse fm excessum, vel defectū per quę diluunt obiecta, primuz quidē, qm̄ licet dolor sine rōnis freno in sapiente nō cadat, dolor tn̄ qui rōnis freno est tēperatus, ꝛ pōt cadere, ꝛ cadit. Diluit quoq3 scdm̄. nam misericordia rōnis freno detentus, nā electionē impedit, nec consiliū pturbat. ꝛ ppea qd Sallustius dixit, de misericordia intelligit, quę affectus est nullo rationis freno regulatus. Diluitur ꝛ tertium, nam misericordia quatenus est motus mētis freno rōnis institutus, est virtus intellectualis est virtus moralis, quatenus est motus sensualis appetit⁹ rōne superioris partis optime affectus. De 3tio autē dicamus misericordię quatenus est quidam habitus, vel actus opponi inuidiā, ꝛ indignationē. aliter tn̄ atq3 alr. nas misericordię opponit inuidia, qꝛ inuidia dolor est de bonis proximi. Misericordia autē dolor est de malis proximi. mō bonū ꝛ malū, quę illoꝝ affectuuz obiecta sunt, vidētur cōtraria. itemq3 opponit misericordię indignatio. naz inuidia est dolor de malis proximi. Indignatio de bonis, non tn̄ sicuti inuidia. naz inuidia est dolor de bonis simplr. Indignatio aūt de bonis, q̄ indigne possidet. At si misericordia consideret vt virtus est inter extrema, videlicet inter excessum, ꝛ defectū, sic misericordię contrariat vtrūq3 extremum. hęc pauca de misericordia dicta sint, quia plura diximus in libello de misericordia.

DE INDIGNATIONE DEQVE ARTE INDVCENDI AD INDIGNATIONEM.

res aduersas κακοπραγίαις malas actiones res secundas εὐπραγίαις bonas actiones

Miserationi autē maxime id opponit, qd νεμεσαν idest indignari nuncupant. dolere enim propter res aduersas, quę indigne accidunt, illi quodāmō est oppositū, (ab eisdēq3 pficiscitur moribus) qd est, pp res secundas (quę indigne contingunt) dolere.

Nunc de indignatione pertractat, ꝛ p̄ ostēdit quo mō se hz ad misericordiā, ꝛ declarat q̄ sit 3ria, ꝛ q̄ sit ęmula ei, ꝛ p̄ qd sit 3ria, ꝛ dicit. [Miserationi autē maxime id opponit, qd] νεμεσαν. i. [indignari nūcupant,] ꝛ vt intelligas quo ad 3rietatez obiectoꝝ, qd ostendit, ꝛ dicit, [dolere eniz pp res aduersas] i. pp mala, [quę indigne accidūt] alicui, qd facit misericordia, [illi quodāmō est oppositus, ab eisdēq3 pficiscit morib⁹, vt dicemus, [qd est pp res secūdas] i. pp bona, [quę indigne cōtingunt] alicui, [dolere,] qd facit idignatio. igit sunt 3rię pp obiecta, nam misericordia est de malis, indignatio aūt de bonis. At bonū ꝛ malū cōtraria sunt. igit misericordia, ꝛ indignatio, quo ad obiecta, contrarię sunt.

Suntq3 perturbationes bonoꝝ moꝝ ambę. oportet eniz condolere, cū aliqui indigne male tractant. pp illos aūt, indignari. naz qd propter indignitatem fit, iniustum est.

male tractat κακοπραγοῦσι operit male.

¶ Exequitur nunc de exẽplo, vt est res gesta, et dicit. [Exẽplum autẽ tale quid est,] verbi gratia si sumatur pro re gesta,] vt si quispiã dicat oportere apparatus adversus regem,] qui nũc invadit egyptũ,] fieri, qui faciat ne potiatur egypto,] hec enim est conclusio deliberãda, deinde tãgit argumentũ exẽplare, quo probatur, et dicit,] nam si Darius nõ prius traiecit] ad nos] quã egyptũ ceperit, et cum cepisset, traiecit. non ergo est ei permittendũ,] vt. s. invadat egyptum, et capiat, nam statim ad nos traiciet. ¶ Quo vero ad verba attinet, licet exẽplum sit triplex. vz. res gesta, parabula, et apologus, tñ per excellentiã res gesta dicitur exemplũ. nam apologus et parabula non habẽt rõnes exẽpli, nisi vt res gestas ficte repñsentant. propterea cum philosophus loquitur de exẽplis sine additione, de rebus gestis itelligit. ¶ Quo vero ad exẽpla attinet, in veteribus trãslationibus est aliud exẽplum Xersis, qd est,] et iterũ Xerses non prius traiecit quã caperet, cum autẽ cepisset, traiecit. quare si ceperit, traiciet quoqz. non ergo permittendũ.] hoc autem exemplum in nullo codice greco ex nostris legimus, tamẽ si legatur, non erit inutile.

DE PARABVLA: SIVE SIMILITVDINE.

¶ Similitudo vero, et Socratica est, vt si quis dixerit non oportere magistratus sorte eligere. Simile enim est, ac si quis athletas sorte constituat nõ eos, qui certare possint, sed qui sorte evenerint. aut ex nautis eum, qui debet gubernare, oportere sorte fieri: quasi itaqz non oporteat sorte sed scientia constituere.

¶ Nunc de similitudine, q̃ grece parabula dicitur, dicit.[Similitudo vero et Socratica est,] idest q̃ similitudo ẽ Socratis, interrogatus enim Socrates ab Atheniensibus sintne magistratus sorte, an scia eligẽdi, rñdit eos esse eligẽdos scia, proponit tñ conclusionẽ, et dicit,[vt si quis dixerit nõ oportere magistratus sorte eligere,] subaudi rñdendum est q̃ non, probat per parabulã, et dicit,[simile enim est] eligere magistratus sorte,[ac si quis Athletas sorte cõstituat, non eos, qui certare possint, sed qui sorte evenerint,] assignat secundã parabulam Socratis, et dicit,[aut] subaudi simile est ac si quis dixerit[ex nautis eũ oportere sorte fieri, qui debet gubernare] concludit id, qd habetur ex his parabulis, et dicit,[quasi itaqz] Socrates velit dicere[vt nõ oporteat sorte, sed sciẽtia] subaudi magistratus[cõstituere.] nam sicuti non oportz athletas vel nautas sorte eligere, sed cõsilio, et scientia, sic nõ oportet magistratus eligere ad gubernandũ sorte, sed sciẽtia. ¶ Quo vero ad verba attinet, illa verba[quasi itaqz non oporteat sorte, sed scientia cõstituere,] in antiquo codice, (quem habebat antiquus translator,) sic leguntur: ως δη τον λαχοντα, αλλα μη τον επισταμενον. idest quasi itaqz sorte assequentez, non autẽ scientẽ, et sic intellige quasi itaqz oporteat magistratum sorte factuz esse, non autẽ scientẽ esse, qd subaudi tanquã falsum est putandum. prima tamen scriptura clarior est.

DE APOLOGO SEV FABVLA.

¶ Apologus vero, vt qui Stesixori ad Phalarim, et Aesopi de Demegoro. Nam Stesixorus quidẽ, cuz Imerei Phalariz Imperatorẽ, (qui esset exercitus dux,) cõstituissent, custodesqz corporis daturi essent, postq̃ alia disseruisset, apologũ eis dixit, quo mõ equus solus prata obtinebat, quorum (cuz cervus adveniens pascua devastasset,) volens cervuz punire, hoiem interrogavit, si posset cum ipso cervũ punire. Ille autẽ ait, si acceperis frenuz: ipseqz ascenderim in te, hastam tenens. Cũ vero consensisset, ascendissetqz vlciscẽdi cã, ipse iam homini servivit, ita autẽ et vos videte inquit, ne volẽtes hostes vlcisci, et eadẽ patiamini cũ equo. nam frenuz quidem iam habetis, qui elegistis Imperatorem, vt dux exercitus esset. Si autem custodiam quoqz dederitis, ascendereqz permiseritis, servietis iam Phalaridi.

¶ Nunc agit de apologo, et dicit.[Apologus vero] subaudi est,[vt] ille[qui] fuit[Stesixori ad Phalarim] idest contra Phalarim: quo Imereis persuasit non esse concedẽdos custodes corporis Phalaridi.[et] vt fuit Apologus[Aesopi de Demegoro,] quo persuasit Samis, vt non occiderent Demegoruz ducem. deinde exponit Apologum Stesixori, et dicit,[nam Stesixorus quidẽ, cum Imerei Phalariz Imperatorẽ (qui esset dux exercitus) cõstituissent, custodesqz corporis daturi essent,] per quos servaretur,[postq̃ alia] q̃ pluralissima[disseruisset, apologum eis dixit, quo modo equus solus prata obtinebat, quorum (cuz cervus adveniens pascua devastasset) volens cervum punire] atqz vlcisci,[hominẽ interrogavit] atqz[consuluit, si posset cũ ipso] s. homine, atqz favore hominis[cervum punire] atqz vlcisci.[Ille autẽ] s. homo[ait] posses subaudi[si acceperis frenum, ipseqz in te ascenderim hastaz tenens] manu[cum vero] equus[consensisset, ascendissetqz] supra equum[vlciscẽdi causa] s. vt puniret cervũ,[ipse] s. equus[iam homini servivit.] deinde apologium accõmodat ad propositũ, et dicit,[ita autẽ et vos videte inquit, ne volẽtes hostes vlcisci eadem patiamini cuz equo] idest ne ea patiamini, q̃ passus est equus. s. vt serviatis Phalaridi, vt equus servivit homini. cuius rationẽ affert, et dicit,[naz frenũ quidem iam habetis, qui elegistis imperatorem, vt dux exercitus esset,] nam Imperator est frenum civium.[si autẽ custodiaz quoqz dederitis,] et milites, quibus servetur,[ascendereqz] supra vos[permiseritis.] dare enim custodes est permittere vt Phalaris ascẽdat,[servietis Phalaridi.] nam ille erit plenarius dominus, vos autẽ plenarie subditi. In hunc ergo modum Stesixorus argumento sumpto ab apologo equi dicitur persuasisse Imereis ne permitterent Phalaridi custodes. Hoc est primum exemplum.

¶ Aesopus vero cũ in Samo populi ductorẽ ad mortẽ iudicatũ patrocinaretur, dixit. vulpem cũ fluviũ transiret, in foveaz decidisse, cum autẽ multo tẽpore exire non posset, conflictari muscasqz caninas plurimas ei isedisse Erinaceus autẽ errantez cum eam inspexisset, misertum esse, atqz rogasse, si vellet, vt

ab ea

ab ea caninas muscas euelleret. cū q; ipsa ne gasset, cām miratus q̄rebat. tunc illa iam inquit, hę de me saturatę parum sanguinis trahunt. q̄ si has tu excuties, famescentes venient alię, quę qđ mihi sanguinis restat, totū ebibēt. ita igitur vobis quoq; o viri Samij, iste quidez nihil amplius nocebit, cū diues sit, si autem interimeris, pauperes alij locum eius occupabunt, qui vos absorbebunt communia furando.

¶ Cum induxisset Stesichori apologum ad Imereos, nūc inducit apologū Aesopi ad Samios, et primo ppo nit casum, pro quo apologus inducit, et dicit. [Aesopus vero, cum in Samo populi ductorem ad mortem iudica tum patrocinaret, dixit.] et concionatus est eum nō esse interimendum adducēs ad propositū ostendēdus apo logus, deinde Aesopi apologum describit, atq; narrat, et dicit, [vulpem cum fluuium transiret, in foueam deci disse,] siue in lacunā quandā, [cum autez multo tēpore exire non posset] ab ea fouea, ibi [cō flictari,] atq; dole re, [muscasq; caninas plurimas ei īsedisse.] ¶ Quo vero ad verba attinet verbū muscas caninas gręce est κυνο ραιστας, quas Egidius vult esse arundines, quoniam in lacunis arundines sunt. rei veritas tamē est cynoręstas esse muscas caninas, quę sanguinē ab animalibus exu gunt. [Erynaceum autez errantē] dixit [cum eam inspe xisset misertum esse] vulpi, [atq; rogasse] .s. vulpem, [si vellet, vt ab ea caninas muscas euelleret, cūq;] vulpes [negasset, causam miratus quęrebat] .s. Erinaceus, [tūc illa iam inquit, hę de me saturatę parum sanguinis trahunt, q̄ si has tu excuties, famescentes venient alię, quę quod mihi sanguis restat, totum ebibent.] Hęc est fabula. deinde apologus hunc adaptat ad propositū, et dicit, [ita igitur vobis quoq; o viri Samij] accidet subaudi si hunc occideritis, [iste quidez nihil amplius nocebit, cum diues sit, si aūt] hunc [interimetis, pauperes alij lo cum eius occupabunt, qui vos absorbebunt, cōmunia] .s. bona, atq; publicas ciuitatis diuitias [furando.] Sic igitur per apologus Aesopus Samijs persuasit, ne po puli rectorem interimerent.

¶ Huiusmodi vero apologi ad populū maxime accōmodati sunt, habētq; hanc pręstantiam. nam cū difficile sit res p̄teritas similes inuenire, apologos facillimum est. Fingere nāq; opus est, vt et similitudines, modo pos sis ipsum simile perspicere, qđ quidem philosophia facile pręstat.

¶ Cum exposuisset apologos per exempla, nunc cōpa rat hęc adinuicē, et primo apologus et similitudinē, et di cit. [Huiusmodi vero apologi ad populus maxime accō modati sunt,] quēadmodū subaudi ipsę similitudines. deinde exponit pręstantiam quā habent apologi, et ipsę similitudines, et dicit, [habētq;] .s. apologi ipsi [hāc pręstantiā, nam cum difficile sit res p̄teritas similes inueni re,] ex quibus .s. exempla cōstant: [apologos facillimuz est] inuenire. [Fingere eniz opus est] ad conficiendum apologos, qđ [facillimū est.] dico facillimuz esse apolo gos inuenire, [vt et similitudines, mō possis] .s. ex philosophia [ipsuz simile perspicere,] per qđ fit similitudo. ideo ad dit, [qđ quidē philosophia facile pręstat,] per philosophiam enim pos sumus inuenire similia, quibus fiunt similitudines, et res, quibus fiūt apologi. Hoc aūt ita esse Aristo. testatur primo metaphysice, cum diceret fabularuz amatorē esse quodāmodo philosophum. Erunt igitur inter apologus et similitu dinē hę cōparationis, prima quidē q̄ vtraq; sit ad populū maxime accōmodata, secūda vero q̄ vtraq; sit inuenire facillimum, cum sit in potestate nostra philoso phica ea facere, atq; fingere. Exempla vero non sic.

¶ Facilius igit̄ est inuenire ea, quę sunt per apologos, ad consultandū aūt res gestę multo vtiliores sunt. quippe cum, vtplurimum futura pręteritis similia sint.

¶ Secūdo comparat apologos, et similitudines ad exē pla, et dicit. [Facilius igit̄ est inuenire ea, quę sunt per apo logos] subaudi et per similitudines, vt dcm̄ est, q2 ea inuenire est in nostra potestate, [ad cōsultandū autez res gestę,] q̄ sūt exēpla, [vtiliores sunt.] cuius rōnē affert, et dicit, [quippe cum, vtplurimum futura p̄teritis similia sint.] cum, vtplurimū omnia circulo redeant. est igit̄ cō paratio q̄ apologi, et similitudines sint exēplis inuentu faciliores. exempla aūt ad consultandū vtiliora.

¶ Exemplis vero quasi demōstrationibus eū vti oportet, qui enthymemata non habet. ei vero qui habet, quasi testimonijs post enthymemata, vtendum.

¶ Nunc cōparat tertio exempla ad enthymemata, et di cit. [Exēplis vero quasi demrōnibus] .i. probationib9 [euz vti opz, qui enthymemata non hz,] nā in oī gn̄e dicēdi, cū orator non hz enthymemata, vtit̄ exēplis quasi de mōstrationib9, atq; probationibus [ei vero] .s. oratori [qui hz] .s. enthymemata ad persuadendū, [vtendū est exem plis post enthymemata] a se facta, [quasi testimonijs.] Qđ faciunt legū doctores, naz confirmāt suas probōnes per illa, q̄ olim in similibus casibus sunt determinata.

¶ Cum enim proponūtur, similia inductionibus sunt. Inductio aūt orationibus oratorijs p̄terq; in paucis non est idonea.

¶ Cū dixisset exēpla nō esse p̄ponēda enthymematib9, cū orator hēat enthymemata, nūc illō probat, et dicit. [Cū eniz] exēpla subaudi enthymematib9 [pponunt̄,] silia īductionib9 sunt, nā vt inductio pponit̄ syllo ad probādū aliquā ppōnez sylli, sic eēt exēplū, cū pponeret̄ enthymemati in orōne, pponeret̄ eniz ad probandū aliqđ assumptū in enthymemate. destruit q̄si pn̄s, et dicit, [inductio aūt] .i. exēplū ppositū enthymemati, veluti ppo nit̄ inductio syllo, [orōnib9 oratorijs p̄terq; in paucis nō est idonea,] solū eniz exēplū eēt pponēdū (vt inductio) ante enthymema, cū audientes essent ineruditissimi, maxie inepti ad intelligēdū. g̃ exēpla nō sunt enthymematibus pponēda ab eo, qui hz enthymemata.

¶ Postposita vero testimonijs. testis autē ad fidē vbiq; vtilis. quapp pręponēti multa di cere necesse est. postponēti aūt vnum etiam sufficit. naz testis probus vel vnus satisfacit. quot igit̄ spēs exemplorū sint, et quo pacto, et quādo ipsis vtendum, dictum est.

¶ Nunc ostēdit eiz, q̄ enthymemata hz, oportere exem pla postponere: et dicit. [Postposita vero] .s. exēpla ipsis enthymematib9, similia sunt [testimonijs,] q̄ adduci so lēt post probationes. [testis aūt ad fidē vbiq; vtilis est,]

retic si in fine ponitur exẽplum, nõ erit inutile. et quia (vt dictũ est) aliquãdo exẽpla poni possunt ante enthymemata, vt patuit in casu superius exposito, ideo assignat differentiã inter exẽpla cum preponuntur, et cum postponuntur, et dicit, quapropter preponenti scilicet exẽpla enthymematibus, multa dicere necesse est, ideo quia tunc tenẽt locũ inductionis, que fit in multis. postponẽti aũt scilicet exẽpla enthymematibus vnum ẽt scilicet exẽplũ inducere sufficit, nam testis probus vel vnus satisfacit. et quia exẽplũ in fine positum se habet, vt testis probus, ideo vnum sufficit, atque satisfacit. nihil enim aliud videtur, cum inducitur exẽplum post enthymemata, quam cõfirmare id, quod dictum est, per testem probum, at testis probus ẽt si sit vnus, facit fidem. et sic patet differentia inter exẽpla preposita, et postposita. hec autẽ, (que Aristo. hic dixit) potissimũ habẽt locũ in genere iudiciali, nam in genere deliberatiuo exẽplum vbique collocatũ semper eandẽ vim habet. in genere vero demõstratiuo exemplo raro vtimur, et cũ vtimur, omni loco (vbi fieri cõtingit probationem per ipsum) vti possumus conuenienter.

DE SENTENTIA.

De sententiarum aũt sermone, si quid sententia sit, dixerimus, facile patebit quibus de rebus, et quãdo, et a quibus idoneum sit in orationibus sententijs vti.

Dicit Egidius hic Arist. determinare de enthymematibus quo ad suas partes. quia determinare de sententijs est determinare de enthymematibus quo ad suas partes. Sed hoc non videtur bene dictũ, quia si ita esset, enthymema nõ posset cõstare, nisi ex sententijs, quod falsum est, nam enthymema interdũ cõstare põt ex propositionibus, que nõ sunt sententie. licet enim sententia esse non possit, nisi sit pars enthymematis, vt superius dictũ est, tamen pars enthymematis ee potest, que nõ est sententia. Melius ergo dicamus, Aristo. nũc agere de sententijs, quia sententia est vnũ de principalibus intentis ab ipsis rhetoricis, nam licet sententia sit pars enthymematis, tamen rhetor vtitur sententia in orationibus, vt proprio instrumẽto persuadendi. ideo proponit intẽtionẽ suam, et dicit. De sententiarum aũt sermone, atque narratione, subaudi differẽdo, si quid sententia sit, dixerimus, facile patebit quibus de rebus est sententia, et quando vti debemus sententia in orationibus, et a quibus auctoribus idoneũ sit sententijs vti, in orationibus. ergo proponit tria dicere de sententijs et de quibus rebus sint, et quando debemus in oratione sententijs vti, et ad quos attinet vti sententijs. hec autẽ tria non exequitur, nisi postquam dixerit quid sententia sit.

Sententia igitur est enuntiatio quidẽ, non tamen de singularibus, vt qualis quidam Iphicrates sit sed de vlibus, nec de omnibus vlibus, vt est, quia rectum curuo contrariũ est, sed de quibuscunque actiones sunt, queque ad agendũ eligenda, vel fugienda sunt.

Nunc prosequitur, et primo definit sententiã, verum antequam ea, que Aristo. dicit, prosequamur, de nomine sententie differendum est: et dicẽdũ sententiã apud authores multis modis accipi, interdũ enim pro eo, quod animus sentit, iuxta illud Salustij, nemo est in ciuitate, cui non liceat libere sententiam suã dicere: hoc est pronuntiare, quod habet in animo. vnde Quintilianus libro 8° scribit sententiam veteres quod aio sensissent, vocasse. Sic enim et iuratori ex animi nostri sententia, et gratulantes ex sententia dicimus. Aliquando accipitur pro iudicato ex lege, vt Marcus Portius Cato sumpsit. Quintilianus etiam libro 10°, scribit sententiam esse decretũ quoddã quod de iudicio vel quęri solet. nõnunquam pro eo, quod verba sonãt, vnde dicere solemus, hic ẽt obscure loquitur, vt ex verbis eius sententia colligi possit. Aristo. aũt hic sententias orationis lumina appellat, precipue que in clausulis sunt breuiter collecta, vt obsequium amicos, veritas odium parit. vnde proprie sententia est verbũ graue grauiter prolatũ a sapiente, vt illa Biantis, magistratus virum ostendit. Et illa Eucbili optimum est mensura. quo rõne fit, vt sententia in ijs, que agimus ita se habeat, quẽadmodum definitio in ijs, que contẽplamur. nam sicut definitio terminat rem, quã cõtẽplamur, sic sententia terminat rem ipsam, quã agimus. Signo autẽ nobis est, quoniã dicere solemus sententiam definitũ esse. nam sententia quedã definitio videtur. hanc quoque ob causam, qui aliorum facta disponunt, ac sententiam scilicet quid fieri debeant, definitores appellantur. quia vero (vt dictũ est) ita se habet sententia in ijs, que agimus, sicuti definitio in hijs, que contẽplamur, et quia cõtẽplando vtimur syllogismo, agendo vel determinãdo quid agere debemus, vtimur enthymemate, fit, vt eo modo se habeat sententia ad enthymema, vt definitio ad syllogismum demonstratiuum, est aũt definitio triplex, vna principiũ syllogismi demonstratiui, quã formalẽ logici dicunt, altera est syllogismi cõclusio, quã materialẽ vocant, tertia est totus syllogismus demonstratiuus, non differẽs ab ipsa demõstratione, nisi sola positione, qualis est definitio cõplectẽs vtrũque, quare et sententia triplex erit, vna enthymematis principiũ, altera vero cõclusio, tertia denique totũ ipsum enthymema sola positione differẽs. Sententia quidẽ, que dubia existens habet causam enthymematis cõclusio est. Sententia vero que eius causa est, enthymematis principiũ est, cum vero ambe he sine ordine enthymematico ponuntur, et fiat vna sententia, vtrãque continẽs, hec erit totũ enthymema positione differẽs, quia vniuersa enthymematis virtus in huiusmodi enthymemate seruatur: que tamen differt ab enthymemate, quatenus nõ est ordinata ad modũ enthymematis. Aristo. tamen sententiam hoc postremo intellectã definit, et dicit. Sententia igitur est enuntiatio quidẽ non tamẽ de singularibus, vt qualis quidã Iphicrates sit, sed de vlibus, deinde exponit de quibus vlibus, et dicit, nec de omnibus vlibus, quia non de vlibus, que spectant ad scientiam, vt est hec propositio vlis quia rectũ curuo est contrariũ. sed de vlibus quibuscunque actiones sunt id est sed de vlibus, queque ad agẽdũ eligẽda vel fugiẽda sunt. ergo sententia est enũtiatio vlis vtilis ad eligẽda, vel fugiẽda ea, que in vita cõtingũt: vel sunt necessaria. dicitur enuntiatio loco generis, quia ois sententia est enũtiatio, et nõ ecõtrario, dicitur vlis, non quidẽ signo vli determinata, sed indefinita, vt hec difficile est primũ virtutes reuereri, qui semper secũda fortuna sit vsus. et illa liber is est existimãdus, qui nulli turpitudini seruit, et cętere id genus. omnes enim huiusmodi sententię enũtiationes sunt vniuersales infinitudine, non autẽ signo. dicitur vtilis ad ea, que eligere, vel fugere debemus in vita ad differentiã enuntiationũ, que fiunt in ijs, que scimus, atque speculamur. propter hanc causam, vt Cicero inquit libro 4° rhetoricorum ad Herẽnium, sententia est oratio sumpta de vita, que aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostẽdit, vt egens ęque est is, qui non satis habet, et is, cui nihil satis põt esse. propter hanc causam Hermogene ait, sententia est oratio generalẽ pronũtiationẽ habẽs hortans aliquã rem, vel dehortans, vel demonstrãs, quale sit aliquid. verũ oẽs he definitiones videntur diminute, quia tunc hec esset sententia, amicis est benefaciendũ, quia est enũtiatio vlis, vtilis ad ea, que in vita eligere vel fugere debemus. Sed hoc falsum videtur. non enim illa sententia videtur, cum non sit enũtiatio grauis, propterea definitionibus supplẽdũ est, vt sit sententia enũtiatio grauis, atque

ponderosa

ponderosa, vtis, atq; vtilis ad ea, quę sunt eligenda vel fugienda in vita, per illam enim particulam [grauis, atq; pōderosa] differt sententia a cęteris enūciationibus, quę, licet demonstrēt quid sit agendū vel fugiendum in vita, tamen non sunt graues, atq; ponderosę, grauiter proferę a sapiente.

¶ Quare cum enthymemata syllogismi sint de istis, tam conclusiones enthymematū q̄ principia (syll'o semoto) sententię fere sunt.

¶ Ex his, quę dixit, cōcludit diuisionē sententiarum, & asserit sententiā esse alterā, quę est enthymematis principiū, alterā vero, quę est enthymematis conclusio, & dicit. [Quare cū enthymemata syllogismi sint de istis] idest de ijs, quę spectāt ad actiones, & ad mores a nobis eligendos, vel fugiēdos, dixit enthymemata esse syll'os, & tu intellige cōparatiue, quia tantum valet enthymema apud rhetores, quantū syll'o apud ph'os. tunc cōcludit & dicit, [tam conclusiones enthymematum q̄ principia sententię fere sunt syll'o semoto,] nam licet snię sint cōclusiones, vel principia enthymematū, quia tamen non est in enthymemate syllogisticus ordo, ideo dixit [semoto syll'o.] et dixit [fere,] quoniam non ois sentētia est principium vel cōclusio enthymematis, quia non illa, quę est totū enthymema pōne differens. vel quia nō illa, quę virtute ingredit̃ enthymema: quę enim virtute enthymema ingredit̃, nō est pars enthymematis s'm substātiā, sed s'm virtutē: hęc est diuisio.

¶ Ut illud, oportet virum, qui omni ex parte prudens est, non nimium in sapientia liberos erudire. Hęc igitur est sententia, apposita aūt causa, quam ob rem, erit enthymema totum, nam ad ocium (qd̄ pręter aliud habent) perniciosam ēt sibi hominum inuidiam trahunt.

¶ Nunc assignat exēpla sentētię, quę est principiū, & sentētię, quę est cōclusio, & sentētię, quę est totū enthymema pōne differens: & dicit. [Ut illud, oportet virū, qui oi ex parte prudens est, nō nimiū in sapientia liberos erudire. Hęc igit̃ est sentētia,] quasi cōclusio. deinde ostēdit q̄ sentētia est enthymema totū, & induit sentētiam, quę est quasi cōclusio, & dicit, [apposita autem causa quā ob rem] eius sentētię, quę dicta est, & simul cum ea copulata, [erit enthymema totū,] deinde affert cām apponendam, & dicit, [nam ad otium qd̄] seorsum [pręter aliud] agendū [habēt, perniciosam ēt sibi hominū inuidiā trahunt,] & sic habēt duo. s. otium, quo vacant ab agendis, & inuidiā, quā sibi comparant maximā. quare prudens vir non d3 nimium in sapientia liberos erudire: qd̄ etiā Plato pbauit in Gorgia. Si igit̃ dicatur non op3 virū prudentem liberos nimiū in sapientia erudire, quia reddūtur pp̄ter otiū inepti actionibus, & quia inuidiā sibi cōparant, habetur totū enthymema, & duplex ipsa sententia etiam induitur.

¶ Et illud, nō est vir aliquis, qui oibus in rebus fęlix sit. Et nullus hominum liber est, nā aut pecunię, aut fortunę seruit.

¶ Assignat scdm exemplū, & dicit. [Et illud] subaudi sententia est, quę est cōclusio. s3. [non est vir aliqs, qui omnibus in rebus fęlix sit,] cui cōcordat illud, nemo ex oi parte beatus. deinde addit sniam secundā, quę est cōclusio etiā, & dicit, [& nullus hominū liber est.] deinde assignat sentētiam, quę est causa, & dicit, [nam aut pecunię seruit,] si subaudi fuerit diues, [vel seruit fortunę,] si fuerit infortunatus, & pauper, si ergo hęc omnia coniunguntur, dicet̃, nullus hō liber est, & nullus hō fęlix est, quia vel pecunię, vel fortunę seruit. & hoc pacto erit totū enthymema pōne differens: in quo habent̃ duę sentētię q̄ sunt conclusio, & alia sententia, quę est causa.

¶ Si itaq; sententia est id, qd̄ dictum est, quatuor sententię species esse, necesse est.

¶ Cum Aristo. assignasset definitionē sentētię, & vnam eius diuisionē, nūc rursus sentētię diuisionem assignat, & reducit diuisionē ad ordinē diuidēdo & subdiuidēdo, & ostendēdo diuisionē superius assignatā esse subdiuisionē, & reducēdo diuisionē ad bimēbrem, vt est natura diuisionis, & primo accipit spēs snię esse quatuor, cum non accipit̃ diuisio per ordinē, & dicit. [Si itaq; snia est id, qd̄ dictum est,] idest vlis enunciatio grauis vtilis ad ea, quę agimus in vita, [quatuor sentētię species esse necesse est,] vt patebit.

¶ Nam aut cum epilogo erit, aut sine epilogo. Quęcūq; quidē cum epilogo sunt, demōstratione egent. Quęcūq; vero nihil admirabilis habent, sine epilogo sunt.

¶ Cum accepisset intentionē, nunc per diuisionē, & subdiuisionē pcedendo s'm naturā diuisionis per bimembrē sectionē dicit. [Nā] snia quę definita est, [aut cū epilogo erit] i. cū rōne posterius assignabili, [aut sine epilogo] i. aut sine rōne. est aūt hęc diuisio ęqualis huic, quod ois snia sit aut manifesta non egens ratione, aut erit dubia vel obscura egens rōne. Hęc diuisio pbari pōt p rationē generis, quia ois enūciatio est aut manifesta simplr, aut simplr dubia. enūciatio quidē simplr manifesta, nō eget epilogo, hoc est rōne, enunciatio vero simplr obscura, ac dubia eget epilogo ac rōne. sed snia est enūciatio. igit̃ snia erit aut egens rōne, aut sine rōne. deinde exponit mēbra, & dicit, [q̄cunq; quidē] snię [cū epilogo sunt, demrōne egent,] vt sunt, quę simplr dubię sunt. [quęcūq; vero nihil admirabilis habent,] nihilq; dubij, [sine epilogo sunt:] atq; simpliciter manifestę. ¶ Quo vero ad verba attinet, epilogus, est ratio, quę siue ante, siue post assignetur de sententia, semper intelligit̃ quo ad intellectū post. quoniam semper prius est enūciatio, post scdm intellectū est illius rō. pp̄terea rōnem appellauit epilogum.

¶ Harū aūt, necesse est alias quidē quoniam pręcognitę sunt, nullo egere epilogo: vt illud, bene valere pręstātissimum hoibus est, nam id, vt nobis videt̃, ita iam multis vr̃. Alię (simul cū dicunt̃) patent pspicientibus, vt illud, nemo amator est, qui non semper amet.

¶ Nunc subdiuidit sententiam, quę non eget epilogo, quod sit altera nota omnibus hominibus tam sapientibus, q̄ insapientibus. altera vero, nota tantū sapientibus, qui ex terminis possunt perspicere veritatem sententię: & dicit. [Harum autē] s. sententiarum, quę non egent epilogo, [necesse est alias quidē (quoniam pręcognitę sunt)] ac p se notę, [nullo egere epilogo, vt illud, benevalere pręstātissimum hominibus est, nam id vt nobis] s. sapiētibus [vr̃, ita iam multis] idest insapiētibus [vr̃.] ergo sententia, quę non eget epilogo, alia est, quę omnibus nota est s. nobis sapientibus, & multis idest vulgaribus, qui sunt insapientes: deinde assignat aliud mēbrum, & dicit, [alię (simul cum dicūtur)] atq; pronuntiant̃, [patent perspicientibus] idest sapientibus, qui pspiciūt vim terminorū, [vt illud, nemo amator est, q nō semp amet.] verbum enim amator grece est, ερασ̃ης, qui sonat semper amantē,

qui enĩ nunq̃ vacat ab amore, hic grece dicit' ἐρωτικός, idest amator. recte igit' dicit Aristo. aliq̃ aũt simul cũ pferunt' et termini perspicuunt', atq; cõsiderantur patent pspicientib' terminos, atq; terminorũ vires. [vt illud, nemo amator est, qui nõ semper amet,] nã ex vi illius termini amator, p3 neminem amatorẽ esse, qui non semper amet. sed qr vulgares non perspiciunt vires termi norũ, hac ratione tales sententię non sunt eis notę.

ℭ Earũ ꝟo q̃ cũ epilogo sunt, aliq̃ pars enthymematis sunt, vt nunq̃ decet natura prudentẽ virũ esse. aliq̃ ꝟo enthymematicę quidem sunt, enthymematis autem pars non sunt: quę quoq; maxime probantur.

ℭ Nunc subdiuidit sñias, quę sunt cum epilogo, et dicit. [Earũ ꝟo, quę cũ epilogo sunt, aliq̃ pars enthymematis sunt,] cuius exẽplũ affert, et dicit, [vt nunq̃ decet natura prudentẽ virũ esse,] hęc enĩ qr cũ epilogo est, et nõ est totũ enthymema, pars enthymematis est. Qr aũt hęc sit cũ epilogo, p3, qr vir prudens est habitu, exercitatione, et experientia prudẽs, non aũt natura. nã l3 aliqs oriri possit cum quadã maiore, vel minore aptitudine ad prudentiã, nullus tñ dĩ ex natura prudens, sed habitu, exercitatione, atq; experientia. assignat aliud mẽbrum, et dicit, [aliq̃ ꝟo enthymematicę quidẽ sunt] .i. ipsũ enthymema, [enthymematis aũt pars nõ sunt,] qr sunt totum ipsum enthymema, [quę quoq;] (vt Arist. inquit) [maxime probant'.] nam continẽt sñiã cum sua rõne.

ℭ Huiusmodi aũt sunt, in quibus causa explicatur eius, qđ dicit'. vt in illo, iram imortalẽ ne serues, mortalis cum sis. nam dicere non oportere quidẽ seruare iram semper, sententia est, adiectũ ꝟo, cum sis mortalis, quam ob rem dicit.

ℭ Nunc assignat exẽpla earũ sñiarũ, quę cũ epilogo totũ enthymema sunt, et dicit. [Huiusmodi aũt] .s. sñię, q̃ totum enthymema sunt, [sunt in quibus cã explicatur. vt illo] exẽplo, qđ dicitur, [iram imortalẽ ne serues, mortalis cum sis.] Nũc exponit hanc enthymematicã sñiã, et dicit, [nam dicere nõ oportere quidẽ seruare iram semper,] sententia est, quę est enthymematis conclusio. [adiectũ ꝟo, cũ sis mortalis, quã ob rem dicit,] qđ est enthymematis principiũ, quę si simul cõiungant', erit totũ enthymema ordine differens. hęc de primo exemplo.

ℭ Cui simile est, mortalia mortalẽ, non imortalia mortalẽ curare oportet, perspicuũ igit' est quot sint sententię species, et quibus vnaquęq; rebus accõmodetur.

ℭ Assignat scđm exẽplũ, et dicit. [Cui] exẽplo superius assignato [simile est] illud, [mortalia mortalẽ op3 curare, nõ autẽ] imortalia mortalẽ op3 curare.] Huic ęquale est illud Socratis, quę supra nos, nihil ad nos. Id ꝟo [mortalia mortalẽ op3 curare,] est sententia, quę est enthymematis cõclusio. sed id, [non imortalia mortalem op3 curare,] est sentẽtia, quę est enthymematis principium. nunc epilogat, et dicit, [perspicuũ igitur est, quot sint sentẽtię species, et quibus rebus vnaquęq; accõmodetur.] Hactenus de sententijs apertis.

ℭ Nam de dubijs quidẽ, aut admirabilibus non sine epilogo. Sed aut pposito epilogo sñia vtemur, vt cõductione, vt si qs dixerit, ego igit', (qm̃ nec inuidiã pati op3, neq; ociosũ esse, cõducit,) non oportere erudiri assero. Aut hoc pposito, reliqua postponem'.

ℭ Cum dixisset de sententijs claris, nũc dicit de sententijs obscuris, et p̃mo dicit de sententijs dubijs, et admirabilibus, q̃ sunt obscurę ex parte rei. deinde dicit đ sententijs obscuris ex pte sermonis, q obscure pferunt'. de p̃ma parte dicit, sic de sententijs claris sic dictũ. [nã de dubijs q̃dẽ aut admirabilib' non sine epilogo,] dici põt. deinde exponit locũ epilogi in ipso enthymemate, asserẽs epilogũ .i. rõnẽ posse pponi, et postponi in sententijs obscuris ex pte rei, et dicit, [sed aut pposito epilogo sñia vtemur, vt cõclusione.] ita vt epilogus sit p̃mo loco positus, sñia ꝟo sit, vt cõclo scđo loco posita. et dat exẽplũ, et dicit, [vt si qs dixerit] pro exẽplo [ego igit', (qm̃ nec inuidiã pati op3, neq; ociosũ eẽ cõducit,)] hęc est epilogus .i. rõ sententię, [nõ oportere erudiri assero.] Hęc est sñia pro conclusione. vbi p3 epilogũ pcedere. sñiã ꝟo sequi. Quo ꝟo ad exemplũ attinet, vt superius diximus, sapientes patiunt' inuidiam, qm̃ viri excellere cęteros hoies, qua hoies sunt, sapere enĩ hois est, quare qui excedit hoies in sapiẽtia, cum excedat hoies in rõne hois, vĩ pati inuidiã, nã qui velit (vt Martialis inquit) ingenio cedere, rarus erit. et qr sunt ociosi in vmbraculis semper phię vacantes: et sic sunt inutiles. deinde ostẽdit ecõuerso posse poni epilogũ: et dicit, [aut h̃] .i. sñia, [pposito, reliquũ] .i. epilogũ [postponemus] hoc pacto, Ego igit' assero nõ oportere nimiũ erudiri, qm̃ nec inuidiam pati op3, nec ociosum esse cõducit. Quare in obscuris sententijs obscuritate se tenẽte ex parte rei, epilogus põt sententię pponi, et postponi. qr non refert quouis modo ponatur.

ℭ Quę ꝟo non admirabiles, sed immanifestę sunt, hę sunt rotũdissime, si quam ob rem postposueris.

ℭ Deinde exponit sñias obscuras ex parte sermonis, et dicit. [Quę ꝟo nõ admirabiles] .s. ex parte rei obscurę sunt, [s3 sunt imanifestę] ex pte sermonis, pp obscuritatẽ ꝟboꝝ, [hę sunt rotũdissime] .i. dilucidissime, [si quã ob rẽ postposueris,] et sñias p cõclone pposueris. nã facilior ẽ declaratio p postpositionẽ cãę, q̃ p pposition3. (laconica dicta)

ℭ Accõmodantur autẽ his laconica dicta, et enigmata, vt si quis dicat, quod Stesicorus apud locros dixit, non oportere cõtumeliatores esse, ne cicadę humo canteñt. (enigmata)

ℭ Nũc ostẽdit ea, q̃ huiõi sententijs accõmodant', et dicit. [Accõmodant' autẽ his] .s. sententijs, in qbus postponit' epilogus, [laconica dicta, et ęnigmata:] sunt autẽ laconica dicta, q̃ breuib' atq; sententiosis verbis dicunt', quorũ xria sunt attica dicta, q̃ multis atq; grauib' verbis dicũtur. Ænigmata ꝟo sunt obscurę allegorię q̃ nõ nisi verbis pluribus explicari possunt. et exponit p exẽplũ, et dicit, [vt si qs dicat, qđ Stesicorus apud locros dixit, non oportere] vos locri, q gubernatis, [cõtumeliatores esse] popularũ subditoꝝ, [ne cicadę humo canteñt.] prima pars huius est sñia, scđa pars est ęnigma, sed cã sñię per cicadas enĩ subditos intelligit, et p cãtare humo .i. in terra murmurare, quasi dicat vos dñi locrenses, qui gubernatis, non debetis esse contumeliatores subditorũ, ne subditi murmurent. (dicta attica)

ℭ Sententias aũt dicere ętate prouectis maxime idoneũ est. et q̃dẽ de rebus, quarũ quis experientiam habet. nam qui tantus non est,

cum

cum decet sententias dicere, sicuti fabulas. qui aũt de ijs, quorũ vsum non hꝫ, ineptus, atqꝫ indoctus est.

Nunc docet personã, que idonea est vti sententia, ꝛ dicit. [Sniãs aũt dicere etate provectus maxime idoneus est.] nõ enĩ quecũqꝫ persona vti põt snia, quis enĩ ferat puerũ, aut adulescentẽ, aut ẽt ignobilẽ dicere snias. quare snias pnũciandas esse arbitrat Arist. nõ nisi a viris, in qbus ꝛ authoritas, ꝛ experiẽtia est, vt rei pondus etiã psona cõfirmet. ideo subscribit, [ꝛ quidẽ de rebus, quarũ qs experientiã hꝫ, nã q etatis non est] sꝫ paulo minoris authoritatis vir, [cũ decet sentẽtias dicere,] que sunt subaudi [sicuti] est dicere [fabulas.] hic enĩ qꝛ minor ẽ, dicere põt snias fabulosas, atqꝫ apologicas. [qui autem de ijs] s. sententijs, [quoꝝ vsum non hꝫ] subaudi dicit, [ineptus atqꝫ indoctus est,] ꝛ temerarius.

Signum aũt, qm̃ morosi maxime sentẽtiarum fictores sunt, facileqꝫ enunciant.

Qꝫ aũt viri graues debeãt snias enunciare, probat a signo, ꝛ dicit. [Signũ aũt] subaudi qꝫ viri graues sint sentẽtiaꝝ pnũciatores, est, [qm̃ ἄγροικοι, idest morosi maxime sentẽtiarum fictores sunt, facileqꝫ] sentẽtias ipsas [enũciant.] sunt autẽ ἄγροικοι morosi, qui nimis exacte oia fieri exposcũt, vnde actore Seneca, senectus morosa est, qꝛ multoꝝ morũ intra se ꝫuoꝝ experiẽtiã hꝫ.

Uniuersalr aũt dicere, qđ vle non est, conquestioni cõuenit, atqꝫ aduersitati, ꝛ his, aut cum inceperit, aut cum demonstrauerit.

Nunc assignat tẽpus, qñ vtile est vti sentẽtijs, ꝛ dicit. [Ulr autẽ] id generaliter aũt, ꝛ quasi pro maiore parte, [dicere, qđ vle non.] idest dicere sniaꝫ, que nõ est vlis, sed indefinita, [cõquestioni] i. lamẽtationi, [atqꝫ aduersitati cõuenit,] in horũ enim tpe maxime solẽt dici snie. nã hoies grauati tũc pp aduersitates, nõ nisi breuia pcipiunt: [ꝛ his] cõuenit dicere snias, [aut cũ inceperit] i. s. pponendo sniaꝫ, ꝛ postea addẽdo epilogum, [aut] e conuerso [cũ demonstrauerit] i. s. preponendo epilogum, ꝛ postponẽdo sentẽtiam. vtroqꝫ enĩ modo solent oratores vti sententijs in illis casibus.

Uerum, puulgatis ẽt sentẽtijs, atqꝫ cõibus vti oportet, si vtiles sunt. nam (cũ cões sint) quasi oẽs confiteanẽ, recte se habere videnẽ.

Deinde exponit quibus sentẽtijs vti dꝫ rhetor in his casibus, si debeant esse vtiles, ꝛ dicit. [Uerũ puulgatis ẽt sentẽtijs, atqꝫ cõibus,] que vꝫ. cõsueuerũt cõiter dici, [vti oportet, si vtiles sunt] in his casibus. cuius cãm assignat, ꝛ dicit, [nam cũ cões sint] atqꝫ apud oẽs diuulgate, [quasi oẽs] eas [confiteanẽ, recte se hre videnẽ,] ꝛ sic psuadẽt. est ẽt alia ratio, qꝛ hoies grauati non nisi diuulgata percipiunt: ꝛ que cõiter ab omnibus dicuntur.

Ut hortanti ad subeũda pericula eos, qui non sacrificarũt, vna est auis optima, pugnare pro patria.

Assignat ẽxẽpla sniaꝝ, que cõiter atqꝫ diuulgate dicũtur, ꝛ dicit. [Ut hortãti ad subeũda pericula eos, qui nõ sacrificauerunt] i. eos, qui nullum auspiciuꝫ habent bonum, quo audeant aggredi pugnã, hec [est vna] sentẽtia hortãti conueniẽs, quaꝫ Homerus in Iliade scribit, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. idest [optima auis est pro patria pugnare.] non ergo oportet expectare augiriũ, cũ pro patria est pugnandũ, qm̃ optimuꝫ augiriũ est pro patria pugnare. Hec aũt sentẽtia est cõmuniter dicta, pugna pro patria: atqꝫ diuulgata.

Et ad eos, qui pauciores sunt, cõis mars.

Assignat scdm exẽplũ, ꝛ dicit. [Et ad] milites [eos, qui pauciores sunt,] ꝛ debẽt pugnare cuꝫ pluribus militib9, ad hortandũ eos, vt audacter pugnẽt, hec snia est, [cõis mars] est, qui põt ita fauere paucis sicuti fauet plurib9. non ergo est de victoria desperandum.

Et ad euꝫ qui inimicoꝝ liberos occidit, nõ iniuriantem, stolidus, qui cum patrem occiderit, liberis pepercit.

Assignat tertiũ exẽplũ de ea snia, que dici solet ad eos qui occidunt filios suoꝝ inimicoꝝ, vt putent se non facere iniuriã illos occidendo: ꝛ dicit. [Et ad eum, qui inimicoꝝ liberos occidit, non iniuriantẽ,] idest, vt putet se nõ facere illis iniuriaꝫ, hec sentẽtia cõmunis atqꝫ diuulgata est, [stolidus, qui cũ prẽꝫ occiderit, liberis pepcit.]

Pretere a prouerbioꝝ nõnulle snie quoqꝫ sunt quasi testimonia. Atticus aduena.

Nunc Aristo. narrat nõnulla prouerbia esse ab antiquis sumpta pro sententijs, ꝛ dicit. [Preterea prouerbioꝝ nõnulle sentẽtie quoqꝫ sunt, quasi testimonia,] ꝛ fide digna. vt illud, [Atticus aduena] grece est, ἀττικὸς πάροικος: qđ dici solet in eos, qui violenti sunt ꝛ feroces in vicinos, duris ex atticorũ moribus apud Zenodotũ natum, qꝫ oliꝫ finitimos ex sedibus suis eijcere cõsueuerint. Craterus inde manasse putat qꝫ Athenienses, qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint. pprie autẽ quadrabit in eos, qui ita nuper in montes aliquod asciti sunt, vt superiores eijciant.

Opꝫ aũt sententias dicere, tunc pteruulgatas, (puulgata vo dico, vt cognosce te ipsuꝫ, ꝛ nihil nimis.) cũ vel melior mos videri debeat, vel ex ptrurbatione dĩ. ex perturbatione quidẽ, vt si quis etiã iratus dixerit falsuꝫ esse qꝫ oporteat seipsuꝫ cognoscere. naꝫ hic si seipsum cognosceret, nunq̃ magistratũ peteret. mos vo melior, qm̃ nõ opꝫ (vt fertur) sic amare, quasi osurus sis. sed potius odisse quasi amaturus.

Cum declarasset quando sententias vulgatas dicere debemus, nunc ostendit, quando debemus dicere sentẽtias preteruulgatas, ꝛ dicit. [Oportet autẽ sententias dicere tunc pteruulgatas, (peruulgata vo dico, vt cognosce te ipsum, ꝛ nihil nimis) cum vel melior mos videri debeat,] q̃ subaudi sit mos contentus in ipsa sententia. [vel ex perturbatione dicit.] idest cum homo non libere loquitur, sed ex passione. vel cuꝫ sententia dicitur ad eos, qui turbati sunt. deinde exponit hec membra, ꝛ primo assignat exempluꝫ sentẽtie quando dirigitur in eũ, qui turbatus est, ꝛ dicit, [ex perturbatione quidẽ,] idest non bene dicit sententia vulgata ad eum, qui turbatus est. verbi causa, [vt si quis etiã iratus dixerit falsuꝫ esse qꝫ oporteat seipsum cognoscere:] ad hunc sic dicentem, non bene dicitur cognosce te ipsum. [nam hic] pp iram refutabit sniam, dicendo [si hic seipsuꝫ cognosceret, nũquã magistratũ peteret,] qm̃ diceret se esse indignũ magistratu, ꝛ qꝛ vnusqꝫ petit magistratũ, ideo illa sentẽtia falsa est, cognosce te ipsum. deinde ostendit non esse dicendã sententiã, quãdo melior mos videt q̃ q cõtinet in sententia, ꝛ dicit, [mos vo melior] i. s. videtur, q̃ qui

continet in snia,[qm]contra illud ne quid nimis,[non opz (vt fertur) sic amare, quasi osurus sis,]sed amare nimis: adeo vt odisse non possis. et sic de amore sententia illa ne quid nimis, falsa est. [Sed potius] opz [odisse, quasi]sis[amaturus.]et sic de odio vera est snia ne quid nimis. qr igit melior mos est, q qui continet in snia, saltem de amore: ideo snia ex oi parte non est vera. pz igit in duobus casibus sententias peruulgatas esse dicedas, primo qn illi, ad quos dicunt, sunt turbati, deinde quando melior mos videt, q qui continet in sententia.

¶ Oportet autē dictione voluntatez manifestare. si aut non, cāz post dicere. vt aut sic dicentem, qm oportet amare (non vt ferunt) sz quasi semper amaturum. (Insidia enim alterum est) aut sic, non sufficit mihi qd di, nam opz verum amicu amare, quasi semper amaturus sit. Sed neqz illud, ne quid nimis, cuz oporteat nimis odisse saltem improbos.

¶ Cum dixisset, qn vulgare sententie non hnt locus, nunc declarat qua modestia debem9 reprobare vulgatas sententias: et dicit. [Oportet aut dictione,]i verbis dilucidis [voluntatez](qua volumus snias vulgatas esse falsas) [manifestare. si aute no] poterim9 hic xba dilucida ad manifestandu falsas esse snias hmoi, opz dicere opposi tuz snie primo, et[post cām dicere.]et qr cā dici pōt dupliciter, io dicit, [vt aut sic dicentē]opz cām dicere, [qm opz amare non (vt ferut)]i. non nimis, [sed quasi semper amaturu,]hoc est opposituz sententie. deinde assignat cām, et dicit, [insidia enim]i fraus [est alteru]i. amare, et non semp. Qui enim amat interdu, et non semp, vr insidiari rei amate. hic est vnus modus assignadi causaz, deinde dat aliuz modu, et dicit, [aut sic]i. opz assignare cām dicendo, [non sufficit mihi qd dicit]i. ne quid nimis, [nam opz veru amicu amare, quasi semper sit amaturus.]et sic assignat scdm modus. cum ostēdisset sententiam falsam esse de amore, ostēdit etiam falsam esse de odio, [sed neqz illud, ne qd nimis]veru est de odio, [cu oporteat nimis odisse saltē improbos.]et sic pz, quo mō di cā scdo loco tam in amore, q in odio.

¶ Affertur autez orationibus ipsis auxilium magnu, vnu quidē iam ob audientiu imperitiam. Gaudēt enim si quid vlr dicens, in eas opiniones forte deueniat, quas illi particulariter hnt. Quo aut dico, hinc erit perspicuuz, simul atqz quo pacto ipsas venari deceat.

¶ Nunc vult declarare vnde auxiliu accidat sententiis ipsis: et primo ponit illud, et dicit. [Affertur autē orationibus]i. sententiis [ipsis, auxiliu magnu vnu,]atqz precipuu, ac singulare[quidē iam ob audientiu imperitiam. gaudent enim]i. imperiti, [si quid vlr dicens in eas opiniones,]ac sententias[deueniat,]ac incidat, [quas illi particulariter hnt.]nam non discernētes inter vle, et particulare, qd ipsi habēt, putant sniam vlr veram esse: nunc ordinat se ad dicenda, et dicit. [Qd aut dico, hinc erit perspicuu,]et cum hoc, [simul]erit perspicuu, [quo pacto ipsas]sententias[venari]deceat, hec de intentione.

¶ Na sententia (vt dictu est) vlis enunciatio est. gaudent aut, cu id vlr dicitur, qd particulariter ipsi opinant, vt si quis vicinos, aut liberos prauos habeat, gratuz profecto illud sibi videbit, nihil vicino molestius, vel nihil procreatione liberorum stultius.

¶ Cu posuisset primu auxilium, illud declarat et dicit. [Nam snia (vt dictu est) vlis enūciatio est, gaudēt autē, cum id vlr di, qd particulariter ipsi opinant,] quoniaz non discernunt ppter imperitiā inter vle, et particulare. et per exempla hoc exponit, et dicit, [vt si quis vicinos, aut liberos prauos habeat, gratu pfecto illud sibi videbit nihil molestius vicino, vel nihil pcreatione liberorus stultius.]naz cox opinio est particularis de ppriis filiis, atqz propriis vicinis, ita grata sibi est illa vlis nihil molestius vicino, et nihil pcreatione liberorum stultius. qd pro tāto est, qr cōuenit sue particulari opinioni.

¶ Quare coiecturari oportet, que precopinentur. deinde vniuersaliter sic de ipsis dicēdu. hunc ergo vnum habere oportet vsuz eius, qd in sententiis dicitur.

¶ Nunc docet snias venari, et ex ipsis facere orationem affecta, et dicit. [Quare coiecturari opz] primo, [que preopinent]auditores, deinde vlr sic de ipsis dicendus, vt ipsi particulariter opinant, nā sic psuasio erit affecta, cu eni viderimus auditores affectos ad aliqua particularia, ita debemus de illis vlr dicere, fiet eniz psuasio affecta. deinde epilogat, et dicit, [huc ergo vnum opz hre vsum eius, qd in sententiis dicit,]hec de primo auxilio.

¶ Et alteru meliorem, qm moratas facit orationes. sunt autem morate orationes, in quibuscuqz apparet electio: qd snie oēs ideo faciunt, qm ille qui sniam dicit, vlr de eligibilibus enūciat: quare si sententie probe sunt, faciunt, vt qui dicit probox morum videatur. veru de sententia et quid est, et quot eius species, et quādo iis vtendum, quāqz vtilitatez afferat, hec dicta sunt.

¶ Deinde declarat quo mō snie faciut persuasionē moratā, et dicit. [Et]hnt vsum[alteru]persuadēdi snie ipse [meliorē,]cuius cām dicit, [qm]iste alter modus[moratas facit orationes]i. psuasiones: qui modus melior ē eo, qui facit psuasionē affectā, de quo dictu est. deinde q sint morate orationes, exponit, et dicit, [sunt aut morate orationes]siue snie morate, [in quibuscuqz apparet electio]i. virtus, q p electionē acqrit, [quod]i. quaz virtutis apparentiā[sententie oēs ideo faciunt, qm ille]i. orator[qui sententias dicit, vlr de eligibilibus]virtutibus [enūciat.]nuc dat pclusionē et dicit, [quare si snie probe sunt, faciunt, vt qui dicit probox morum videat.]bene ergo dictu est, snias, pbas facere eu qui dicit videri probum. cōtra quoqz, snie improbe faciunt dicentē videri improbu. sunt igit duo modi dicendi snias, alter q facit quis sniam affecta, q. vz. pueniit opinioni audiētis, alter, quo facimus sniaz moratā: vtputa cu pf snia, in q apparet eu, qui dicit esse moratu. nuc epilogat, et dicit, [verum de snia, et qd est, et quot eius spēs]sunt, [et qn iis vtēdu,]i subaudi et qui vti debēt, [quāqz vtilitatē afferat, hec dicta sunt.]Quintilianus de sententiis loquēs dicit, sententie vt lumina ponēde sunt in clausulis qsi pe se stantia. nā ois snia qsi finis subsistit. id semp post eam aliud est initiu. et no crebre. debēt eni velut lumina inflāmis, que scintille inter fumu coruscantes lucere. preterea eax densitas obstat inuicē in satis oibus, fructibusqz arborx. no eni crescē poterūt, nisi interuallis pstituta sint. Insup nec

admirationē

admirationem ꝯsequũtur, eminẽtium vt planoꝝ gratiã perdunt. Nõ eniʒ põt eẽe delectus: vbi numero laboratur. accidit quoqꝫ ꝙ solas captanti sniãs, multas necesse sit dicere leues, frigidas, ꝛ inepias. Hęc de vsu, atqꝫ dispositione sententiarum in oratione.

DE ENTHYMEMATE.

¶ De enthymematibus ꝟo vl'iter etiaʒ dicamus, quonaʒ pacto oporteat ingrere. ꝛ post hęc locos. Alia eni vtriusqꝫ hoꝝ spẽs est.

¶ Nũc de enthymematibus, de qbus duo ꝓponit: ꝛ dicit. De enthymematibus ꝟo vl'ier etiaʒ dicamus, quonã pacto oporteat ingrere de ipsis, ꝛ post hęc, quę dicemus de enthymematibus, exponemus locos enthymematum. Cuius rationem affert: ꝛ dicit. Alia eni vtriusqꝫ hoꝝ spẽs est, q̃re de his seorsum dicendum est.

¶ Qꝫ igitur enthymema syll'us sit qdã, ꝛ quo modo syll'us, ꝛ in quo a dialecticis differat dictuʒ est prius. Nõ eniʒ de lõge, nec oĩa sumentem opꝫ concludere. Nam illud ꝑꝑ distantiam obscurum est, hoc ꝟo (quoniã manifesta dicuntur) est nugatorium.

¶ Nunc ꝓsequendo enumerat nõnulla, quę pmo lib° dicta sunt de enthymemate: ꝛ dicit. Qꝫ igitur enthymema syll'us sit quidã, dico qdam, qa diminutus, est eniʒ ex vno assumpto, syll'us autem adminus ex duob°. ꝛ quo mõ syll'us, nam est dictũ ita se hẽe enthymema, vtiqꝫ tãtam habere apud rhetorẽ, sicuti se hꝫ syll'us apõ ꝓhꝫ. ꝛ in quo differat a syll'is dialecticis: dictuʒ est prius, qm̃ dictum est differre, qm̃ enthymema est ex ꝑsuasibilibus, dialecticus syll'us ex ꝓbabilibus. quo ꝟo mõ ꝓbabile, ꝛ persuasibile differãt, pmo libro etiaʒ dictum est. Deinde explicat differẽtiam inter syll'uʒ ꝛ enthymema ex pte numeri assumptoꝝ ꝛ qualitatis: ꝛ dicit. Nõ eniʒ de longe opꝫ cõcludere, qa non opꝫ accipere ꝓpõnem ꝓsyllogisticam in enthymemate ꝓ antecedẽte, qm̃ illa est ꝓcul, ꝛ ꝓbatio ꝓbationis, nec opꝫ oĩa sumẽtẽ in enthymemate cõcludere, s. maiorẽ, ꝛ minorẽ, ꝛ illaruʒ ꝓbationes: sed alterã tm̃, ex qua apparet sequi intentum. Deinde assignat cãm: ꝛ dicit. Nã illud, s. accipere ꝓpositionẽ ꝓsyllogisticã ꝓpter distantiaʒ, quã hꝫ ad id, qđ infertur, obscurũ est, hoc ꝟo, s. assumere oẽs ꝓpositiones, quę possent facere ad ꝓpositum, qm̃ manifesta dicũtur in enthymemate ipso, est nugatoriũ, i. sup̄fluuʒ accipere. Quare enthymema est argumentuʒ, in quo ex vno, qđ magis videt̃ ad ꝓpositũʒ, infert̃ illud, qđ quęrimus hoc pacto, mulier hęc hꝫ lac in vberibus. ergo peperit. Altera ꝟo quę clara est, videlicet oĩs mulier hñs lac in mãmillis, peperit, seruata est in mente.

¶ Et hęc causa est, vt apud vulgus ꝓbabiliores idocti sint q̃ docti: veluti poetę aiũt. Cõcinius rudes in vulgo dicere. Cõmunia eni afferunt, atqꝫ vniuersalia, illi ꝟo ex quibus sciunt, ꝛ proxima.

¶ Ex his, quę nũc dixit de enthymematib°, assignat causam quare indocti ꝓbabiliores sint apud vulgus q̃ docti, ꝛ dicit. Et hęc est causa, vt apud vulgus probabiliores indocti sint q̃ docti, qđ etiaʒ poetas dicere sumit: ꝛ dicit. Veluti poetę aiunt [Greek] concinnius rudes in vulgo dicere. Deinde assignat causaʒ: ꝛ dicit. Communia eni rudes ipsi afferũt, atqꝫ vl'ia, i. nõ ꝓpria, atqꝫ essentialia: quę vulgus magis capit. illi ꝟo s. docti, atqꝫ eruditi, afferũt ea, ex quibus sciunt s. eẽntialia, ꝛ ꝓxima, quę sunt magis ꝓpria. Dicit autẽ recte Egidi° hanc cãʒ habere ortuʒ ex ijs, quę dicta sunt, qa volẽtes persuadere nõ debent syllogiʒare ex ꝓprijs generi, in q̃ persuadet, qa cõtingeret eos nimis obscure loqui. sʒ ex cõibus, atqꝫ superficialibus. ¶ Pręceptor noster, lʒ sit ipertitus rhetoricę, cum agere volebat rem aliquam cuʒ rusticis, interponebat ad ꝑsuadẽdum alterũ rusticũ. nõ quidem hãc ob cãm, quã hic Arist. assignauit, sed ex eo quia pares cuʒ paribus veteri prouerbio facile congregantur, atqꝫ sibi mutuo consentiunt. *Obseruatio pceptoris.*

¶ Quare non ex oĩbus, quę videtur, dicẽdũ, sed ex certis, aut ipsis iudicib°, aut ijs, quos multifaciunt. Idqꝫ est, quoniã sic, aut omnibus, aut plurimis perspicuuʒ esse videt̃, nec solum ex necessarijs concludẽdum, sed etiaʒ ex ijs, quę vtplurimum sunt.

¶ Et quoniaꝫ magnas vituperatione hoīuꝫ pęnas dant ciuitates. Pęna eniꝫ iustuꝫ quōdam dānum est. Dictum igitur est vrbanitates ex metaphora per proportioneꝫ duci, cū ante oculos ponant.

¶ Ultimum exemplum habeꝫ ex illis verbis [ꝛ qm̄ magnas vituperatiōe hoīum pęnas dant ciuitates,] vbi pꝫ accepisse penas ꝑ cōdēdationibꝰ iure factis, q̄ aūt pęna possit dici ꝯdēdatio transumptiue, ꝓbat: ꝛ dicit. [Pęna enī iustū dānū est,] ꝛ iustū dānū est condēdatio. Quare metaphora popularis ex trāsumptione collecta est. Deinde epilogat, ꝛ dicꝫ. [Dictū igiꝫ est, vrbanitates ex metaphora] .i. metaphoricas [ꝑ pportionē duci, cum] vrbani [ante oculos ponunt] ex operationibus colligendo.

De focalis.

¶ Sed dicenduꝫ est, quid dicimus ante oculos, ꝛ quid facientibus id emergat.

¶ Cū assignasset exēpla eiꝰ, qđ est aū oculos ponere, hic vult declarare duo qđ sit ponere res aū oculos, ꝛ ex quibus per metaphoram ponantur res ante oculos, ꝛ hęc ꝓponit: ꝛ dicit. [Sed dicēduꝫ est quid dicimus] ipse [ante oculos,] hoc est ꝑnom, [ꝛ qđ facientibꝰ id] .i. ipm ante oculos, [emergat] idest ꝛ ex quibus per metaphorā ponantur res ante oculos, ꝛ hoc est scđm.

¶ Dico itaqꝫ ante oculos hęc facere, q̄cunqꝫ significāter gerere aliquid ostendūt. vt si qs bonum virum quadratuꝫ dicat, metaphora visus est. Utrūqꝫ enim perfectum est, sed nihil gerere signat. Sed hoc florentem habētem statum efficatia est.

efficatia ἐνέργεια energia āṅ oculos ponere.

¶ Nunc exponit quę ponant per metaphoram rem ante oculos, ꝛ vult ea ponere rem ante oculos per metaphoram, quęcunqꝫ ostendunt rem significanter per metaphoram aliquid gerere, vt agere, vel facere, vel operari: dicit. [Dico itaqꝫ ante oculos] rem aliquam [hęc facere,] aut ponere, scilicet per metaphoram, [quęcunqꝫ] scilicet per metaphoram [significanter,] ꝛ in aperto rē ipsam [gerere aliquid.] idest facere, aut agere, aut operari aliquid [ostendunt.] ꝛ primo ostendit hoc per exemplum a negatione, ꝛ dicit. [Ut si quis bonum virum] nominando eum per metaphoram [quadratum] viruꝫ [dicat,] metaphora [visus.] [Utrūqꝫ enim perfectuꝫ est,] sed non ponit bonum virum ante oculos, quia verbū illud quadratum bonum virum ipsum [nihil gerere signat,] igitur tunc vocabulum per metaphoram ponit rem, cui additur, ante oculos, quando signat rem illam aliquid gerere, ꝛ hoc dicit. [Sed hoc efficatia est] idest sed hoc ponere est rem ante oculos, si quis dixerit de probo viro [florentem habētē statū,] naꝫ nemo florētē hꝫ statū, qui non gerit aliquid pręclari. ergo verbum illud ponit rem ante oculos. Uocabulum igitur, quod ꝑ metaphorā alicui attribuitur, ponit illud ante oculos, si ipm ponit in operatione, vel actione aliqua.

¶ Et id, te autem velut dimittendum efficatia est.

¶ Assignat scđm exemplum cum persuaderemus alicui per metaphoram eum debere aliquid dimittere, ꝛ aliquid prosequi: ꝛ hoc dicit. [Et id efficatia est] idest ante oculos ponere, [te autem velut dimittendum] vnuꝫ, ꝛ prosequendum esse aliud persuadere oportet, mō dimittere, ꝛ ꝓsequi significant aliquid agere.

¶ Et illud, gręci autem pedibus liberi concitati sunt, hoc verbuꝫ concitati efficatia est, ꝛ metaphora. Celeriter enim dicit.

concitati ἀΐξαντες irruerunt.

¶ Assignat tertium exemplum: ꝛ dicit. [Et illud, gręci autem pedibus liberi concitati sunt,] idest irruerunt, [hoc verbum concitati] vel irruerunt [efficatia est:] idest reꝫ ponit ante oculos, [ꝛ metaphora] est, quoniam irruere est edificiorum. [Celeriter enim dicit,] idest ponit rem ante oculos.

¶ Et veluti Homerus in multis visus est, dū inanimata animata dicit per metaphorā. In cunctis enim efficax facere probatur.

¶ Uolens assignare exempla eorum, quę ponunt rē ante oculos per inanimata animata significādo, primo ꝓmittit intentionem suaꝫ, ꝛ dicit. [Et veluti Homerus in multis visus est, dum inanimata animata dicit per metaphoram, in cunctis enim efficax facere,] idest ante oculos rem ponere [probatur.]

¶ Ut in istis, illic autem in campis ferebaꝫ lapis imprudens.

¶ Proposita intētione, nūc assignat exēpla: ꝛ dicit. [Ut in istis] ꝛc. αὖτις ἔπειτα δάπεδόνδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής, idest illic aūt in cāpis ferebaꝫ lapis īprudēs.

¶ Et hasta volabat, ꝛ volare ardebat.

¶ Et alia exempla Homeri καὶ ἐπτατ' ὀϊστός, idest [Et hasta volabat,] ꝛ aliud, καὶ ἐπιπτέσθαι μενεαίνων, idest [ꝛ volare ardebat].

¶ Et in terra instabant, cupientes corpore saturari.

¶ Hoc est aliud exemplum, ἐν γαίῃ ἱστάντο λιλαιόμενα χροὸς ἄσαι. [Et in terra istabāt,]vel fixe erant, [corpore saturari cupientes.]hec enim per metaphoras dicunt, que ponit rem ante oculos.

¶ Et mucro p pectus volās ptrāsibat. Nam in his oībus quasi aīata gerere aliqd vidēt. Impudētia eniz ꝛ volare, ꝛ cetera, efficatia sunt, q̄ oīa p metaphorā, q̄ est ſm ꝓportionē, ꝯiunxit. Sicut eni lapis se hꝫ ad sisyphū: ita impudēs ad cū, qui facile verecūdatur.

¶ Assignat 5m exemplū ex Homero, ꝛ dicit. αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσυτο μαιμώωσα, [Et mucro]i. cuspis haste [p pect° volās ptrāsibat]et hec metaphora ē ponēs rē añ oculos. Dicit mō Arist. oīa hec metaphoras eē hꝫ. [Nā in his oīb° q̄si aīata gerere aliqd vñr,]ꝛ assigāt cāz, ꝛ dic. [Impudentia eni ꝛ volare ꝛ cetera]alia[efficatia sunt,]q̄ ponūt inaīata añ oculos [ꝛ q̄ oīa p metaphorā, q̄ est ſm ꝓportionē Homerus ꝯiunxit,]cui° rōnē offert eius, qḋ de lapide dixit Homerus, qui dixit lapidē manere imotū: ꝛ dicit. [Sicut eniz lapis se hꝫ ad sisyphus, ita impudens ad eum, qui facile verecūdatur.]Est autē Sisyphus Aeoli filius, qui ob latrocinia, a Theseo fert occisus, ꝛ hac pena apud inferos affici, vt grande saxū supra montē portare coactus, cum ad picem deduxerit, continuo ad ima relaxet. vnde Ouidius libro 13° metamorphoseos. Aut petis, aut vrges rediturū sisyphe saxū, qa igit lapis est imobilis, comparat ad sisyphū mobilē in verecūdijs, [sicut impudēs,]ꝛ inuerecundus qui est imobilis in facie ꝛ vultu [ad eū, qui facile verecundat]ꝛ mouetur in vultu ꝛ facie.

¶ Et in probatis etiā imaginibus de inaīatis eadem facit. Gibbosa, spumantia ante quidē alia, postea vo alia. Mota eni ꝛ vinētia facit omnia. Efficatia autem imitatio est.

¶ Amplificat sermonē ad imagies: ꝛ dic. [Et in platis et imagib° de inaīatis eadē facit,]q̄ de metaphoris: dic. n. κυρτὰ φαληριόωντα πρὸ μὲν τ᾽ ἄλλα αὐτὰρ ἐπ᾽ ἄλλα, idest [gibbosa, spumantia alia qdē añ, alia vo post, mota eni ꝛ vinētia facit oīa]q̄tenus ea facit gibbosa, ꝛ spumantia. [Sed]addit q [efficatia]ꝛ ante oculos ponere [est imitatio,]ꝛ similitudo hec. Quare de imaginibus idem facit.

¶ Opꝫ autem, vt iaz dictū est, a propinquis, ꝛ ab apertis transferre, quale in phia quoq simile est, quod in multo diuersis perspicere ingeniosi est atq solertis.

¶ Nūc quōā mō sumi debeāt metaphore, exponit: ꝛ dicit. [Opꝫ aūt, vt iā dictū est, a ꝑpinqs ꝛ ab aptis, trāsferre, quale in phia quoq sile est, qḋ in multo diuersis perspicere ingeniosi est, atq solertis]. Sic igit sumi debēt a ꝑpinquis, ꝛ notis, ꝛ cum sumūtur a remotis, soluz ingeniosi, ꝛ solertis est eas perspicere, vt patet in phia.

¶ Ut Archītas dixit idem esse pretorē, ꝛ arā, qm̄ ad vtrūq refugit, qui iniuriam patitur. Aut si quis dicat ancorā, ꝛ suspensorium idē esse. Sūt eniz idem qd ambo, sed differunt quo alterū sursum, alterum deorsum est. Et irregulares fieri ciuitates, ꝛ in valde distātibus idē, qḋ in superficie, ꝛ viribus eq̄le est.

¶ De remotis metaphoris, quas nō nisi igeniosus ꝑspicit exēa affert ex Archita: ꝛ dic. [Ut Archītas dixit, idē esse, ꝑtorē, ꝛ arā]i. deū q colit in aris, [qm̄ ad vtrūq ꝯfugit, q iniuriā patit.]Assigāt 2m exēm, ꝛ dic. [Aut si qs dicat ancorā, ꝛ]anulū [suspēsoriū,]cui alligant naues, [idēz eē, sunt eni idē qd ambo,]qa ambo naues detinēt, [sꝫ differunt quo alter sursuz]i. s. supra aq̄s, ē anulus, [alter]i. s. ancora [deorsuz]sub aq̄s [est, ꝛ]illḋ aliḋ archite [irregulares fieri ciuitates]i. s. ꝓcedēte tpe. Naz ꝓcedēte tpe leges frigescūt. [et]illḋ aliḋ, qḋ dī, [in valde distātib° idē, qḋ i superficie, ꝛ virib° eq̄le ē,]eq̄le eni dici pōt idē ꝯueniētia viriū ꝛ corpis. qḋ eni ē eq̄le alicui aut virib°, aut corpis sup̄ficie idē illi dici pōt metaphorice metaphora remota.

¶ Sūt autē ꝛ vrbana, ꝛ plurima per metaphoram, ꝛ ex ꝑdeceptione. Manifesti° eniz fit, qm̄ didicit penes id qḋ est ꝯtrio se habere, videturq animus dicere ita vere est, ego vo errabam.

¶ Qm̄ metaphorarū gn̄a q̄tuor sūt, p̄m qdē trāsumptiuarū, q̄ p excellētiā dicunt metaphore, qm̄ supra rōnē metaphore nihil addūt. Si eni p quādā trāsūptionē Achillē leonē dixerim°, simplicē metaphorā faciemus, cū nihil supra rōnē metaphore addat ꝑter trāsumptionez, q̄ adhuc ē de rōne metaphore, imo cetere metaphore dicunt p additionē ad hāc. 2m metaphorarū gen° ē imaginariarū, q̄ supra rōnē metaphore addūt analogiā quandā, si eni iuuenes ver ciuitatis diceremus, faceremus metaphorā, sꝫ si analogiā addemus dicētes ita se hēre iuuenes ad ciuitatē vt ver ad annū, faciem° metaphorā, q̄ ē imago. 3m gen° ē ꝓuerbialiū, q̄ addūt supra rōnē metaphore cōez vsum, qppe cū ꝓuerbia ortū sumāt ex aliquo insigni dicto, aut facto, ex q̄ postea trāsumptio fit ad alia, vt cū dī nō sufficiūt anicule nuptie. Fuit. n. q̄dam vetula, q̄ vltra nuptias voluit cātilenas. 4m gen° ē vrbanarū, q̄ supra rōnē metaphore addūt nō nihil disciplinatiōis atq leporis, qḋ disciplinatiōis vel leporis si hēbūt secū nō nihil ridiculi, erit metaphora vrbana faceta, vt illa, q̄ dicebat de quodā, q laborabat in gnque morbis, facete sic, hic tenet gnque laqueis, de q̄ Arist. nō logt hic, sed postea. Si vo nihil ridiculi hēbit, sꝫ disciplinatiōis tm̄, metaphora vrbana erit moralis, ꝛ de hac p̄ Aristo. loqui vr meo iudicio. Arist. igit logt de hac, q̄ addit supra rōnez metaphore nō nihil facilis disciplinatiōis vel leporis, q̄ tenus p id ꝯtigit aliqd facile addiscere. Aristo. igit p̄ de vrbanis metaphoris logt, q̄ morales sūt, postea ḋ ceteris, ꝛ loquēdo ḋ vrbanis hō, p logt ḋ opponali, vt cū aliqs vr se hēre ꝯtrio q̄ dicat, q̄ metaphora p ironiā dici pōt: ꝛ dic. [Sūt aūt ꝛ vrbana, ꝛ plīma p metaphorā ꝛ ex ꝑdeceptōe,]iquātū aliqs opponalr se hꝫ, qa ꝯtrio q̄ dicat. ꝛ h pacto se hndo, didicit aliqd. [Manifesti° .n. fit, qm̄ didicit penes id qḋ ē ꝯtrio se hēe.]Et q̄si assignās cāz dic. [Videturq aius dicē ita vere ē, ego vo]corde[errabā]erit igit metaphora vrbana moral, q̄ ꝯsistit i oppōne q̄dā, q̄tenus aliqs vr se hēe ꝯtrio q̄ dicat, cui° ex° nō posuit, exēm tn̄ illḋ eē pōt. Lup° nō comedit sꝫ vorat: ē. n. h metaphora dicta de vno hoie, qui nimis comedebat, talis ergo homo non comedebat, sed vorabat, vbi videt eē oppositio q̄daz. Preterea apud Terētiū odes dū bone vir. idest male serue, in qua videtur affirmare, ꝛ negat, ꝛ illa nūq galli baccum colunt, idest semper vinum amarunt vinosi hoies. Unde videt negare, ꝛ affirmat. Arist. igit appellauit hoc gen° p̄mū vrbanarū ꝑdeceptiuū, qm̄ p ironiā est, inquātū qs vr affirmare, ꝛ negat, vel ꝯtra.

¶ Apophthematum et vrbana sunt ex ipso dicere aliquid, quod nõ dicit. Ut illud Stesichori, qm̃ cicade iter scipsas a terra cãtabũt.

¶ Cum dixisset de vrbana metaphora ironica atq; preceptiua, nunc loquitur de metaphora vrbana lauatiua, vt ita dixerim, vel clãdestina, vt cũ q̃spiã ita latenter loquitur, q᷑ non videat̃ dicere, qd̃ dicit: ⁊ dicit. [Apophthematum etiam] .i. dictorum cõmodorũ [vrbana sunt ex ipso dicere aliquid, quod non dicit,] idest quod ita latẽter loquitur, quod non videatur dicere, quod dicit, vt illud Stesichori, quoniã οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ᾄσονται, idest [cicade inter ipsas a terra] subter [cantabunt:] hoc enim Stesichorus dixit pn̄cipibus ne subditis tyrãnici aliq̃d facerent, quia cicade .i. subditi inter seipsas a terra subtus cantabunt .idest murmurabũt, inquantum enim dicit a terra subtus, dicit eas non cantare, quia qui cantat, palam ⁊ in alto cantat, quo ṽo dicit cantabunt, dicit eas cantare. dicit itaq; latenter, qd̃ non videtur dicere.

¶ Et eadẽ de causa que pbant̃ enigmata, iucunda sunt, disciplinatio enim inest.

¶ Cũ dixisset de metaphora vrbana clãdestina, nunc de enigmatica: ⁊ dicit. [Et eadem de cã q̃ pbant̃ enigmata] cũ p metaphorã dicunt̃, [iucũda sunt: disciplinatio eniz inest.] hui⁹ exẽpla nõ posuit, sz exẽpla eẽ pñt, vt illa, sup modio ne sedeas .i. terrenis noli imorari ↄ̃teplatiõib⁹. ⁊ illa, ad solẽ ne mingas .i. palam turpia ne facias, ⁊ illa, ne comedas, q̃ nigrã caudã hñt .i. ne vitiis, q̃ ad malũ finẽ te ducũt: ⁊ alia innumera Pythagorica enigmata. Obscura ṽo est illa, mr̃ me genuit, eadẽ mox gignit̃ ex me. Hec enĩ metaphore addũt supra vrbana, allegoriã quãdã obscuram, ⁊ breuem .i. hac vtebat̃ Cecilius orator. Est eniz questio in ea obscura, que nisi aperiatur, cum difficultate intelligitur, vt illa de comedente exiuit cib⁹, ⁊ de amaro egressa est dulcedo: enigmata enim vt inquit Quintilianus nisi interp̃tentur, non intelliguntur.

¶ Dicitur etiam metaphora quod Theodorus quoq; dicit, cum noua dicunt̃: quod fit, cum p̃ter opinionez fuerit. Nec vt ille dicit, si ad priorem opinionem conferas.

¶ Cũ dixisset de metaphora vrbana clãdestina, nunc de inopinabili q̃si ex nouitate, ⁊ dic̃. [Di: ẽt metaphora, qd̃ Theodorus quoq; dic̃, cũ noua dicunt̃, qd̃ fit cum p̃ter opinionẽ fuerit.] ig̃ est vrbana metaphora moralis q̃rto mõ q̃ inopiabilis q̃si ex nouitate dr̃, qm̃ dic̃ noua inopinabilia, ⁊ si alias fuerint, [nec vt ille dic̃,] sũt, [si ad priorẽ opionẽ ↄ̃feras.] Nec ponit exẽpla, tñ exẽpla sunt, vt onis comedit lr̄pũ, ⁊ lep⁹ inasit canẽ, hec si ad p̃orẽ opinionẽ ↄ̃ferant̃, p̃ter opionẽ eẽ vñr. Hec itaq; metaphora addit supra vrbanã metaphorã, nouitatẽ quãdã inopinabilẽ, vt cũ noua p metaphorã dñr, q̃ p̃ter opionẽ iũt.

¶ Et vt que in ridiculis emittuntur, quod q̃dez valet. ⁊ sales, qui ex deprauata scriptura sunt: decipitur enĩ auditor ⁊ in metris, cũ nõ cõsequatur oratio, vt auditor putabat. Ibat autem sub pedibus vlcera. Hic eniz putabat calceos dicturum. Simul enim hoc dum dicitur, oportet aperiri.

¶ Dicturus de vrbanis moralib⁹, nunc de vrbanis facetiis, que innumere sunt, gratia tamẽ exempli duo genera tangit, alterum quod supra vrbanam addit ridiculosam ex deceptione verborum, que auditor credit vrbanũ eẽ dicturuz, ⁊ non dicit, ⁊ hic locus dicitur ab inexpectato alterum ex deprauatione literarum, vel syllabaruz, vel dictionum. Hec primo enumerat: ⁊ dicit. [Et vt que in ridiculis emittũtur,] que auditor credit vrbanũ esse dictũr, ⁊ non dicit qui locus dicitur ab inexpectato. [Qd̃ quidem valet] non parum ad facetam metaphorã: hoc est primum. Deinde addit scd̃m: ⁊ dicit. [Et sales] .s. ridiculary, [qui ex deprauata scriptura sunt,] est enim deprauare corrumpere, quod fit corruptione dictiõis, vel mutatione lr̃arum, vt illa habeo testem meracẽ, qui merũ mingit, loco huius habeo testem veracem, qui verũ dicit, ⁊ iste est mobilis .i. nobilis. Deinde ponit exẽpluz primi generis, ⁊ dicit. [Decipitur enim auditor ⁊ in metris, cum non consequatur oratio, vt auditor ipse putabat,] ⁊ ponit exempluz, ⁊ dicit [Ibat autem sub pedib⁹ vlcera] .s. habens, illud enim ibat sub pedibus, añq̃ adderentur alie ptes, credebat auditor eum esse dicturũ habens calceos, qm̃ sub pedibus calcei habent̃. Addit autem habens vlcera. decipit̃ eniz auditor, cum non cõsequatur oratio, vt auditor putabat, [hic enim] s. auditor [putabat calceos dicturuz,] ille ṽo dixit vlcera. Hec eniz (vt Arist. inquit) obscura adeo sunt, [vt apiri oporteat simul cum dicuntur,] ⁊ hic locus in aulicis nostris dicitur ab inexpectato.

¶ Que ṽo ex deprauata scriptura fiunt, non quo dicunt nomine, sed eo in quod vertũtur vt illud Theodori in Nicone citharedum, Thrattat te, dissimulat enĩ dicere Thrattat te, ⁊ decipit. Aliud eniz dicit. quocirca discẽti iucũdũ, quoniaz nisi subintellexerit Thracem esse, non videbitur vrbanum esse.

¶ Cum posuisset exempla eoruz, que decipiunt ex diminutione verboꝝ, loco, vz. sumpto ab inexpectato, nunc ponit exẽpla eoꝝ, que sunt vrbana ex deprauatiõe scripture: ⁊ dic̃. [Que ṽo ex deprauata scriptura fiũt] .s. metaphore vrbane, [nõ nõie quo dicũt] decipiũt. vel ridiculũ efficiũt, [sz eo] nõie decipiunt, [in quod vertuntur, vt illud Theodori in Niconẽ citharedũ] cuz dixit, [θρᾴττει σε,] Thrattat te, qd̃ est dicere turbat te, [⁊ decipit, aliud enim dicit] q̃z turbat te. Nam lz Thrattare, vt sumitur pro verbo in se, sonet turbare, tamẽ vt deducitur a Thratia, cuius ciues sunt deceptores, sonat, decipit te, veluti cuz dicit̃ de aliquo, qui se de nobilitate iactat, hic trasonizat, ppterea ↄcludit, [quo circa discẽti,] s. metaphora [vrbanuz] qd est, ⁊ facetũ, [qm̃ nisi subĩtellexerit Thracẽ eẽ,] cũ q thrattat Niconẽ, [nõ videbit̃ vrbanũ eẽ:] oz enĩ intelligi de Thrace, non de aliis, q̃a Thraces sunt deceptores. ceteri ṽo non sic, hoc pacto p Tiberio Claudio Nerone dictus est biberius Claudius mero.

¶ Et illud, vis ipsum perdere, oportet enim vt vtrũq; conuenienter dicatur.

¶ Nunc assignat scd̃m exemplũ cauillo, ⁊ loco sumpto a voce: ⁊ dicit. [Et illud,] βούλει αὐτὸν πέρσαι. [vis ipsũ pdere,] cauillus hic erit i voce: sonat enĩ [vis temetipsum pdere: opz enĩ vt vtrũq;] .s. tam exẽplum supius dictum, q̃z pñsens, [conuenienter] per subintellectum [dicatur,] si vrbana metaphora esse debeat, nã nisi hic subintelligatur, temet. non erit vrbana.

¶ Sic quoq; vrbana, vt dicere Atheniensibus archen maris non archen esse malorum. Iuuari nãq;, vel vt Isocrates, archen

ciuitati arcben esse malorum, vtrobiq; enim qd̄ non vtiq; putaret quis dici, hoc dicitur: estq; apertuz id verum esse. Etenim dicere arcben esse arcben, non est sapiēs. Sed si sic ait ꝛ non arcben, non enim qd̄ dixit, negat, s; aliter. Que omnia tunc ꝓbant̄, cū ꝑ equiuocatioñē vel metaphoram nomen affertur.

¶ Hic locus potest esse vrbanus moralis, ꝛ vrbanus facetus, Aristoteles assignat exemplum morale, ꝛ non facetum, est autem locus ab equiuoco cum bis equiuocamus in eodem verbo. vt cum dicimus mihi magis placet lena q̃ lena. Est enim lena vestis, ꝛ planuz volo amicum non planum. idest apertum non deceptorem. Aristoteles autem exemplum affert non facetum, ꝛ probat has vrbanas metaphoras, cum per equiuocationez nomen affertur, ꝛ quidem cōmode, si semper his, dico cōmode semper his, quia quanto breuius, ꝛ per oppositiones dicuntur, tanto magis probantur: dicit. [Sic quoq; vrbana]sunt, [vt dicere Athenieñsibus arcben maris nō arcben esse malorum,]quid vo per arcben primo ꝛ secundo modo dictum intelligat, postea dicetur, causam autem assignat, ꝛ dicit, [Iuuari nāq;]subaudi visi sunt in bonis, vbi per arcben maris intellexit principatū maris, nam apud grecos arche signat principium, ꝛ principatum. Cum vo dixit non arcben esse malorum, intellexit principium. Apud vo latinos non potuit dici, ideo grece transtuli. Adducit aliud exemplum: ꝛ dicit. [Uel vt Isocrates arcben ciuitati arcben esse malorum,]vbi eodem modo per arcben ciuitati intelligit principatum ciuitatis, per arcben vo malorum intelligit principiū malorum. [Utrobiq; enim quod non vtiq; putaret qs dici, hoc dicitur,]nam dicitur principatum maris vel ciuitatis, quod quis nō putabat dici, sed putabat dici de principio, [estq;] vtrūq; dictum [apertum id verum eē,]naz principatus maris Athenieñsibus non est principiū malorum, ꝛ principatus ciuitati principinz est malorū. [Etenim dicere arcben esse arcben non est sapiens] .i. vrbanum, q2 vnus quis id potest dicere. ꝛ intelligere: [sed]sapiens, ꝛ vrbanum est, si sic ait, ꝛ non arcben] .i. si dicat̄ arcben non esse arcben, hoc eni modo habet disciplinationis non nihil. [Nam non quod dixit, negat, sed aliter] accipit arcben cum dicit Athenieñsibus arcben maris non arcben esse malorum, arcben eniz primo loco p principatu accipit, arcben vo secūdo loco pro p̄ncipio intelligitur. addit. [que omnia tunc ꝓbantur, cum ꝑ equiuocationem, vel metaphoram nomen]bis per oppositionem [affertur.]

¶ Uelut tollerabilis nō tollerabilis, equiuocationem negauit. Sed conuenienter, si semper his. ꝛ non vtiq; fieres magis q̃ te oporter, peregrinus/peregrinus. Non magis q̃ te oportet, idem, ꝛ non oportet hospitē semper eē hospitem, hoc eni alienū ꝛ idem.

¶ Assignat scđm exemplum: ꝛ dicit. [Uelut tollerabilis non tollerabilis,]cum enim sic dicitur, [equiuocationē negauit,]idest negatio cecidit supra equiuoco, ꝛ non supra vniuoco. quoniam tollerabilis non tollerabilis. supple semper esse debes. [Sed conuenienter] fit hec metaphora [si semper his]per oppositionem fiat, vt verbi causa, [ꝛ non vtiq; fieres peregrinus] subaudi semper [peregrinus magis q̃ te oportet,]Deinde dat tertiū exemplum, ꝛ dicit. [Non magis q̃ te oportet idem]est sensus, subaudi si dicatur, [ꝛ non oportet hospitem semper esse hospitem: hoc enim alienum ꝛ idem] subaudi esse videtur, nam omnia per equiuocationem his idem dicunt. Primum enim exemplum verum est, quoniaz tollerabilis. idest patiens, non semper debet esse tollerabilis. idest patiens. Scđm quoq; verum est, quoniam nō semper peregrinus esse debet peregrinus. Tertium ēt, quia non semper hospes debet esse hospes, ꝛ tu considera, quoniam verba Arist. sunt mutilata, ꝛ difficillima: ꝛ ab Egidio nostro penitus ignota.

¶ Et illud quod fertur, Anaxandridis, bonū est mori prius q̃ dignum morte agere. Idē eniz est ac dicere, dignum enim est mori, qui non est dignus mori, aut dignum est mori, q non morte dignus est, aut qui non facit morte digna.

¶ Assignat exemplum Anaxandridis: ꝛ dicit. [Et illud, quod fertur, Anaxandridis, bonuz est mori prius q̃ dignum morte agere,]ꝛ interpretatur hoc Aristoteles, ꝛ dicit primo. [Idem enim est ac dicere, dignū enim est mori, qui non est dignus mori,]nam hic ex morte quasi reuiuiscitur. secūdo dicit, [aut dignum est mori, qui non morte dignus est,]idem sensus est. tertio dicit, [aut] dignum est mori, [qui non facit morte digna,]ꝛ idem est sensus, quoniam semper ex morte reuiuiscitur.

¶ Genus igitur dictionis in istis idem est, verum quanto breuius, ꝛ per oppositionez dicta sunt, tanto magis probātur. Cuius rei cā est, qm̄ maior disciplinatio faciliusq; ꝓpter oppositionem fit, ꝛ qm̄ paucis, ideo citius.

¶ Epilogat, ꝛ dicit. [Genus igitur dictionis in istis idez est,]nam omnes huiusmodi metaphore propter dictionem fiunt. [Uerum quanto breuius, ꝛ per oppositionē dicta sunt, tanto magis probantur,]ꝛ assignat causam: ꝛ dicit. [Cuius rei causa est, quoniam maior disciplinatio faciliusq; propter oppositionem fit, ꝛ quoniaz paucis] idest per breuiora [ideo citius,]disciplinatio fit. probātur ergo, quia ex eis maior, ꝛ facilior, ꝛ celerior disciplinatio fit: que si habuerint non nihil ridiculi, erunt metaphore vrbane facete, atq; aulice, de quibus, ꝛ de multis alijs diximus libro de re aulica.

¶ Oportet autem semper adesse aut ad quez dicuntur, aut recte dici, si quod dicitur, verū est, ꝛ non superficiale. Separantur eniz hec nonnūq̃ hoc pacto, mori oportet nihil peccantem. sed non est vrbanum. Dignuz oportet dignam vxorem dicere. Non autem est vrbanum. Sed si vtraq; simul habebit, hoc mō, dignū eni mori, cū non est dignū mori.

¶ Circa ea que dixit assignat quoddam documentū vtile: ꝛ dicit. [Oportet autem semper adesse aut]ad sensuz [ad quem dicuntur,]idest oportet semper esse propinqua sensui, ad quem dicuntur, ꝛ non remota, quoniam tunc metaphora esset obscura, [aut recte dici, si quod dicitur, verum est, ꝛ non superficiale.]idest aut oportet metaphorā accipi nō superficialr, ꝛ locut⁹ fuz sub distinctiōe, [qꝛ separant̄ h̄ nōnūq̃,]nā pōt metaphora eē superficialis, ꝛ nō vrbana, [h̄ mō mori opz nihil peccātem,]q̄ qd̄ superficiale est [s; nō vrbanū]fit [dignū opz dignam

vxorem

vxorē ducere, nō aūt est vrbanū, [q2 nō est oppō būs i/ tra se disciplinationē. [Sʒ si vtrāqʒ simul habebit] .s. ꝓ pingtatē ad sensuʒ, ad quē dī, ꝛ ꝓfunditateʒ nō sup̄ficia/ lē, quę disciplinationē hēat, [h mō, dignū eni mori, cuʒ nō est dignū mori,] nūc erit vrbanū. nā habebit ꝓpingta tē ad sensuʒ ad quē dī, ꝛ ꝓfunditatē in disciplinatiōe ꝓ/ pter oppōnē. Collige igit̄ metaphorā eē vrbanā, q̄ duo hʒ. ꝛ ꝓpingtatē ad sensuʒ, ad quē dī, ꝛ disciplinationē. si eni fuerit ꝓcul a sensu, ad quem dī, nō erit itelligibilis, si disciplinationē nō hēbit, erit sup̄ficialis, ꝛ nimis triuial.

¶ Quāto aūt plura ↄtinebit, tāto vrbani⁹ vī. Ut si ꝛ v̄ba metaphora sint, ꝛ metaphora ta lis, vt ꝛ oppōnē, ꝛ cōparē ꝛ efficatiā hēat.

¶ Assignat 2ᵐ documētū vtile, ꝛ dic̄. [Quāto aūt plura] eoꝝ, q̄ dixit, [ↄtinebit] metaphora, [tāto] qd [vrbanius vī:] ꝛ exponit ea, q̄ dixit: ꝛ dic̄. [Ut si ꝛ v̄ba metaphora sint] .i. ęquocatio sint, ꝛ h ē p̄mū eoꝝ, q̄ dixit. [Et meta phora tal, vt ꝛ oppōnē hēat,] h est 2ᵐ, [ꝛ cōparē,] h est 3ᵐ, [ꝛ energiā] h ē efficatiā, qd est eē añ oculos, ꝛ est 4ᵐ eoꝝ, quę dixit: quanto eni plura hoꝝ continet, tāto me taphora vrbanior erit, quę si aliqd ridiculi afferat, erit aulica. diximus de aulicis in libello de re aulica.

¶ Imagines quoqʒ, sicuti ēt in sup̄iorib⁹ dictū est, semꝑ laudabiles mō quodā metaphorę sūt. Aut eni ex duob⁹ dicunt̄, sicut q̄ ꝓportio nalis metaphora, vt dicim⁹ clype⁹ ē fiala mar tis. ꝛ arcus lyra isidis. Sic igit̄ cū dicimus, non simplex fit. Cū v̄o dicimus arcū lyraʒ, aut clypeum fialam, simplex.

¶ Dacten⁹ d̄ vrbana metaphora, nūc d̄ imagiaria: ꝛ dic̄. [Imagies q̄ʒ] .i. metaphorę imagiarię sic̄ ēt i sup̄iorib⁹ dcm̄ ē, semꝑ laudabiles mō q̄dā metaphorę sunt] Sūt mō q̄dā semꝑ laudabiles, q2 nō ita laudabiles, sic̄ vrba nę. Deīde exponit q̄les sūt, [aut eni] ex duob⁹ q̄si cōpo sitę [dicūt̄, sic̄ q̄] analogica .i. [ꝓportiōalis metaphora,] v̄bū [aut] nō disiūgit, sʒ affirmat. Assigṅt exē^m: ꝛ dic̄. [Ut dicim⁹ Clype⁹ ē fiala mart,] ꝛ sbaudi fiala ē clypeus ba chi, [ꝛ arc⁹ ē lyra isidis, sic igit̄ cū dicimus, nō simplex] metaphora [fit] qm̄ cōponit̄ ex duob⁹ terminis, [cū v̄o dicim⁹ arcū] eē [lyrā,] ꝛ nō addim⁹ isidē, [aut clypeum] eē [fialā,] ꝛ nō addim⁹ mart, aut fialā eē clypeū, ꝛ nō ad dim⁹ bachi, simplex dictio ē, ꝛ nō imaginaria metapho ra. Et sic additiōe scdi termini reddit̄ metaphora imagi naria. Cū eni dicim⁹ clypeū fialā eē mart, volum⁹ dicer̄, qm̄ ita se hʒ clype⁹ ad martē, sic̄ fiala ad bacū. Et cū di cim⁹ fialā eē clypeū bachi, volum⁹ dicere ita se hr̄e fialā ad bachū sicut clype⁹ ad martē. Semꝑ. n. additiōe illi⁹ alterius termini rep̄sentat̄ id, cuius est similitudo.

¶ Fingūt ēt imagies sic, vt simię pulsanti, aut lupo pūcto in asilū. Utraqʒ eni colligunt̄. ꝓ be v̄o dī, cū metaphora isit. Possum⁹ enim Clypeū fielę martis assimilare, ꝛ semiructā domū laceris famuli pānis, ꝛ dicere. Nice ratum Philoctetēʒ fuisse morsuʒ a pratyo. Sic eni assimilauit Thrasymachus videns Niceratum victum a pratyo in heroico car mine, sed comatum ꝛ squalidū adhuc.

¶ Assigṅt aliū modū metaphorę imagiarię videlicet addi tiōe pluriū: ꝛ dic̄. [Fingūt ēt imagies sic] .s. additiōe plu riū supra vnū, [vt] si assimilauerim⁹ tyrānū [simię pul sāti,] q̄ten⁹ dceptorie applaudit. Ecce q̄ mō fit metapho ra ꝑ duo, q2 ꝑ symiā, ꝛ fistulātē, [aut] si assimilauerim⁹ tyrānū [lupo pūcto i asilū,] qm̄ sic̄ lup⁹ pūct⁹ i asilū cru delr̄ mordet, sic tyrānus crudelr̄ cruciat in sua tyrānide. [Utraqʒ. n. colligūt̄] qm̄ vtraqʒ metaphora est cōposita ex plib⁹ vni additi. Addit [ꝓbe v̄o dī] .s. imago ipsa, [cū metaphora isit] ei. Nā tūc ē metaphora imagiaria. ꝛ q2 dixit duas rōnes imaginū, alterā additiōe vni⁹, alteraʒ additiōe pluriū, iō q̄si rōnē afferēs dic̄. [Possum⁹. n. cly peū fielę mart assilare] .i. ꝑ silitudinē dicē, ꝛ erit tūc ima go additiōe vni⁹. Deīde assigṅt exē^a imaginū q̄ fiūt addi tiōe pluriū, ꝛ dic̄. [Et semiructā domū laceris famuli pā nis, ꝛ dicē Niceratū] cogn̄mēto [philoctetē fuisse morsū a pratyo.] qd̄ q̄ mō itelligat̄, sbdit. ꝛ dic̄. [Sic. n. assilauit Thrasymach⁹, vidēs Niceratū victū a pratyo in hero ico carmie, sʒ comatū ꝛ sq̄lidū] .i. caluū [adhuc] .q.d. qui Nicerat⁹ adhuc comat⁹ ꝛ caluus, ꝛ sic nō dbebat vici sua senili ętate, q2 q̄ fuit vict⁹ i carmie heroico a pratyo, euʒ dixit eē morsū a pratyo ꝑ silitudinē ꝛ metaphoram. Et vtraqʒ h metaphora fit additiōe pluriū: vt ꝑspicuū ē.

¶ In qb⁹ maxie poetę errāt: cū non recte, ꝛ si recte, ꝓbent̄. Dico aūt, cū reassignant instar apij crispa crura gerit. sic̄ Philamō quoqʒ calcitrās cū Coryco, ꝛ sūt oīa hęc imagies: ꝛ q̄ imagies sint metaphorę, dictū est sępe.

¶ Nūc assigṅt q̄n in his imagib⁹ errāt poetę: ꝛ dic̄. [In q̄ bus] .s. imagib⁹ [maxie poetę errāt, cū nō recte] has ima gines accipiūt, [ꝛ si recte] .s. accipiūt, accipi dbēt adeo re cte, [vt ꝓbēt̄,] si. n. nō ꝓbēt̄, ēt si recte accipiāt̄, errāt poe tę. [Dico aūt] recte, ꝛ ꝓbatę vt ꝑ exē^m, [cū reassignāt in star apij, hic crispa crura gerit.] Erat. n. q̄dā, q̄ plagas ha bebat i crurib⁹, d̄ q̄ dcm̄ ē, crura crispa hr̄e. Deīde ponit authorē hui⁹ imagis: ꝛ dic̄. [Sic̄ Philamon quoqʒ calci trās cum coryco] dixit coryceʒ crura gerere crispa istar apij. Tūc epilogat: ꝛ dicit. [Et hęc oīa imagies sunt, ꝛ q̄ imagines sint metaphorę, dictum est sępe.

¶ Prouerbia quoqʒ metaphorę ex spē i spe ciem sunt. Ut siqs, vt boni aliqd ↄsequat̄, id adducat, vnde dānū allatuʒ sit, vt Carpathi⁹ inquit, leporem. Utrisqʒ enim quod dictum est, accidit. Sed vnde vrbana dicant̄, ꝛ cur, causa fere dicta est.

¶ Dacten⁹ d̄ imagiarijs metaphoris, nūc d̄ ꝓuerbialib⁹ q̄ parœmiacę dicūt̄, addit āt, vt sup̄i⁹ dixim⁹, ꝓuerbialis metaphora supra analogicā, cōeʒ vsuʒ, ꝓuerbia eni sēꝑ originē sumūt ex aliq̄, qd notabilr̄ dī, vl̄ notabilr̄ fit, iō dic̄. [Prouerbia q̄ʒ metaphorę sūt, cū ex spē i spēm] tra hūt̄: ꝛ assigṅt exē^m: ꝛ dic̄. [Ut si qs vt boni aliqd ↄseq̄t̄, id adducat, vn̄ dānū allatū sit, vt Carpathius inqt,] hūc di cūt [leporē, vtrisq;. n.] vʒ. tā hoi sic agēti, q̄ lepori, [acci dit qd dictū,] vt bonū ↄsequāt̄, malū. vʒ. lep⁹. n. vt dixi mus fugiēs vestigiarios canes, icidit i canes leporarios, ꝛ quandoqʒ in rhetia. Tūc epilogat: ꝛ dicit. [Sed vnde vrbana dicantur, ꝛ cur, causa fere dicta est,] etiam dictū est de imaginaria, ꝛ prouerbiali.

¶ Sūt āt ꝛ ꝓbatę metaphorę hyꝑbolę. vt in vlceribus plenū: putauit enim ipsum moris plenam fiscellam esse, nam vlcus rubeum q̄ dam est, imo valde rubeum.

¶ Nūc de metaphoris, quę sunt hyꝑbolę, q̄ vt sup̄i⁹ dixi mus, addūt ipsi analogicę metaphorę excessuʒ, vl̄ dimi

nutionem, nã duplex est, cũ enĩ3 dictio excedens ponit̃ augendi gratia, dicit̃ hypbolica additiua, cũ vo ponit̃ diminuẽdi causa, diminutiua est. additiua qdẽ est, vt su-perius diximus, velut cũ dicit̃, niue candidior, luce cla-rius, carbone nigrior, diminutiua aũt, velut cũ dr̃, ⁊ vix ossibus herẽt, vel tardior testudine, dicit.[Sũt autẽ ⁊ p-batę metaphorę hypbolę, vt]p exẽplu3[in]quẽdã3[vi-ceribus plenã,]aliud, qui illũ deridebat,[putauit enim ipm̃ moris plenas fiscellas esse,]dixit enĩ3 ego putaui te fiscellã moris plenã eẽ,[nã vi: eris rubeũ qdã3 est, imo valde rubeũ]sĩlẽ moro nõdũ maturo: g rubens est.

¶ Cum vo dicit̃ hoc sicut hoc atq3 hoc, hy-perbola est modo quodã dicendi differens, vt Phylamon coryco pugnat. Putauit au-te3 ip̃3 Philamone3 qui coryco pugnat, ve-luti apium crispa crura gerere. Putauit aũt non crura, sed apium habere sic crispa.

¶ Sed qm̃ est q̃dã hyperbola imaginaria additiõe vbi ficat, aut alterius hõ, ostẽdit hãc nõ eẽ simplr̃ hypbolã, sed mõ quodã3 dicendi differẽtẽ3: ⁊ dicit.[Cũ vo di]p hyperbolam silitudinariã[hoc]est[ficat hoc, atq3 hoc, hypbola est mõ quodã dicendi differẽs,]⁊ non simplr̃ hypbola, sed additione signi significãtis silitudine3, qd̃ ostẽdit exemplo posito ea comędia, quę incipit. Phila-mon coryco pugnat, ⁊ hoc dicit.[vt].s. ea comędia q̃ inci pit.[Philamon coryco pugnat,]pspicuu3 subaudi est, deinde ponit vba illius comędię quę faciũt ad suũ ppo situm in quo cũ seruus loqueretur Arist. dicit.[Putauit autẽ]subaudi seruus ille qui introducit̃ ibi loqui.[ipm Philamonẽ, qui coryco pugnat, veluti ap iu3 crispa cru ra gerere,]⁊ exponẽs hoc Arist. dicit.[Putauit autẽ]s. 3 seruus ille Philamone3[non veluti crura, sed] putauit per metaphorã silitudinaria3 veluti[apiu3 sic]crura ha bere[crispa.]hęc igit̃ est silitudinaria hypbola, nõ sim-pliciter, sed additione modi dicendi. Nõ qdem Phila-monis ad crura apij, sed ad ipsum apiũ, quod crispa cru ra habet. ergo est aliquo modo hyperbola.

¶ Sunt insuper hyperbolę pueriles, q vehe mẽtiã significent: qb⁹ irati maxie loquunt̃.

Nõ mihi si õderit, quot pbẽdit arena cinisq3.

Nec mea natarum quęuis fiet vxor atridę,

Auricomę veneri non si contendere forma

Equare ⁊ glauces possit simul acta minerue.

Vtuntur aũt hoc mõ maxime Attici orato-res, sed seni sic dicere indecorum est.

¶ Vltimo assignat qõda3 genus hypbolarũ ⁊ dic.[Sũt insuper hypbolę pueriles, q vehemẽtiã signẽt,]apud pueros atq3 iuuenes assueta ⁊ ppria,[qb⁹ irati maxie lo-quũtur,]⁊ assignat exẽm ex Homero iliad. 9° sic dic.

οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε

⁊ infra κούρην δ' οὐ γαμέω ἀγαμέμνονος ἀτρείδαο

οὐδ' εἰ χρυσείη ἀφροδίτη κάλλος ἐρίζει

ἔργα δ' ἀθηναίη γλαυκώπιδι ἰσοφαρίζοι. idest.

Non mihi si dederit, quot pbendit arena cinisq3

Nec mea natarum quęuis fiet vxor atridę

Auricomę veneri non si contendere forma

Æquare ⁊ glauce possit simul acta mineruę.

Quasi dicat, nec si mihi tot daret, quot arena ⁊ puluis, ⁊ infra, Atridę vo Agamemnonis filia3 nõ ducam, etiã si aurea cum venere de pulchritudine certaret. Oẽs enim hę sunt hyperbulę pueriles, qm̃ omnia nimia sunt iuue-nilia. Deide assignat eos, qui his vtũtur: ⁊ dicit.[Vtunt̃ aute3 hoc mõ]hypbolarũ[maxime Attici oratores, s3 seni sic dicere indecorũ est,]qm̃ seni nihil est nimis: vt scdo huius dictum est. Juuenibus aũt ⁊ pueris oia sunt nimis, corrũpũt eni Chilonis dictũ ne qd nimis.

¶ Op3 autẽ non ignorare alia3 vnicuiq3 ge-neri dictione3 cõgruere. Nõ eni3 eadẽ est hi-storica, ⁊ certatiua, nec deliberatiua, ⁊ iudi-cialis. Vtrũq3 eni necesse est scire. Alterum quidẽ vt latine dicere scias. Alterũ vo ne cũ alijs significare velis, tacere cogaris, qd̃ pa-tiuntur, qui scribere nesciunt. De diuersis generibus dicẽdi.

¶ Triplex, vt pmo libro diximus, est genus dicẽdi. Alte ru3 demonstratiuũ, cui pcipue cõuenit dictio historica, q̃ gręce γραφικη dicit̃, q pleruq3 scriptis ea, qui pñtes sunt, ⁊ posterioritati tradat̃. Hęc eni dictio, qa parũ, aut nihil simulati hz, historica est, dico paru3, aut nihil, qm̃ non eẽt rhetorica, nisi aliqd simulati, ac verisimilis ha-beret, sed qa simulati paru3 hz, veri autẽ ac rei multum, ideo hęc dictio, quę generi demõstratiuo cõgruit, histo rica dicta est. Est insup graphica idest scripturalis, quia cęteroꝝ generu3 oĩo nulla tradit̃ posteris pter demon-stratiuã, ideo oĩo, qua dicimus in illo genere, p excellẽ-tiam dicit̃ graphica. i. scripturalis. Nam posteris p scri-pta narramus, ⁊ hanc ob rẽ hanc dictionẽ, quę accõmo-dat̃ demõstratiuo generi, p excellẽtia3 vocãt historia3. Est eni historia rerũ gestaꝝ demonstratio. pterea in hi-storia actionibus, nõ opus est, in re historia dicta est, q magis ad veritatẽ itẽdat q̃3 ad simulationẽ. Dictio igit̃ historica potissimũ generi demonstratiuo congruit, ⁊ si alijs saltem p accidens cõstruere possit. Alia est dictio, quę gręce ἀγωνιστικη dicit̃, latine certatiua, quę cõgruit generi iudiciali, ⁊ deliberatiuo, ⁊ hęc l3 possit scripto, ⁊ voce tradi, pprie opus est vt voce tradat̃, ⁊ actionib⁹ ⁊ pnũciatiõe pferat̃. Est eni hęc dictio agonistica, quoniã vniuersa aut p maiore eius pte in simulatis actionibus cõsistit, vt Quintilianus ingt in 6° lib°. sine eni simulatis actionibus genus hoc dicẽdi frigidu3, ac stolidum est, ⁊ qm̃ actionib⁹ vtũtur, qui in agone pugnãt, ideo hoc di-cẽdi genus ab vsu actionũ agonisticũ est dictũ. Ampli⁹ hoc dicẽdi genus: vt Quintilianus ingt, in 6° p maiore parte cõstat, aut intẽtiõe, aut depulsiõe, ideo tã in gene-re iudiciali, q̃3 deliberatiuo asperrima dimicatio est, nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Est igit̃ duplex dictio, altera historica, quę historia dicit̃, ⁊ hęc cõtinet̃ inter orõnes: quę sunt in genere demõstratiuo. Et pptea cõgruit generi demõstratiuo, altera agonistica, quę con gruit generi deliberatiuo, ⁊ iudiciali, in qb⁹ maxima fit dimicatio. Prima dictio, qa inuẽta est, vt oratio demõ-stratiua scriptis tradat̃ posteris, graphica dr̃, qa vo 2ª dictio facta est ad victoriã causę. Ideo agonistica, ⁊ ma-gna voce fit, dicit.[Op3 aũt non ignorare aliã vnicuiq3 generi]. s. dicendi[dictionẽ cõstruere: nõ eni eadem]di-ctio[est historica, ⁊ certatiua.]na3 historica congruit ge-neri demõstratiuo,[nec dliberatiua, ⁊ iudicialis]nã his congruit certatiua dictio. Erit igit̃ duplex dictio, certa-tiua, ⁊ congruit generibus iudiciali, ⁊ deliberatiuo, ⁊ hi-storica, ⁊ cõgruit generi demõstratiuo. Reddit cãm, ⁊ di-cit.[Vtrũq3 eni necesse est scire]. i. vtrãq3 dictionẽ[alte-rum]. i. alterã dictionẽ[quidẽ,]quę dicit̃ agonistica,[vt latine dicere scias:]⁊ voce, ⁊ actionib⁹ pnũtiare.[Alte-ru3 vo]. i. alterã vo dictionẽ, quę dicit̃ historica,[ne cũ alijs]. s. pñtibus ⁊ posteris[significare velis, tacere co-garis,]

garis,]q̄ð patiūtur, [qui scribere nesciunt,]igitur opus est exponere vtrāq; dictionem.

Est autē dictio historica, quę maxime ꝓpria est, certatiua ꝟo, quę maxime simulata, cuius duo genera sunt, nam alterum moratū est, alterū affectū. Quapp ⁊ histriões hmōi opera ꝓsequunt̄. Poetę ꝟo hos ⁊ tales.

Cum diuisisset dictionē in historicā, quę conuenit generi demōstratiuo, ⁊ in certatiuā, quę congruit cęteris generibus, nunc assignat dr̄ias, ⁊ primā ex parte accidētium: ⁊ dicit. [Est autē dictio historica,] quę vno verbo dici potest historia, [quę maxime ꝓpria est,]q̄. vz. nullam habeat simulationē. [certatiua ꝟo, quę maxime simulata,]hęc est prima dr̄ia, deinde certatiuam subdiuidens dicit, [cuius duo genera sunt, naz alterum moratū est,]q̄z verbis, ⁊ gestibus, ⁊ motibꝰ orator, qui certat in genere iudiciali, vel deliberatiuo, simulat se moratū eē, vt fidē faciat auditoribus, [alterū affectū,] q̄ñ verbis, gestibus, atq; motibus orator, qui dicit in hmōi generibus, mouet auditores ad affectus. tunc ꝯcludit, [quapp ⁊ histriones,]qui gręce dicūtur hipocritę, [huiusmodi opere ꝓsequunt̄].s. vt simulēt se moratos, ⁊ vt afficiāt, [poetę ꝟo] ꝓsequunt̄ .i. imitantur [hos ⁊ tales] hipocritas. nec solū poetę, sed oratores, vt persuadeant in certaminibus, etiam imitantur hipocritas.

Lectores aūt, qui inducunt̄, vt chęremon, est enim exquisitus, vt historicus. ⁊ lycymnius dithyrambicis.

Nunc exponit authores harū dictionum: ⁊ dicit. [Lectores aūt, qui inducunt̄]celebres in expositis dictionibus, sunt multi, sed vnus est, [vt chęremon. est eniz]chęremon [exquisitus vt historicus. ⁊ lycymnius ex dithyrambicis, qui sequuntur histrionica. ⁊ ita lycymnius est exquisitus histrio.

Cūq; conferūtur, qui quidē historici sunt, in certaminibus angusti vident̄. Qui ꝟo ex oratoribus leguntur, in terris incultis agrestes sunt. Causa aūt, q̄ñ certamini ꝯgruunt.

agrestes ἰδιῶται idiote

Cum assignat secundā differentiā inter historicā ⁊ certatiuā ex parte eoꝝ, qui dicunt, ⁊ dicit. [Cūq; conferuntur]historici ⁊ agonistę, atq; cōparant̄, [qui quidem historici sunt, in certaminibus angusti vident̄.]hoc ē male dexteri. [Qui ꝟo ex oratoribus legunt̄, in terris incultis].s. colendis, hoc est in scribendis historijs [agrestes sunt,]⁊ rudes. [causa autez q̄ñ]oratores [certamini congruunt,]⁊ in certaminibus sunt exercitati. historici ꝯtra in scribendis historijs, illoꝝ enim vis potius in simulationibus, horum ꝟo in historia, ⁊ scriptis consistit.

Quapropter simulata hęc, cum remota simulatione/suum opus non fecerint, stolida videntur veluti articuli.

Antē q̄ ponat tertiā differentiam, cōcludit. [Quapropter simulata hęc, cum remota simulatione / suū opus nō fecerint, stolida vidētur, veluti articuli,]q̄ cū ponātur sine verbo, ⁊ sine cōiunctione, stolidi vident̄, ⁊ temere dicti. Articuli habētur, cū singula clausulę verba interuallis distinguunt̄, vt Cicero libᵒ 4ᵒ ad herē. inquit, vt veni, offendi, supplicaui, ⁊ vt ego, ego, ego, ⁊ dicūtur articuli quasi particulę mēbri, vt plenius visus est. ꝑpea dicit, [simulata hęc, cū remota simulatione suum opus non fecerint stolida vident̄, veluti articuli.]vident̄ stolidi [inquantū vident̄ temere dicti sine verbo, atq; sine coniunctione, ac si verba essent a casu proiecta.

Et sępe idem dicere in historia recte reprobatur, In agonistica ꝟo oratores quoq; vtūtur. Simulat eniz verū cum idē dicitur, necessarium est cōmutare: q̄ð quidē quasi viā facit in simulationem.

agonistica ἐν δὲ ἀγω νιστικῶ ἀγωνιστικῶ

Nunc assignat tertiā dr̄iaz ex parte eoꝝ quę dicunt̄, ⁊ dicit. [Et sępe idē dicere in historia, recte reprobat̄. In agonistica ꝟo oratores quoq; vtunt̄, simulat eniz]agonistica ipsa ars verbis, actionibus, ⁊ vultu. addit tamē, [verū cum idē dr̄].s. in agonistica, [necessariū est cōmutare].s. ⁊ per verba, ⁊ per rectā pronūtiationē. nam hęc cōmutatio magnā vim pręhet actioni, ac simulationi. ⁊ hoc dicit, [q̄ð quidē permutare quasi viā facit ad simulationē,]q̄z ad simulandum multum valet, parat enim cōmutatio illa ad hipocrisim. hoc est ad simulationem, quę consistit in actione.

Hoc modo is est qui vestra furatus est, is est qui vos decepit, is est qui deniq; vos ꝑdere conatus est, q̄ð Philemon histrio faciebat in anaxandridę gerontomania, quandocūq; introducuntur Rhadamanthus, ⁊ Palamedes, ⁊ in ꝓlogo Euseboꝝ ipz ego.

τὸ ἐγώ ego

Cum dixisset cōmutationē facere viaz in hipocrisim, nūc assignat exēplū, ⁊ considerandū articulos hr̄i cum singula verba clausulę (vt diximus) interuallis distinguūt̄, vt illa Ciceronis, veni, offendi, supplicaui, ⁊ ego, ego, ego. Et dicūtur articuli quasi ꝑticulę mēbri. Ea ꝟo quę sępius hic dicunt̄ ab Aristo. appellant̄ breuia, q̄ñ sunt breuia membra clausulę, ⁊ de his inq̄t, opz cōmutare, vt fiat via in hipocrisim [hoc mō, is est, qui vestra furatus est, is est, qui vos decepit, is est, qui deniq; vos ꝑdere conatus est.]deinde ponit authores huius exēpli, ⁊ dicit, [q̄ð Philemon histrio faciebat [gerontomania anaxandridę, q̄ñcūq; introducunt̄ Rhadamantꝰ ⁊ Palamedes.]Interp̄tat̄ autez gerontomania senilis furia. deinde assignat exēplū articuloꝝ, ⁊ dicit, [⁊ in prologo Euseboꝝ,]dicit̄ hoc pacto [ipsum ego,] ego, ego, interp̄tant̄ ꝟo Eusebꝫ, pia. vult igitur Aristo. articulos ⁊ breuia in historia reprobari, in altercatiua desiderari, quę vt inquit cum sine actionibus gestibusq; ipsis fuerint, ⁊ stolidiora vident̄, ⁊ suum officium non reddunt.

Naz si quis hęc non recte pronuntiauerit, fit qui trabem portat.

trabē portās δοκὸν φέρων

Cūz dixisset tam in cōmutatione articuloꝝ, q̄ in breuium narratione opus esse actione, ita vt nec vnuz, nec eodem modo, nec eadem vocis figura dicant̄, assignat cām, ⁊ dicit, [nā si q̄s hęc nō recte ꝓnūciauerit,] ꝓnunciando, verba, ⁊ actiones cōmutādo, videbit̄ nimis grauis [fit]quę ac ille, [qui trabem]collo [portat.]

Et articulos similiter veni, offendi, supplicaui, opus est enim simulatione nec, vt vnuz dicere, nec eodē modo, ⁊ eadem vocis figura dicere. Habēt insuper articuli cum dissoluti fuerint, non nihil proprij. In eodē enim tēpore multa vidētur dici. cum enim coniūctio multa faciat vnum, patet ecōtrario, q̄ñ vnum erit multa, si tollat̄. hꝫ igit̄ amplifica-

tionem, veni, disserui, supplicaui multa, sed despicere videt̃ que dixi, que probaui.

Cum dixisset breuia stolida esse, si qs ea non recte pronuntiauerit, de articulis idez affert: ⁊ dicit. Et articulos similit̃, si quis subaudi non recte pnũtiauerit, opz existimare stolidos, ⁊ affert exẽpluz articulo⁊, ⁊ dicit, veni, offendi, supplicaui, opus enim est simulatione, nec opus est hec vt vnũ dicere, nec eodẽ modo, nec opus est hec ⁊ eadẽ vocis figura dicere. ¶ Quo ad verba attinet, articuli ab Arist. dicunt̃ ασυνδετα, hoc est abiuncta, vel dissoluta, qm̃ nulla cõiunctionis vi sunt coniuncti. Di igit̃ stolidi videbunt̃ nisi actione pnũtient̃. deinde assignat quoddã ppriũ articulis, ⁊ dicit, habet insuper articuli, cũ dissoluti fuerint, nõ nihil ppriũ, ⁊ exponit quomõ ⁊ dicit, In eodẽ enim tpe multa vider̃ dici, cuius rõnez affert, ⁊ dicit, cũ enim cõiunctio multa faciat subaudi videri vnũ, patet ecõtrario, qm̃ vnuz erit multa .i. qm̃ vnum videbit̃ multa, si tollat̃, coniunctio, quare sicut cõiunctio multa facit videri vnũ, sic dissolutio, atq; abiunctio vnũ diuersimode pnũtiatuz facit videri plura. igit̃ ad ostentationẽ abiuncte, atq; dissolute pnũtianda sunt. ex his cõcludit, hz igit̃ amplificationẽ hoc pacto dicẽdo, veni, disserui, supplicaui multa, simil̃r hz amplificationẽ sic dicendo sed despicere vi, que dixi, que probaui. naz idẽ de aliquo multotiens dictũ, videtur multa esse dicta. Ad ostẽtationẽ igit̃ idez varijs modis pronuntiatum de eodem videtur non parum ad amplificationem facere.

Hoc vult facere ⁊ Homerus ibi, Nireus aũt ab esime, Nireus Aglee filius, Nireus qui pulcherrimus vir. de quo eniz multa dicunt̃, necesse est ẽt multotiens dici. Quare si ⁊ multotiens, multa quoq; videntur. amplificauit igitur semel eius recordatus propter deceptionem, mentionemq; fecit, cum ⁊ in enumeratione postremo eius meminerit.

Ostendit Homeruz visum esse hoc loco: ⁊ dicit. Hoc vult facere ⁊ Homerus ibi, νιρευς δ'αυ συμηθεν, νιρευς αγλαιης υιὸς νιρευς ὃς καλλιστος ανηρ, idest Nireus autez ab esime .s. venit, Nireus aglee filius, Nireus q pulcherrimus vir. deinde probat huiusmõi modum dicẽdi facere ad amplificationẽ, ⁊ dicit, de q̃ eniz multa dicunt̃, necesse est idem multotiens dici, quare si ⁊ multotiens, idez dicat̃, multa quoq; vider̃. ppea concludit amplificauit igitur .s. Homerus, semel eius .s. Nirei recordatus pp deceptionẽ. cũ enim sepe nominet̃, apparenter videt̃ Homerus multa de Nireo dicere. mentionẽq; fecit de Nireo, cũ ⁊ in enumeratione eius .s. Nirei meminerit, nunq̃ tñ fecit nouã rationẽ de eo, qz s̃m veritatẽ vnũ solũ dixerat, sed pp modũ loquẽdi multa dicere videt̃. quare hec dicẽdi forma facit non parũ ad amplificationẽ. Ex ijs, que Aristo. dixit ps primo omnẽ dictionẽ historicaz, que vno verbo historia dicet̃, attinere ad genus demõstratiuũ, non tñ omnis dictio, que attinet ad genus demõstratiuuz, est historia. multe eniz in genere demõstratiuo sunt orõnes, q̃ historie non sunt, silr oĩs oratio agonistica, attinet ad genus iudiciale, vel deliberatiuũ, non aũt econtrario. verũ vero dictio historica possit attinere aliquo pacto ad gen⁹ iudiciale, ⁊ ecõuerso, posterius dicet̃. ps scdo dĩa inter historicã dictionem, ⁊ agonisticã, differunt enim ex parte actionum, ⁊ ex parte vsus breuium, ⁊ articulorum.

Deliberatiua igit̃ dictio adumbrationi picture oĩno quoq; similis est. nam quãto maior populus fuerit, tãto longius spectat. quapropter que exquisita sunt, supuacanea magis, peioraq; in vtrisq; vider̃. Iudicialis autẽ exquisitior, multoq; magis, si apud vnuz iudicẽ. Minimuz nãq; idest in rhetoricis. Et qd̃ rei proprium est conspicabile magis est q̃ qd̃ alienũ. Insuper etiam rixa abest. quare iudicium purum est.

De differentia dictionum essentialis.

In vtrisq; i. iudicio ⁊ deliberatione.

Qm̃ triplex est dictio, deliberatiua, demõstratiua, ⁊ iudicialis, ideo cõparando has inter se, earũ diuersas assignat primam, ⁊ dicit, quasi ex dictis inferẽdo. Deliberatiua igitur dictio deumbrationi picture oĩno quoq; similis est, hoc est rudis, ⁊ supficialis, non corpori atq; rei, sed similis vmbre ⁊ picture. deinde probat hoc rõne, ⁊ dicit, nam quãto maior populus fuerit, tanto longius .s. veritatẽ a rei pfunditate spectat. cũ multitudo ignaua ⁊ rudis pro maiori parte semp inueniat̃. ppea cõcludit, quapp que exquisita sunt, supuacanea magis, peioraq; in vtrisq; .s. in deliberatione, ⁊ iudicio vident̃. Secũdo dicit, iudicialis aũt exquisitior, subaudi est q̃ deliberatiua. multoq; magis, si apud vnũ iudicẽ iudicium tractet̃. ⁊ hoc probat pluribus rõnibus, quarũ primam affert, ⁊ dicit, minimũ nãq; .i. in rhetoricis, hoc est iudex vnus est minimus in rhetoricis, modo facilius est inuenire vnũ peritũ iudicem, q̃ plures. deinde adducit secundã rationẽ, ⁊ dicit, ⁊ qd̃ rei nostre proprium est, idest ⁊ qd̃ attinet ad rem nostrã, conspicabile magis ẽ q̃ qd̃ est alienũ. idest q̃ id, qd̃ attinet ad cõmunem populũ. mõ iudiciũ est de pprio, deliberatio vero de cõmuni. Deliberatio eñi potissimũ versari videt̃ circa publica bona. Iudiciũ aũt respicit ppriũ bonuz, quatenus duo ciues versant̃ sub tertio iudice. ⁊ cõe bonũ reputat̃ alienum respectu pprij. Inde est q̃ iudicialis sit exquisitior deliberatiua. tertiã rõnez affert, ⁊ dicit, Insuper etiam rixa abest. semper enim q̃ pponunt̃ vni iudici, carent tumultu, ⁊ rixa. que vero populo pponuntur, sunt tumultuaria, ⁊ sic apud eum, que pponunt̃, non debẽt esse exquisita. ideo ɔcludit, quare iudiciũ, qd̃ vni iudici submitti t̃, purum est, ⁊ nõ tumultuariũ, sed exquisitum. ⁊ ppterea iudicialia exquisitiora eẽ debẽt deliberatiuis.

¶ Assignat 2m locum in deliberatiuis, miscendo simul consimilem locum in iudicialibus, qui est sextus in ordine aliorum, & dicit. [Insuper exempla quidem maxime deliberatiuis accõmodantur, enthymemata vero magis iudicialibus,] & assignat rationem [nam cum illa] .s. deliberatiua [quidem de futuro sint, iccirco a pręteritis per exempla de ipsis necesse est dicere,] sunt enim pterita similia futuris, cum omnia circulo redeant. ideo eris accipere possumus argumentum ad futura. [Hęc vero] .s. iudicialia [de iam factis, aut non factis sunt,] quę [demõstrationem:] scilicet per enthymemata [iccirco habent, quoniam & necessitatem habent, nam omne, quod factũ est; necessitatem habet,] & sic ad iudicialia argumentandum est per enthymemata necessaria. ¶ Quo vero ad verba attinet, Aristoteles dixit exempla deliberatiuis maxime esse accõmodabilia, enthymemata vero maxime iudicialibus, vt significaret in omni dicendi genere nos vti posse indifferenter exemplis, & enthymematibus, verum in deliberatiuis potissimum vtimur exemplis, in iudicialibus vero maxime enthymematibus, & quoniam fabulę sunt exempla simulata, ideo in deliberatiuis etiam fabulis potissimum vtimur, & apologis. Sententię vero reducuntur ad enthymemata, ideo in iudicialibus potissimum vtimur prouerbijs, & sententijs. Sic igitur in omnibus hęc omnia accõmodari possunt, aliquibus magis, aliquibus minus, vt ars demonstrat, & vt arbitrio oratoris subiacet. In demonstratiuis autem loco horũ vtimur amplificatione vel extenuatione, raro autem probationibus: supponũtur enim res gestę, & non probantur, nisi cum incredibiles fuerint, vel causam quis habuerit. Sed loco probationũ amplificamus, vel extenuamus eas. Moratis vero, & affectis orationibus, licet in omnibus vti possimus, tamen potissimũ in iudicijs & deliberationibus vtimur. vnde & contionatores, qui vulgo prędicatores dicuntur, his maxime vtuntur. In demõstratiuis vero affectę orationes non conueniunt, sed moratę multum valent. Hęc de vsu persuasionum.

De vsu persuasionum.

¶ Non oportet autem enthymemata continue dicere, sed alijs permiscere, ne sibiinuicem officiant.

¶ Assignat 3m locum in iudicialibus, qui est 7us in ordine ceterorum: & dicit. [Non oportet autem enthymemata continue dicere, sed alijs] .s. persuasionibus miscere, vt nunc moratis, nunc affectis, nunc sententijs, nunc prouerbijs [permiscere, ne sibiinuicem officiant,] generãdo in aio audientiũ fastidiũ: hoc enim pacto miscẽdo, placebũt.

¶ Est etiam pfecto quantitatis terminus quidam, vt Homerus quoq ostendit. Amice qm tot dixisti, quot sapiens vir attulisset, tot inquit non eiusmodi.

¶ Assignat 4m locum, qui est octauus ad cetera: & dicit. [Est etiam profecto quantitatis,] idest numeri enthymematum [terminus quidã, vt Homerus quoq ostẽdit,] cum inquit [Amice quoniam tot dixisti] .s. enthymemata, [quot sapiens vir attulisset,] subaudi nõ plura dicas, respondit ille vir, [tot inquit, non] tamẽ [eiusmodi] scilicet efficacissima, & sic significauit se numerum dicere finitũ, licet honesti causa dixerit illa nõ esse efficacia. ergo numerus non debet ad imensum proficisci.

¶ Nec enthymematibus cuncta tibi probanda sunt, ne tibi necesse sit ex ignotioribus notiora probare, quod philosophantium nonnullis accidit.

¶ Assignat 5m locum, qui nonus est ad alia vt in iudicialibus non omnia velis per enthymema pbare, qm sic accidet, vt pma pncipia p enthymemata pbent. & cũ nihil pmis pncipijs notius sit, fiet pbatio p ignotiora, vel eque nota, & vtrũq est reprobatũ: dicit. [Nec enthymemata oibus cũcta tibi pbãda sunt] .s. in iudicijs, [ne tibi necesse sit ex ignotioribus notiora pbare, qd phantium nõnullis accidit,] q dixerũt oia eẽ pbãda demrõne, adeo vt i demõstrationibus pced it circulũ. Sz qdam sunt supponẽda, vt nota cõiter oibus, qdam vt nota ex legibus, qdam ex confessione aduersarij, quędam alijs modis.

¶ Et cum affectū feceris, ne dicas enthymema, ne affectū trudat, aut frustra dicat̃. Trudūt eni seinuicē motus, q simul sunt, vel q̄m se exterminant, vel remittunt.

¶ Assignat 6um locū, q est ad cetera 10us, & dicit. [Et cū affectū feceris] ita vt in aīo auditorū iam genitus sit, [ne dicas enthymema, ne affectū] s. genitū iam in aīo auditoris [trudat, aut frustra dicat̃,] habemus eniz ꝯsensum auditoris satis p affectū, igit̃ frustra dicet̃ enthymema. Qđ autē enthymema trudat affectū, pbat & dicit. [Trudunt eni seinuicē motus] scz [q simul sunt,] vt enthymema, qđ est rōnis motus, & affectus, qui est motus sensualis appetitus, q sunt 2ꝫ. Dico se trudere, [vel q̄m se extermināt] oīno alter alterū penitus trudēdo, [vel] sel [remittunt,] & sic se expellūt aliquo mō. q̄re cū affectum feceris, non pcedas ad enthymema, per quę dedit intelligere affectam oīonem esse inducēdā post enthymema.

¶ Nec cū moratā oīonem efficere volueris, enthymema simul q̄ras. Naz demr̃atio nec morem, neq3 electionem habet.

¶ Assignat 11um locū in morata oīone: & dicit. [Nec cum moratā oīonem efficere volueris,] vel quā de nobis dicim9, vel de aduersario, [enthymema simul q̄ras, nā demōstratio] i. enthymema [nec morē, neq3 electionē h3] & sic frustra miscetur cū morata oratione, etiam posset impedire vim moratę orationis.

¶ Sentētūs v̄o taz in narratione, q̄ in psuasione vtēdū est, moratā eni oīonez efficiunt hoc pacto, cōmisi illi, q̄uis scirem oib9 credēdum nō esse. Affectā v̄o hūc in modum, nec etiā si vexatus iniuria su3, me penitet, cū illi lucrū, mihi aūt ius acquisitum sit.

¶ Assignat 12um locum in sentētijs: & dicit. [Sentētijs v̄o tā in narratione] i. in ea parte, in qua narratio fit, [q̄ in persuasiōe] i. in ea pte, in qua psuasio agitur, [vtendum est,] q̄m moratam, & affectā oīonez faciūt, moratā q̄dē oīonem efficiūt hoc pacto cōmisi illi] s. pecuniā meam, [q̄uis scirem oibus credēdū nō eē,] in hac oīone morata sentētia est, nō oibus est credēdū. [affectā v̄o] oīonē efficiunt sentētię [hūc in modū, nec etiā si vexatus iniuria sum, me pęnitet] pecuniaz illi cōmisisse, [cum illi lucrum, mihi autez ius acqsitum sit.] in qua oratione pma pars est affecta, secūda v̄o sententia morata.

¶ Cōtionari aūt difficilius q̄ in iudicio contēdere nō ab rōne est. Illud eni futuroꝝ, hoc autē pteritoꝝ est, quę vaticinātibus etiaz (vt Epimenides cretēsis inq̄t) certiora sunt. Is eniz diuinationē futuroꝝ respuebat, pteritoruz v̄o, quę occulta erant, amplexabatur.

¶ Assignat 13um locū, qui est de cōparatiōe iudicij, & cōtionis: & dicit. [Cōtionari autē difficilius q̄ in iudicio contēdere non ab rōne est,] cuius rōnem pmaz affert: & dic. [Illud eni] s. cōtionari [futuroꝝ est, hoc autē] s. cōtēdere in iudicio, [pteritoꝝ est, quę] sui facilitate [vaticinantibus etiā (vt Epimenides cretēsis inq̄t) certiora sunt,] q̄bus non sunt nota futura. Addit autem id, qđ Epimenides putabat de diuinationibus: & dicit. [Is eni vaticinationē futuroꝝ] p nimia difficultate [respuebat, pteritoꝝ v̄o quę occulta erant] pręnimia facilitate [amplexabatur,] cū eni occulta essent, ea vt futura pdicebat, p quę patet iudicium facilius esse, q̄ sit contio.

¶ Deinde quia cuz leges iudicialibus supponantur, principium afferunt, vnde inueniendi facultas pręhetur.

¶ Cum assignasset pmam rōnē, affert scđam: & dicit. [Deinde q̄a cuz leges iudicialibus supponant̃,] scz vt principia enthymematū, [pncipiuz] s. facile nobis [afferūt, vnde inueniendi facultas pbeatur.] Qui eniz pncipium habet, facile poterit demōstrationē inuenire, at cum cōtionator nullum habeat pncipiū, difficilius agit.

¶ Pręterea non multa h3 diuersoria, vtputa in aduersariū, aut de seipso, aut in auditorez afficiendum, qđ minime adhibendū est, nisi digrediat̃, idq3 per dubitationē faciendū. vt Athenienses oratores factitant, & Isocrates. Eteni i ꝯsulēdo accusat, vt Lacedęmonios in panegyrico, & Charetā in symmachico.

¶ Nūc assignat 3am rōnem: & dicit. [Pręterea] contionator [non multa h3 diuersoria] veluti h3 orator, qui dicit in iudicio, qui in multa diuertere se pōt, [vtputa in diuersoriū] s. clam de eo obloquēdo, [aut de seipso] moratā oīonem faciendo, [aut in auditorē afficiendu3, qđ minime adhibēdū est] a ꝯtionatore, [nisi digrediatur,] nullū eni hoꝝ facit cōtionator, nisi digrediēdo, & cū digredit̃, [id faciēdū est p dubitationem] nō absolute loquēdo, sed dubitādo cū quadā modestia, forēses autem id faciūt apertius, & cū q̄dam temeritate. [vt Athenienses oratores factitāt, & Isocrates: eteni] Isocrates [in cōsulēdo accusat, vt Lacedęmonios in panegyrico] de sollēnitatibus, [& Charetā in symmachico] i. in oīone sociali. Quia igit̃ dicēs in iudicio multa h3 diuersoria, ideo facilius dicere pōt, q̄m cum nō h3 q̄d dicat in vno, pōt dicere in alio, at contionator, cum nullū habeat diuersorium, ideo cum cadit a syllaba, cadit a toto.

¶ In demōstrationibus aūt exterioꝝ laudibus amplior efficiēda oratio est, qđ Isocrates facit aliquez extra semp adducēs. Id v̄o est qđ Gorgias dicere solitus erat, q videt nūq3 sibi deesse oīonez. Nā si de Achille dicendū est inq̄t, pelea laudabo. Deinde ęacū, postremo Iouez, eodēq3 mō si fortitudinē, aut q̄m hęc, atq3 hęc facit, qđ tale q̄d est, aut quoniam talis quędam est.

¶ Assignat 14um locū in demōstrationib9: & dicit. [In demōstrationibus aūt exterioꝝ laudib9 amplior efficiēda oratio est,] per laudes eni exterioꝝ laudabiliū ampliorem oīonē facimus, q̄a ex laudibus eius, q laudat̃, & ex laudibus eoꝝ, q extra inducunt̃, oīo lōge maior est. Deinde assignat authores huius loci, & dicit. [Qđ Isocrates facit aliquē extra semp inducēs,] quē laudet. Deinde declarat hoc idē dixisse Gorgiam: & dicit. [Id v̄o est, qđ Gorgias dicere solitus erat, q] s. in demonstratiuis [videt nūq3 sibi deesse oīonem, nam si de Achille dicendū est inq̄t, pelea laudabo. deinde ęacuz, postremo Iouē, eodēq3 mō si fortitudinē] s. laudabo, dicaz [aut quoniā hęc, aut hęc facit] s. pacē, seruat iustitiā, defendit patriā, [qđ tale quid est] ꝓprium fortitudini, [aut q̄m talis q̄dam est] s. similis vrsationi, vel magnanimitati, q̄ sunt extra adducta, & sic de fortitudine oīo fiet amplior.

¶ Cum igitur demōstrationes habueris, erit

sibi

tibi, & morate, & demonstratiue dicēdū. Cū uero enthymemata non succurrunt, tūc morata tibi erit oro, quę res iccirco bonum virum magis decet, q malit ipse probus videri q̃ vt eius demōstratio exquisitior sit.

¶ Assignat 15m locum in iudicialibus, & dicit. [Cū igit demonstrationes] i. enthymemata [habueris, erit tibi & morate, & demōstratiue] s. p enthymemata [dicēdū,] vnusq enī habz, vt dicat moraliter, non autē vnusqsq hz, vt dicat enthymematice nec intelligas simul, sz suo loco, & tēpore, vbi cōuenit, sed qa nō oēs hñt enthymemata, ppterea subdit. [Cum uero enthymemata non succurrunt, tunc morata tibi erit oratio,] deinde addit cōparationem quandam: & dicit. [Quę res.] scilicet morate dicere [iccirco bonum virum magis decet, q malit ipse probus videri, q̃ vt eius demōstratio exquisitior sit.] nam sic ei magis fides adhibetur, ac maiorem facit persuasionem.

¶ Ex enthymematibus uero, quę redarguunt magis pbant, q̃ quę ostēdunt. Cū eni ɔtraria ex collatione magis dilucescant, iccirco q̃ redarguunt, acrius inferunt.

¶ Assignat 16m locum ex consideratione argumētoꝝ: & dicit. [Ex enthymematibus uero, quę redarguūt] i. ex cōcessis ab aduersarijs ducūt ad oppositū eius, qd aduersarius sustinet, [magis pbant q̃ quę ostendunt,] efficacioraqz sunt: nihil enim pollentius in argumēto eē pōt, q̃ habere intentum ex ɔcessis ab aduersarijs, vt in elēchis satis exposuimus. Ostensiua enim quę non ex concessis procedant, lz bona sint, instantiā tamē habere facile possunt. Deinde reddit rationē, & dicit. [Cum enim ɔtraria ex collatione] iustaqz posita [magis dilucescāt, iccirco quę redarguunt] s. enthymemata, cum pcedant ex concessis & concludāt oppositū eius, quod datū est, [acrius,] ac efficacius, & dilucidius [inferunt.]

¶ Quę autē ad aduersarium, non altera aliq̃ spēs est, sed persuasionum alię quidē instātia, alię uero syllogismo soluendę sunt.

¶ Assignat 17m locū, & potest itelligi duplr, vno modo vt doceat soluere loca, & argumēta aduersarij, vt interpretatus est Georgius, cū puenerimus ad ea, & lege sic, [quę uero] i. s. argumēta & loca attinēt [ad aduersariū, nō altera aliq̃ spēs] ptis est, in qua solui debent, qm solui debent in ea orōnis pte, in qua fides fit. [sz psuasionū] i. s. aduersarij illius, [alię qdē instātia] obijciēdo, [alię uero syllo] argumētando [soluēdę sunt,] vel sic, vt doceat soluere aduersariū, & dicit. [Quę uero ad aduersarium] attinent soluere, cum soluit. argumentando [non altera aliqua species] argumētoꝝ [est,] quibus soluat, a spē argumentoꝝ aduersarij, [sed psuasionū] p nos iductaꝝ [alię] ab aduersario [soluēdę sunt instātia, alię syllo,] & semper per enthymemata, quę redarguūt. Et hoc intelligas, cū soluit argumentando. nam cum soluit distinguēdo nō opus est vti enthymematibus, quę redarguunt.

¶ Opz autē in deliberatiōe & iudicio incho- *De refutatione.* antem qdē dicere eas, quę suipsius psuasiones sunt prius. Posterius aūt ad ɔria obuiando, atqz cōtēdendo soluere. Et si valde fu- *valde fusa* sa, fuerit oppō, prius cōtraria. Quemadmodum fecit Callistratus in meseniaca cōtione, qui primo quę dicere aduersarij possent, confutatis, sua deinde posuit.

[Greek marginal note] multiplex aria.

¶ Nunc de refutatione, est autem refutatio, vim argumentoꝝ, vel calūniarum: quas aduersarius adduxit coram auditoribus, vel iudicibus, vel inducere potuisset, non ita esse ostēdere, vel redarguere, quā Cicero, & alij confutationez appellant, hanc Georgius partē fidei fecit, cum ipsam cum fide in eodem capite collocauerit, alij qui Ciceronem, & Quintilianuz sequūtur, principalem orationis partem constituunt, lz non in oībus orationibus necessariam. Non enīz in demonstratiuis pe necessaria est, cum genus demōstratiuū non soleat hēre aduersariuz. Tunc Arist. assignat loca, & primo euz, qui accipitur ab ordine in refutatione: & dicit. [Opz autem in deliberatiōe, & iudicio inchoātē qdē dicere eas, q̃ sui ipsius psuasiones sunt prius, posterius aūt ad ɔtraria] aduersarij [obuiando, atqz cōtendendo, soluere,] ac refutare, sed qd per inchoātem intelligit, in iudicijs dixi mus per inchoātē Arist. intelligere defensorem, & p euz qui posterius dicit, accusatorē, qō quo mō hęc esse possint, ibi q̃rendum, tamē nunc mihi nō videtur alienum Arist. per inchoātez intelligere in iudicio qdē accusatorē, in ɔsilio uero dissuasorem, q in deliberatiuo gñe accusatoris vice fungitur. & per eum, qui posterius dicit, intelligit defensorem in iudicio, in consilio autem, suasorem, & cum dicit. [Posterius autem ad cōtraria obuiādo,] intelligit non contraria, quę aduersarius attulit, cū ea nōdum dixerit, sed quę afferre posset. Nec est difficile bono, ac callido oratori suspicari quid defensor, vel suasor dicere posset, scit enim qd ipse diceret, si ptes aduersarij mererē. Deinde refutādo tacitam obiectionē dicit. [Et si valde fusa fuerit oppō,] atqz multiplex, & varia, nō quaz aduersarius dixit, sed quā dicere potuisset, accusator in iudicio, & dissuasor in ɔsilio [prius] illa [cōtraria] refutet, ac diluat. Et assignat authorem: & dicit. [Quēadmodū fecit Callistratus i meseniaca cōtiōe, q primo quę dicere aduersarij possent, cōfutatis,] cū eēnt multiplicia, & varia, [sua deīde posuit.] Ubi tamē q̃ dicere aduersarij possent, essent pauca, & facilia, eaz impedimento dicenti nō sint, accusator, & dissuasor prius sua ponat, deinde illa soluat, cum soluta fere videantur ex suis, quę posuit.

¶ Si autem posterius dices, primo ad cōtrariam orōnem est tibi dicēdū soluēdo, atqz ɔ argumētando. & maxime si persuasisset. *persuasissent [Greek] cōplacuerint pbata essent.*

¶ Nunc assignat 2m locū etiā ab ordine, & dicit. [Si aūt posterius dices] i. s. vt defendēs in iudicio, vel suasor in ɔsilio, [pmo ad ɔriā orōnez,] quā aduersarius accusans, vel dissuasor attulit. [est tibi dicendū soluēdo, atqz ɔ argumētādo, & maxie si psuasisset,] nec sic tollendo ipedimēta parabis tibi facilē viā psuadēdi, deīde tua ponas.

¶ Nam quemadmoduz infamem hoiez animus nō amittit, sic orationem quoqz contendit, si quod dixit, aduersarius pbetur. Opz itaqz locū in auditore ipo parare futurę orationi, qd efficies, si intaremeris.

¶ Probat locum per quodam simile: & dicit. [Nā quēadmodum infamem hominem animus non amittit,] ppę sua malitia, quę animo repugnat, non tamen corpori, corpus enim amittit prauitatem, [sic animus] auditoris [orationem quoqz contendit] euz, [si quod dixit aduersarius probet] ab animo auditoris. ergo oportet cū

refutare, vt pares tibi viaʒ, ⁊ ideo dicit. [Oportet itaqꝫ locum in auditore ipso] sue [future orationi parare, qd efficies, si interemeris,] ac refutaueris contraria, que ad uersarius attulit.

¶ Quare aut ad omnia, aut ad firmissima, aut ad ea, que psuadebant, aut saltem ad ea, q facile redarguibilia sunt, oppugnandũ. Sic eniʒ que sua sunt, credibilia faciet. Dijs primum ꝓpugnator ero, nam ego Junonẽ. In his enim quod modestissimum erat, tetigit. Hactenus de fide.

¶ Ex hijs, que dixit, concludit locum, ⁊ dicit. [Quare aut ad omnia, aut ad firmissima, aut ad ea, que psuadebãt] iudicib⁹, [aut saltẽ ad ea, que facile redarguibilia sunt, oppugnandũ, sic eni que sua sunt] defendẽs ipse [credibilia faciet,] vt subaudi illud poete [dijs] .i. ꝓ dijs [primum propugnator ero, nam ego Junonẽ] subaudi defendaʒ, [in his eni qd modestissimũ erat, tetigit,] p que dedit intelligere ea, que aduersarius dixerat, esse aduersus deos, ⁊ in modestissima. ⁊ sic relinquũ ut cõfutãda. Superius aũt dixit has refutatiões, que fiũt a defendẽte antequã sua ponat, se tenere cũ exordio, q̃a isinuata lentiõe, defendẽs in exordio refutare dꝫ, postea venire ad narrationẽ, si non ꝓcesserit, ⁊ sua ponere. Uel vt Quintilianus sentit, in exordio defendens non debet dissoluere, sed promittere suo loco facturum, vt per talem ꝓmissionem trahamus iudicem ad nos.

De morata oratione.

¶ Ad morem autẽ, qm̃ que de seipso q̃spiaʒ dicere hꝫ, aut inuidiã, aut ꝓlixitatẽ, aut obiectionẽ. Que ꝟo de alio, aut ꝯtumeliam, aut agrestitatem, aliũ opꝫ dicẽtem introducere: qd Isocrates in Philippo ⁊ in Antidosi fecit. Et vt Archilocus vituperat, cũ patrem de filia fingat in iambo dicere. Pecuniario ꝟo nulla insꝑata est, nulla abiurata. Et Cheronem fabrũ in iambo, cuius principiũ non mihi Sigeo. Et vt Sophocles Emonem pro Antigone aduersus patrem, vt alij dicere videantur.

¶ Redit ad orationem moratam, in qua aliquis aut seipsum laudat, aut alium vituperat, ⁊ ponit vnũ locum, ⁊ dicit [Ad morem autem] .i. ad moratam orationẽ re deundo, dicamus ⁊ legantur verba suspensiue, vsqꝫ ibi, [alium oportet,] hoc pacto, [quoniaʒ que de seipso] .s. in laudem [quispiaʒ dicere habet, aut inuidiã] subaudi [prouocant, aut ꝓlixitatẽ] orationis efficiũt, [aut obiectionem] subaudi patiũtur, [que ꝟo de alio] .s. aduersario in vituꝑationẽ, aliqs dicere hꝫ, [aut ꝯtumeliã, aut agrestitatẽ] subaudi īducũt. Tũc terminãdo suspẽsionẽ dic. [Alium opꝫ dicenteʒ, introducere,] sicut Plato fecit, q introduxit in Timeo alium laudes dicentem de Atheniensi hospite: erat autẽ ipse Atheniensis hospes. Deinde assignat authores hui⁹ loci: ⁊ dicit. [qd Isocrates in Philippo, ⁊ in antidosi fecit, ⁊ vt Archilocus] vituꝑat introducẽs alium vituperãtem, [cuʒ patrem de filia fingat in iambo dicere,] his ꝟbis, [pecuniario ꝟo] viro, ac pecuniarie mulieri, [nulla insperata, nulla abiurata] res est, quã nõ faceret. Mortales eni ꝓ pecũijs oia facere creduntur. [et] idẽ Archiloc⁹ [Cheronẽ fabrũ in iãbo] introducit dicẽtẽ h mõ, [cui⁹ pncipiũ nõ mihi Sigeo,] est. [⁊ vt Sophocles] introducit [Emonẽ ꝓ Antigone] filia [aduersus patrem] dicere, [vt alij dicere videant.] Est igit locus, vt cum volumus nosipsos laudare, ⁊ aduersarium vituꝑare, introducamus alios hec dicere. sic clam laus, ⁊ vituperatio habebuntur.

¶ Opꝫ autẽ mutare enthymemata, ⁊ facere interdũ sentẽtias. Hoc pacto, opꝫ eos, qui intellectu vigent, atqꝫ felices fuerint, recõciliationes facere. Sic eniʒ vtiqꝫ maxime abundabũt, enthymematice ꝟo, nam si opꝫ, cum maxime vtiles, fuerint, ac maxime lucrose reconciliationes, tũc reconciliari, felices oportet reconciliari.

¶ Redit nũc ad sñias, ⁊ enthymemata, ⁊ assignat locum de mutatiõe mutua enthymematis, ⁊ sñie: ⁊ dicit. [Opꝫ aũt mutare enthymemata, ⁊] ex eis [facere interdũ sentẽtias,] itẽ opꝫ mutare sentẽtias in enthymemata, ⁊ ex sentẽtijs facere enthymemata. Exẽpluʒ affert de enthymemate ꝟso in sñiam, ⁊ dicit. [Hoc pacto, opꝫ eos, qui intellectu vigent, atqꝫ felices fuerint, recõciliationes] eorum, qui inimici erant, [facere. sic enim] in sua felicitate [maxime abundabũt,] hoc pacto enthymema ꝟsuʒ est in sententiam. [Enthymematice ꝟo] sñia sic fit, [nam si oportet, cum maxime vtiles fuerint, ac maxime lucrose reconciliationes fuerint, tunc reconciliari,] ergo [felices opꝫ reconciliari] cum inimicis. Ecce hec est sñia versa in enthymema. Quo ꝟo modo enthymema in sententiaʒ, ⁊ sentẽtia in enthymema verti possit, libro 2° satis exposuimus. Hec de sententijs.

De locis occasiõe interrogãdi / siue de interrogandi arte.

¶ De interrogatione aũt, opportunũ est fieri maxime qdem cũ alterũ sit dictuʒ, vt vno cointerrogato, accidat absurdũ, velut Pericles de ritu salutis sacroꝝ Lamponẽ interrogauit, cum autẽ dixisset non esse possibile eum, qui non initiatus est, audire, interrogauit, si ipse sciret respõdere, cumqꝫ annueret, quomõ quoqꝫ cũ non initiatus scis.

¶ Nũc de locis in occasiõe interrogãdi, est aũt occasio (vt inqt Festus) opportunitas q̃dam temporis, que casu prouenit. Cicero libro rhetoricoꝝ occasio est pars temporis habens in se alicuius rei idoneaʒ faciendi, aut nõ faciendi opportunitatem. igitur occasio interrogãdi opportunitas temporis est, quo idonee accusans potest interrogare defendentem, vtpote quia defendẽs casu aliqua concessit, ex quibus cum interrogatione potest accusans euʒ capere. Hec ꝟo interrogandi occasio, lꝫ non fiat in orõne: (fit eni cũ litigãtes strictis gladijs certãt) tamẽ ps cõfirmatiõis est. Ideo Aristo. de ea agit, solent etiam iudices in criminalibus causis hꝰ interrogatoria facere, quoniã tunc fungũtur officio accusatoris. De hꝫ interrogationibus fusius agit Arist. libro topicoruʒ 8°. nunc ꝟo assignat nõnulla loca, quorum primũ affert: ⁊ dicit. [De interrogatione aũt,] nunc differendum loca, quoꝝ primus est, [opportunũ est] interrogationẽ [fieri maxime quidem, cuʒ] a defendente [alteruʒ sit dictũ] .s. tale, [vt vno cointerrogato] .s. cũ illo dicto, [accidat absurdum] hoc est aliquid quod volumus habere contra ipsum defendentem. ⁊ assignat exemplum: ⁊ dicit. [Uelut Pericles de ritu salutis sacroꝝ Lamponeʒ interrogauit] hoc subaudi pacto [an non imbutus,] nec initiatus sacris debeas sacra audire. [Cum auteʒ dixisset nõ

esse possibile eum, qui non initiatus est, [nec imbutus sacris, sacra] audire [nunc vltra] interrogauit] Pericles [si ipse sciret respondere: [scilicet ad sacra, [cumque annueret] se scire respondere, Pericles ex hoc dicto reducendo ipsum ad absurdum: dixit. [quomodo quoque] subaudi scis respondere ad sacra, [cum initiatus non sis.] Non enim potes scire respondere, nisi audias sacra, et sic poteris audire sacra, quod est oppositum eius, quod dixit Lampon.

¶ Deinde cum aliud quidem manifestum fuerit, aliud autem interroganti pateat, quoniam dabit, querentem alteram propositionem non eam interrogare oportet, que nota est, sed conclusionem dicere.

¶ Assignat 2m locum, qui talis est, cum propositionum, ex quibus syllogismus futurus est, alia manifesta sit, aliam scimus aduersarios esse daturos, tunc pretermissa ea propositione, que manifesta est, interrogare debemus alteram, quam aduersarios scimus esse daturos, cuius consensu sumpto, conclusionem debemus inferre: dicit. [Deinde cum] propositionum, ex quibus syllogismus futurus est, [aliud quidem manifestum fuerit.] idest alia quidem per se manifesta fuerit, [aliud autem] idest alia autem [interroganti pateat, quoniam] s. aduersarius [dabit, querentem alteram propositionem] earum, ex quibus syllogismus futurus est, [non eam interrogare oportet, que nota est,] sed eam, quam scimus aduersarios esse daturos, et tunc illius consensu sumpto, non aliud facere debemus] sed conclusionem dicere] ex illa manifesta, et ex concessa interrogata.

¶ Veluti Socrates, cum Meletus non assereret deos se putare, dixit, si demones aliquid diceret: Concesso autem, interrogauit, si sint ne demones aut deorum filii, aut diuinum quippiam: Cumque annuisset, est igitur inquit, qui deorum quidem filios opinetur esse, deos autem nequaquam.

¶ Nunc assignat exemplum: et dicit. [Veluti Socrates, cum Meletus non assereret deos se putare, dixit] interrogando [si demones aliquid diceret: concesso autem,] vlterius interrogauit, si sint ne demones aut deorum filii, aut diuinum quippiam:] Hec est propositio, quam Socrates sciebat Meletum concessurum. [Cumque] Meletus [annuisset,] diceretque demones filios esse deorum, concludit Socrates, [Est igitur inquit, qui deorum quidem filios opinetur esse,] hec est propositio interrogata concessa, [deos autem nequaquam,] propositio vero manifesta est hec, si filii sunt, pater est, sed demones sunt, qui sunt dei filii, vt patet per interrogatam concessam. igitur deus est.

¶ Preterea cum vel contraria, vel preter opinionem dicere demonstraturi sumus.

¶ Assignat 3m locum, et dicit. [Preterea] optima subaudi occasio interrogandi est, [cum demonstraturi sumus] aduersarium [dicere vel contraria] hoc est impossibilia, [vel] aliquid [preter opinionem] sapientum, vtrumque enim facit ad intentum nostrum.

¶ Quarto cum non possit soluere, nisi cauillatorio modo respondeat. Nam si sic respondebit esse quodam modo, et quodam modo non esse, aut hec quidem sic, illa vero non, aut interdum sic, interdum vero non, turbantur dubitantes.

¶ Assignat 4m locum: et dicit. [Quarto] subaudi erit optima occasio interrogandi, [cum] aduersarius [non possit soluere, nisi cauillatorio modo respondeat,] sunt enim multi qui omnibus argumentis volunt vnam solutionem tribuere, respondent enim ad omnia argumenta per hanc distinctionem, quod sit quidem vt sic, et non sit, vt sic, dicit modo Aristoteles, [nam si sic respondebit esse quodam modo, et quodam modo non esse, aut hec quidem sic, illa vero non, aut interdum sic, interdum vero non,] si non exposuerit quonam modo sic, et quonam modo non, iudices, ac auditores [dubitantes] de talibus sophisticis, et obscuris responsionibus [turbantur,] quod multum facit ad rem nostram.

¶ Nec aliter conandum est, nam si instabit, vinci videtur. Neque etiam poterit propter auditoris imbecillitatem de multis interrogare. Quapropter enthymemata quoque ipsa quam maxime conuoluere oportet.

¶ Sed dices, cum defendens responderit sic sophistice, vt auditor turbetur, vtrum accusans debeat vlterius conari contra defendentem: dicit. [Nec aliter conandum est] subaudi contra defendentem, nam si accusans ipse vlterius [instabit,] defendens [vinci videtur,] modo non debet vinci, sed iudicium victorie iudici relinqui. Sic enim iudex sentit se bono tatum. Est etiam alia causa, quare non est vlterius conandum, quam affert, et dicit. [Neque etiam poterit] scilicet vlterius [de multis] aliis [interrogare] accusans ipse. [propter auditoris imbecillitatem,] et ingenii ebetudinem. [quapropter] inquit Arist. [enthymemata quoque ipsa conuoluere oportet] in sententiis, et prouerbia. Nam hec idonea sunt rudibus mentibus. Hec de locis interrogandi.

¶ In respondendo autem, si ambigua sunt, non statim soluere, sed prius ratione distinguere oportet. Sin vero contraria videntur, statim pro responsione inferenda solutio est, antequam consequenter aliud interroget, aut syllogizet. Nec enim difficile est in quo ratio sit prospicere. Ceterum ex topicis, tam hoc, quam solutiones nobis patebunt. De arte respondendi.

¶ Nunc dat artem respondendi, et assignat primum locum traditum 2o elenchorum, qui valet antequam accusans iterat: et dicit. [In respondendo autem, si ambigua sunt,] atque multiplicia, [non statim soluere] s. interimendo vel concedendo [sed prius ratione distinguere oportet, sin vero videntur contraria,] idest falsa, vel impossibilia, vel preter opinionem, [statim pro responsione inferenda solutio est,] aut interimendo, aut concedendo [antequam consequenter] opponens [aliud interroget aut] aliud [syllogizet,] ne illa derelinquantur in discussa. Addit. [Nec enim difficile est, in quo ratio sit.] scilicet peccans, an in materia, an in figura [prospicere,] deinde remittit nos ad topica: et dicit. [Ceterum ex topicis tam hoc] i. tam hic locus nunc tactus [quam solutiones,] et alia loca soluendi [patebunt].

¶ Insuper etiam si postquam conclusionem concluserit, interrogationem fecerit, causa dicenda est.

¶ Hic est secundus locus, qui valet postquam accusans conclusionem intulit: vnde dicit. [Insuper etiam, si postquam]

accusans] conclusionē concluserit,]defendens casu aliquo de conclusione[interrogatione fecerit,]ab eo[causa]quare interrogat,[dicēda est,]⁊ in dicenda causa dꝫ assignare defectus oēs, quos pōt de argumēto. Nam lꝫ melius fecisset si defectus ipsos ante illationē assignasset, non tñ debet eos pretermittere, etiā si facta sit illatio, quia lꝫ non faciat hic locus ad rationem artis, tamē facit ad iudicem captandum.

¶ Ut Sophocles a Pisandro iterrogatus, si sibi quoqꝫ vt ceteris consiliarijs visum est quadrigentos viros constituere. Respondit, an hec improba esse tibi non videbātur? ait igitur tu hec egisti. Mala vtiqꝫ ait: non enim erant alia meliora.

¶ Assignat exempla, quorum primū affert: ⁊ dicit.[Ut Sophocles a Pisandro interrogatus, si sibi quoqꝫ, vt ceteris consiliarijs visum est quadrigentos viros cōstituere? Respōdit]subaudi visum esse, rursus Pisander interrogauit, Sophocles an hec improba tibi eē nō videbanť?]videbātur respondit Sophocles, [ait] rursus Pisander, [igiť tu hec egisti,]egi respōdit, tūc[ait] Pisander[mala vtiqꝫ]subaudi egisti. egi respōdit Sophocles, nec ab rōne, [non eni erant alia meliora,]⁊ sic concessit conclusionem per interrogationē dicēdo mala se egisse, tamen assignauit causā se ea fecisse, quia nō erant alia meliora.

¶ Et vt Lacedemonius quidam censure rationem reddens interrogatus, si iure sibi ceteri perisse viderentur, annuit. Hic vo, non ne tu igitur eadem istis censuisti? At ille annuit. ergo iure vtiqꝫ inquit, ⁊ tu peribis. minime respōdit. Nā illi corrupti pecunia hec iudicarunt. Ego vo nequaqꝫ, sed snia.

¶ Assignat 2m exemplum: ⁊ dicit.[Et vt Lacedemoni9 quidam censure,]quā de morte quorūdā attulerat, [rationē reddēs, iterrogatus si iure sibi ceteri, pisse viderētur,]ceteri. s. iudices, q de morte quorūdā aliorū psilem sniā attulerūt? [Annuit] Lacedemoni9, [hic vo]. s. interrogator, [nōne tu eadē istis]iudicib9, q ad mortē alios cēsuerūt [cēsuisti, At ille]. s. Lacedemoni9[annuit, ergo iure vtiqꝫ ingt ⁊ tu pibis,]qm iudices illi pp sniā, quam attulerūt de morte illorū, periere, tu igiť pibis, q ō morte silē sniā attulisti. [minime rñdit,]cōcessit itaqꝫ cōclusionē, ⁊ negat sibi mortē debere pati, ⁊ da cām dicens, [nā illi corrupti pecunia hec iudicarūt, ego vo nequaqꝫ, sed snia] non pecunia corruptus iudicaui.

¶ Quapropter nec post conclusionē interrogare oportet, neqꝫ conclusionem ipsā interrogare, nisi multum veritatis cōtineat.

¶ Ex his assignat quādam cautelam pro opponēte, q accusat: ⁊ dicit.[Quapp nec]aduersariū, qui accusat, [post conclusionem]factam aliquid aliud[interrogare oportet, neqꝫ oportet ipsam conclusionem interrogare, nisi] conclusio ipsa illata[multum veritatis cōtineat,]adeo vt nec ob interrogationem possit deleri, sed vt iure consulti asserunt, post cōclusionem nemo loquatur.

¶ Quoniam vo ridiculorū quoqꝫ vsus in certaminibus est, oportereqꝫ Gorgias recte dicebat, aduersariorū seria risu peruertere, risum vo serijs, explanatumqꝫ sit in ijs, que

De ridiculis ⁊ scurrilib9.

de re poetica dicta sunt, quot ridiculorū genera sint, quorum alia liberis congruūt, alia non, inde que rei cōuenient orator assumet.

¶ Nūc de ridiculis non agit, sed se excusat, ⁊ mittit nos ad poeticam, vbi de eis agit. sunt aūt vba textus suspensiue legēda, vsqꝫ ibi[inde que rei,]vnde dicit.[Qm vo ridiculorū quoqꝫ vsus]in[certaminib9] forēsib9 vtilis [est, oportereqꝫ Gorgias recte dicebat aduersariorū seria risu peruertere, risum vo serijs,]nam contraria mutuo se fugāt, [explanatūqꝫ sit in ijs, que de re poetica dicta sunt, quot ridiculorū genera sint, quorū alia liberis cōgruūt,]vtputa q̄ sunt cū turpitudie nō turpi, [alia nō] vtputa q̄ sunt cū turpitudie turpi, vt diximus in lib° de re aulica, tūc terminādo suspensionē inquit.[Inde q̄]ridicula[rei cōueniēt orator assumēt,]que vo rei nō conuenient, pretermittet. Conueniūt eni ridicula, que sunt cum turpitudine nō turpi, que sunt cū turpitudie turpi, non cōueniunt. De risu dictorum aduersarij dicit multa Quintil. li° 5°. titu. de restitutione, nos quoqꝫ de risu ⁊ ridiculis copiose scripsim9 li° de re aulica ad Phaustinā.

¶ Est autem illusio scurrilitate libero magis idonea, nam qui illa vtitur, sui, scurra vo alterius gratia loquitur.

¶ Illusio, que grece ειρωνεια dr̄, est cum figura aliqd per contrariū dr̄, exēplū afer didio Gallo, qui pūintias ambitiosissime petierat, mox ea ipetrata, q̄rebať quasi coactus eēt, age ingt, aliqd, ⁊ p repub. elabora. Hec ironia est, illusiū eni illuc est, q magistratū magno studio ambisset, vnde Arist. dicit.[Est autem illusio scurrilitate libero magis idonea, nā]vt ingt, [qui illa]. s. illusiōe vtitur[sui grā vtiť, scurra vo loqtur grā alteri9]de scurra in libro de re aulica diximus abunde. Quintilianus lib° 8°. titu. de tropis asserit illusionē, que ironia est, itelligi aut pnuntiatiōe, aut psona, aut natura rei. Nā si q̄ personarū vbis dissentit, appet volūtatem ab ōrone diuersam esse, sed vbi sit ironia, ⁊ quādo. Quintilian9 exponit lib° 6°. titu. de conclusione.

¶ Peroratio ex quattuor cōstat, ⁊ ex ijs, que faciūt, vt bene de nobis, male de aduersarijs auditor sentiat. Et ex ijs, que amplificāt, aut extenuāt. Et ex ijs, qbus in affectus auditor impelliť. Et ex ijs, qbus in memoriā dictorū reduciť. Natura eni sit, cū te qdem veracē, aduersariū vo mēdacē ostēderis vt vel laudaueris, vel vituperaueris, aut oīno extenuaueris, vel vt duorū alterum consideres, aut quia bis bonus es, aut simpliciter, Ille vo bis infestus, aut simpliciter.

De epilogo peroratic.

¶ Nunc de epilogo, q latine dr̄ peroratio: apud eni latinos peroro signat quāsi pfecte possuū ōro, ⁊ pp̄ea perorōnē finē ōronis eē autumant, sꝫ qa in hac pte vtimur plerūqꝫ affectibus, ideo perorare pp affectuū cōmotionem ōronis finis dr̄, sunt q epilogū ōronis cumulū vocent. Rhetorici epilogū tripartitū faciūt, qa volūt constare numeratiōe, amplificatiōe, ⁊ cōmiseratione, p numeratiōem fit rerū repetitio, q̄ grece dr̄ anacephaleosis, hoc est recapitulatio p amplificationē cōcitanť animi auditorū, per cōmiserationē flectūtur ad misericordiā. Unde Quintil. lib° 6°. titu. de cōclusione. Cōclusiōis duplex est cōpositio, aut in rebus, aut in affectibus. Cōpositio

sitio qdem in rebus est rerū repetitio, cōpositio vo in affectib⁹ est, aut accēsio, aut lenitio. Nā accēdit accusator, lenit defensor. Affectus vo mouē nō erat pmissum Albenis, vñ ꝯclusio p amplificationē, ꝛ cōmiserationē ad affectus reducit, ꝛ est vna. Arist. vo epilogum q̄dripartitū facit: dicens. Perorauo ex q̄tuor ꝯstat, ꝛ ex his que faciūt, vt bene de nobis, male de aduersarijs auditor sentiat,] q̄ attinet ad moratam oronē. [Et ex ijs, q̄ amplificāt, aut extenuāt,] qđ lȝ ꝓprie attineat ad genus demōstratiuū, etiā in alijs cōuenit nōnūq̄. [aut ex ijs, q̄bus in affectus auditor ipellit,] qđ attinet ad affectam, atqȝ accōmodatā oronem. [Et ꝗrto [ex his, q̄bus] auditor [reducit ad memoriaȝ dictoꝝ,] que. vȝ, in tota oratione sunt dicta. Et assignat cām: ꝛ dicit. [Natura enim fit, cū] per argumēta ꝛ ꝑsuasiōes [te qdē veracem, aduersariū vo mēdacē ostēderis, vt laudaueris vel vituperaueris, aut oino extenuaueris] vel subaudi amplificaueris, que p ea, que sunt ꝑter rē facere docuit. [Uel vt duoꝝ alterū ꝯsideres, aut q:] tu [es bonus bis] .s. ꝑticularibus virtutibus, vtputa iustus, ꝛ verax, ꝛ liberalis, [aut] quia es bonus [simplr] .s. oib⁹ virtutib⁹. [Ille vo] .s. aduersarius [infestus bis] .s. ꝑticularib⁹ vitijs, [aut] infest⁹ [simpliciter] oib⁹ vitijs, nā hec cōsiderando poteris moratā orone persuadere. Naȝ si te ostēdes, aut simplr, aut sm quasdaȝ virtutes bonū, aduersariū vo sm q̄dam vitia, vel sm oia vitia malū, trahes auditorē ad votū. Ueruȝ Arist. alibi de suba epilogi esse dicit solū anacephaleosim, hoc est recapitulationē, nā sicut de suba exordij nō est nisi docilitas, q̄ est, vt finis, iniectioq̄ summatiȝ instruct, ne auditores de quo sit iudiciū ignorēt, ita quoqȝ de suba epilogi nō est, nisi enumeratio, hoc est ea oia, q̄ dicta sunt p capita repetere, vt oia que dicta sūt, memoria seruent. Alie ptes in epilogo inuēte sunt, aut pp ipsȝ dicentē, aut pp aduersariū, aut pp iudicē, ꝛ ideo ꝑter rē sunt, vt alibi Arist. dixit, hec eni q̄tuor que Arist. struere epilogū autumat, potius epilogū conficiūt in oratione agonistica, q̄ȝ in historica. Quare de suba epilogi eē videt, vt solum recapitulent ꝓpositio ꝛ fides.

¶ Unde vo tales boni, aut infesti fiant, dicti sunt loci ex quibus opus est ꝑparare. Post hec autē qđ natura duce, iā demōstratū est, esse aut amplificādū, aut extenuādū. Opus eni est, vt que facta sunt pateāt, priusq̄ȝ ipsoruȝ quātitas explicet. Quippe cū ꝛ corpoꝝ incrementuȝ ex ꝑexistentibus fit. Unde vo amplificādum extenuandūq̄ fit, iampridȝ expositi loci nobis sunt. Postea vo cū iam ꝛ qualia sint, ꝛ quanta, patefactuȝ est, auditor in affectus impellēdus est, qui sunt commiseratio, indignatio, ira, odiū, inuidia, emulatio, cōtentio, quoꝝ etiā loci iā dicti sunt.

¶ Cum q̄tuor ꝓposuit eē ptes epilogi, quoꝝ tria p loca suis libris exposita sunt, quartū vo restet, repetit: q̄ per loca iā disposuit: ꝛ dicit. [Uñ vo tales boni, aut infesti. fiant, dicti sunt loci, ex q̄b⁹ opus est ꝑparare,] vt sic appareāt iudicib⁹, vt pȝ ꝑmo hui⁹, ꝛ ꝓ parte 2°, ꝛ in ħ 3° hoc est ꝑmū. [Post hec aūt qđ natura duce iā demrātū est esse, aut amplificandū, aut extenuādū] etiā dictū est. [Opus eni est, vt que facta sunt. pateāt ꝑus, q̄ȝ ipsorum quātitas explicet,] qđ ꝓbat per sile, ꝛ dicit. [Quippe cū ꝛ corpoꝝ incremētuȝ ex ꝑexistētib⁹ fit,] igit amplificare laudes, eas supponere dȝ. [Uñ vo amplificandū extenuandūqȝ sit, iāpridȝ expositi loci nobis sunt,] ħ est 2ᵐ. [Postea vo cum iā ꝛ q̄lia sint, ꝛ quāta, pate factum est, auditor in affectus iā impellendus est, qui] affectus [sunt, cōmiseratio, indignatio, ira, odium, inuidia, emulatio, contentio, quorum etiam loci iam dicti sunt.] hoc est 3ᵐ, quod 2° libro iam explicatum est.

¶ Quare illud iam restat, vt pꝛedicta in memoriam reducantur, qđ sic conuenit facere, sicut in exordijs asserunt, non recte dicentes, nam vt facilia intellectu sint, sepius idem dicere iubent. Nam ibi qdem res summatim dicēda, ne auditores de quo sit iudiciū, ignorent. Hic vo ea, quibus demonstratum est, per capita repetenda. Initium autem repetitionis, quoniaȝ persoluit iā, que pollicitus est. Quare ꝛ que, ꝛ ꝓpter quid dicendum.

¶ Nūc ostēdit id, qđ restat dicere, ꝛ est 4ᵐ: ꝛ dicit [Quare illud iā restat, vt ꝑdicta] .s. in narratiōe, ꝛ in fide, [in memoriā reducant, qđ sic conuenit facere, sicut in exordijs asserūt] nōnulli rhetores, [nō recte dicētes, nam vt facilia itellectu sint,] facileqȝ intelligant, [iubent idem sepius dicere] in exordio, ꝛ quātū ad hāc replicatā repetitionē sepius factā in exordio erāt, [nā ibi qdem] .s. in exordio [res sūmatiȝ dicēda] est, atqȝ isinuāda, [ne auditores de quo sit iudiciuȝ, ignorent, hic vo] .s. in epilogo, [ea qb⁹ demōstratū est,] atqȝ fides facta est, [p capita repetēda] sunt, ꝛ sic nō recte dixerūt. Deinde exponit initiū repetitiōis, qđ facere dȝ defendēs: ꝛ dicit. [Initiū aūt repetitiōis] sic vt dicat, [q: ꝑsoluit iā] oia, q̄ aduersarius iduxit. [queqȝ pollicitus est] ꝑsoluere, ħ pacto eē dȝ epilogi initiū. Tūc cōcludit, [q̄re ꝛ que] narrata sūt, [ꝛ pp qd] .i. ꝛ fides in epilogo p capita [dicēdū,] habet autem repetitio initium, medium, ꝛ finem, initiuȝ repetitionis est, vt orator dicat, quoniam persoluit iam, que pollicitus eram.

¶ Repetuntur autem conferendo ea, que ab aduersarijs dicta sunt. Conferuntur vo, aut que de eodem ambo, aut que non ex opposito dixerunt, sed hic quidȝ hec de hoc, ego vo hec ꝛ propter hec.

¶ Cum dixisset in epilogo quid sit initium repetitiōis, nunc exponit, quid sit mediū repetitionis, ꝛ dicit. [Repetūtur autē] ea, que ad fidem facta sunt, [cōferēdo ea, que ab aduersarijs dicta sunt] ad fidem, eis que nos ad fidem diximus. Et hec repetitio collatio appellat. Deinde docet quomō fiat hec collatio, ꝛ ꝑmo quomō fit ex opposito, ꝛ dicit. [Cōferūtur vo] que dixit aduersari⁹ cū ijs, que nos diximus [aut ambo,] illa repetēdo, [que de eodȝ] p nos, ꝛ aduersarios dicta sunt ex opposito, deinde docet quomō fit collatio per nō opposita: ꝛ dicit. [Aut] repetēdo ea [que nō] ex opposito .i. ꝺ eodem [dixerūt,] sed de diuersis, mō faciant ad factuȝ. dicēdo [sed hic qdem] dixit [hec de hoc, ego vo hec ꝛ propter hec,] hoc modo collatio fit non per opposita. his itaqȝ duobus modis fit collatio.

¶ Aut ex illusione, vtputa, nam hic hec dixit, ego vo hec, ꝛ quid vtiq̄ faceret, si hec demonstrasset, ꝛ non illa.

¶ Secundo modo fieri potest repetitio ironice, ꝛ hanc

exponit: & dicit. [Aut ex illusione.] scz epiloganda sunt, [vt puta, nam hic hec dixit, ego vo hec, & quid vtiqz faceret, si hec demonstrasset,] que nos demonstrauimus, [& non illa,] que ipsi demonstrarunt. Omnia enim hec verba sunt ironica.

¶ Aut per interrogationē, quid non demonstratum est: aut iste quid demonstrauit, aut igitur hoc pacto, aut per collationem, aut ordine naturali quo dicta sunt prius tua, & rursum si ita vis, q̄ aduersarij dixerūt, seorsum.

¶ Tertio modo repetitio fieri potest per interrogationem, & hanc exponit: & dicit. [Aut per interrogationem] scz repetitio fieri potest, dicendo [quid non demōstratum est] s. per me, [aut iste quid demonstrauit,] tunc dicit. [Aut igitur] repetitio [hoc pacto:] scilz ironice, vel per interrogationem facienda est, [aut] facienda est [p collationem,] vt dictum est prius, [aut] si non vis per collationē, facienda est [ordine naturali quo dicta sunt prius tua] vt illa prius repetas, [& rursus que aduersarij dixerunt, si ita vis.] Repetas deinceps [seorsum,] sic enim non fit per collationem: non enim vnumquodqz aduersarij confertur ad vnumquodqz tuum, sed omnia tua prius dicūtur, postea omnia aduersarij, vtroqz modo fieri potest repetitio. ergo repetitio fieri pōt, aut collatione dupliciter facta, aut ironia, aut interrogatione, aut ordine naturali, quo dicta sunt repetendo. Hec de medio epilogi, atqz repetitionis.

¶ Fini vo dissoluta maxime, aut per articulos oratio idonea est, vt peroratio, nō oratio sit, dixi, audistis, habetis, iudicate.

¶ Nunc de fine epilogi dicit. [Fini vo] s. ipsius epilogi [oratio maxime idonea est,] que est [per articulos] abiuncta atqz [dissoluta, vt] epilogus [sit peroratio, nō oratio,] sic enim facit epilogum affectum (vt dictū est) hoc pacto, [dixi, audistis, habetis, iudicate]. Hec sunt quibus epilogum constare asserit Aristo. verum, vt dixi, epilogus constat duabus partibus solis, ac necessarijs, ppositione s. & fide breuibus resumptis, nam cum epilogus sit tota oratio per capita resumpta, ex ptibus, ac tot solis, necessarijsqz constabit, quot & ipsa oīo constat. At oratio duabus partibus. s. ppositione & fide cōstat. igitur & epilogus ys, & tot per se cōstabit. Cetere vo partes in epilogo addūtur preter rem, veluti ptes, que orationi adduntur, aut ex parte dicentis, aut ex pte auditoris, aut ex parte aduersarij, & de partibus orationis, & de tota ipsa oratione hactenus. Demuz de expositiōe artis rhetorice Aristotelis dicta sufficiāt. Finis Suesse M.D.XXXIIII°. Augusti. XX°.

¶ Venetijs apud Octauianum Scotum. 1538.

Registrum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA BB CC Omnes Terniones CC vo est duernus.